This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX J8ZC V

Ital 4838.1.6

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828,)

16 May, 1886.

ECCLESIÆ VENETÆ
ANTIQUIS MONUMENTIS
NUNC ETIAM PRIMUM EDITIS ILLUSTRATÆ
AC IN DECADES DISTRIBUTÆ.

AUTHORE
FLAMINIO CORNELIO
SENATORE VENETO.

DECADIS DECIMÆ TERTIÆ PARS POSTERIOR.



VENETIIS,
MDCCXXXXIX.

Typis Jo: BAPTISTÆ PASQUALI
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

~~III. 1081~~
Ital 4838.1.5

1881, May 16.
Minot fund.

DE
MONASTERIO
S. S. REDEMPTORIS
IN JUDAICA.

AMpli Monaſterii, quod in Judaicæ Inſula excolunt Fratres Minores, vulgo Capuccini, primam, licet remotam, originem refundit Wadinghus in Catharinam Corneliam Cypri olim Reginam, quæ extremæ horæ *proxima pecuniam teſtamento aſſignavit, ſuosque conſanguineos, quos hæredes ex aſſe fecerat, excitandi Cœnobii curatores eſſe voluit*. Clariſſimus Vir, qui rem ex relatu didicerat, Monaſterii exordia non ſemel in laudatiſſimis Annalibus exaravit, ad annum enim 1532. refert Dominicum Triviſanum Divi Marci Procuratorem, aliosque nobilitate, & dignitatibus illuſtres viros *magna inſtantia, multisque litteris apud Miniſtrum Generalem* egiſſe, *ut facultatem concederet conſtruendi Conventum intra, vel extra urbem Venetam, tum propter magnam horum Dominorum poteſtatem, tum propter*

pium erga Seraphicam *Religionem affectum*, *cum hoc eis negare non poſſet* Generalis, die XXIX. Julii *licentiam conceſſit*, *ut extrueretur Conventus ſive in urbe*, *ſive in ſuburbiis*, cui *rei peragendæ Fratrem Bonaventuram* (de quo mox dicendum erit) *Commiſſarium* inſtituit. *An poſtea conſtructus* fuerit *hic Conventus*, (qui re vera ædificatus fuit) ſe ignoraſſe fatetur. Poſt hæc deinde, dum geſta recenſet anni 1538, Catharinam Cornariam Cypri olim Reginam refert ſub mortem Venetiis ſanxiſſe, ut Cornarii ſui Germani Fratres, & ex aſſe hæredes *Fratribus Regularis Obſervantiæ Cœnobium prope Caſtrum Francum extruerent*. Pium opus ſuprema Reginæ voluntate decretum cum negligi videret *Florentia vidua Georgii Cornarii Catharinæ Fratris olim conjux*, *ſuadente Fratre Bonaventura* (ille ipſe Bonaventura eſt, quem Commiſſarium electum memoraverat ad annum 1532.) *Veneto inſigni concionatore*; *&* *Reginæ olim a Confeſſionibus*, *emptis quibusdam domibus Eccleſiam ſub titulo S. Mariæ Angelorum*, *&* *humilem Conventum ſub nomine Eremi prope lacunam ædificavit*, atque in eo Bonaventuram ipſum ſolitudinis amore captum induxit. Cum vero Bonaventura aliquando Bernardinum Ochinum Senenſem, qui ex Obſervantium Minorum cœtu ad Cappuccinorum Congregationem recens exortam tranſierat, aliquando Venetiis in Eccleſia SS. Apoſtolorum concionantem audiſſet, viri facundia, & inſtituti rigore allectus *ſe ſuumque Cœnobium illi tradidit*, *ut utrumque ſuæ aggregaret ſocietati*. Hoc Venetiis actum fuiſſe anno 1541. teſtatur ipſe Wadinghus, qui Catherinam Corneliam olim Cypri Reginam *in eam rem teſtamento pecuniam aſſegnaſſe* aſſerit, eam fortaſſe pecuniam innuens, quam pro ædificando apud Caſtrum Francum Cœnobio a Regina ſtatutam, ipſius hæredes in Veneti Conventus ædificatione inſumpſerunt. Rem ex ipſius celeberrimi Hiſtorici Annalibus exhibemus.

Anno MDXXXII.

„ Magna inſtantia, multiſque litteris egerunt apud Mini-
„ ſtrum Generalem Dominicus Triviſanus Senator Venetus,
„ Eques, & Procurator S. Marci, univerſa ejus familia, &
„ Joannes Cornelius Frater Germanus Franciſci Cardinalis
„ Cornelii; cum ſuis cognatis, & affinibus, nec non Franci-

ſcus

„ ſcus Cardinalis Piſanus Venetus, atque alii multi nobiles „ Veneti, ut facultatem concederet conſtruendi Conventum „ intra vel extra urbem Venetam, juberetque Fratres Provinciæ „ S. Antonii, ut illum acceptarent, qui multiplicandis ea in „ Urbe Cœnobiis reſiſtebant. *Bono*, inquit Generalis in ſuo re- „ geſto, *modo hoc eis negare non potui, tum propter magnam bo-* „ *rum Dominorum poteſtatem, tum propter pium erga Religionem* „ *noſtram affectum. Conceſſi itaque die 29. Julii licentiam, ut* „ *conſtrueretur Conventus novus ſive in urbe, ſive in ſubur-* „ *biis, ſive in locis adjacentibus, eumque acceptarent Fratres* „ *prædictæ Provinciæ, eique providerent de Fratribus, aliiſ-* „ *que rebus neceſſariis; quod ſi nollent, conſtitui, ut devolve-* „ *retur immediate ad proximum Capitulum Generale, vel ad* „ *Miniſtrum in eo eligendum, qui ſecundum rei exigentiam* „ *providebit. Conſtitui inſuper Commiſſarium rei peragendæ* „ *fratrem Bonaventuram Venetum, ut plene ſatisfaceret votis* „ *prædictorum Magnatum.* An vero poſtea conſtructus ſit hic „ Conventus, aut quisnam ſit adhuc me latet.

Anno MDXXXVIII.

„ Catharina Cornaria olim Cypri Regina ſub morte Vene- „ tiis ſancivit, ut Cornarii ſui germani Fratres ex aſſe hæ- „ redes Fratribus Regularis Obſervantiæ Cœnobium prope „ Caſtrum Francum extruerent. Florentia vidua Georgii Cor- „ narii Catharinæ Fratris olim conjux, cum opus negli- „ gi videret ſuadente Fratre Bonaventura Veneto inſigni con- „ cionatore, & Reginæ olim a confeſſionibus, emptis quibus- „ dam domibus, & amplo pomario Eccleſiam ſub titulo S. „ Mariæ Angelorum, & humilem Conventum ſub nomine „ Eremi prope lacunam ædificavit. Cum autem Bonaventura „ Bernardinum Ochinum Senenſem, celebrem tunc inter Ca- „ puccinos virum, & inter ſæculares concionatorem, prædican- „ tem non ſemel audiſſet, ſe ſuumque Cœnobium illi tradi- „ dit, ut utrumque ſuæ aggregaret ſocietati. Ita primam hanc „ ſedem Capuccini Venetiis poſuerunt, quæ in majorem cre- „ vit amplitudinem, dum anno 1577. Senatus ob ſolemnem „ votum illuſtriſſimum ibi Templum conſtruxit. Quintum hoc „ eſt Provinciæ Venetæ hujus inſtituti Cœnobium.

Anno

Anno MDXLI.

„ Hoc etiam anno Cœnobium Capucinorum Venetiis con-
„ ditum manu ſcripti codices memorant, quibus antiqua ejus
„ Provinciæ monumenta continentur. Situm eſt autem in ea
„ inclytæ urbis regione, quæ a cætera parte, majore euripo
„ intercuſante diſtinguitur, & Judaica vulgi ſermone appella-
„ tur. Verum Franciſci Quinonii commentaria Cœnobium
„ illud non Capuccinis primum, ſed Obſervantibus attribu-
„ tum diſerte docent. In eam rem Catharina Cornelia olim
„ Cypri Regina pecuniam teſtamento aſſignavit, ſuosque con-
„ ſanguineos, quos hæredes ex aſſe fecerat, excitandi Cœno-
„ bii curatores voluit eſſe. Id anno Chriſti 1532. ædificari
„ cœptum, ſexennio poſt Bonaventura Venetus Obſervantium
„ ſacerdos, eidem Reginæ a ſacris confeſſionibus, gubernan-
„ dum ſuſcepit, ita publicis mandante litteris Generali Mi-
„ niſtro. Sed ipſe Bonaventura ſumpto poſtea exacuto cucul-
„ lo, cum Bernardino Ochino, tunc Venetiis concionante ſo-
„ cietatem inivit. Ergo Senatus Veneti permiſſu confluentes
„ undique Capuccini cœnobium illud frequentarunt. Poſt
„ annos aliquot juxta illorum ædiculam templum Chriſto li-
„ beratori ob civitatem a peſtilentia ſervatam Senatus con-
„ didit. Quocirca Fratres occaſione utendum rati, coem-
„ pto Lippomanorum pecunia latiore fundo domicilia am-
„ plificarunt.

Cum vero vir numquam ſatis laudatus rem ex aliorum re-latu hauſerit, mirum profecto non eſt, ſi in aliquibus a veri-tate diſcordet.

Certiorem itaque loci originem ex fidedignis documentis eruere expedit, quæ in proximi Monaſterii S. Crucis de Judaica Archivo aſſervantur, ex quibus ſupralaudatam Florentiam novimus ex Georgio Cornelio (quem Wadinghus ipſius conjugem aſſerit) Equite, & Divi Marci Procuratore progenitam Petro Triviſano Dominici Procuratoris filio nupſiſſe, quo adhuc in vivis degente magnam pecuniæ ſummam ad Monaſterii ædificandi impenſas obtulit. Num hoc pro adimplenda defunctæ Reginæ voluntate egerit, incompertum, veriſimile autem hoc egiſſe videtur ex animi ſui religione, ſiquidem nec Monaſterium eo in loco fundatum fuit, quem

Ca-

Catharina deſignaverat, nec ædificii ſumptus Florentia ex integro erogavit. Res itaque ſic ſe habuit.

Bonaventura de Emanuelibus Venetus ex Minorum Obſervantium familia Venetiis in Conventu S. Franciſci degens circa annum MDXXX. tam apoſtolica in concionibus facundia, quam eximia in animarum regimine ſuavitate, multorum ſibi amorem, & admirationem devinxerat. Cum itaque auſterioris vitæ deſiderio, & ſolitudinis amore teneretur, nonnullas ex iis, quibus erat a confeſſionibus, pias matronas vehementer hortatus eſt, ut in remoto Urbis angulo pauperes ſibi ædes in Eremi formam aptari curarent, in quibus cum aliquot ſociis exceptus in pœnitentia, & ſilentio quietius Domino famularetur. Eas inter, quæ piis viri deſideriis morem geſſerunt, enituit præcipue ſæpiuslaudata Florentia, quæ ad ſacri operis complementum opem opesque contulit, etenim & auri ſummam non levem ultro detulit, & proceres viros ſibi ſanguine, & pietate conjunctos in protectionis communionem excitavit. Horum nomina ex Wadingho ſuperius attulimus, ex quibus Dominicum Triviſanum Florentiæ Socerum, Equitem, & Divi Marci Procuratorem *Apoſtolicas litteras in forma brevis* conceſſas pro extruendo Cœnobio impetraſſe ex alio Pauli Papæ III. Diplomate mox afferendo innoteſcit. Quamvis autem pia matrona potiſſimam ſumptuum partem ad pium opus urgendum detuliſſet, meritoque loci Fundatrix habenda eſſet, attamen ex animi ſui moderatione nominari noluit, honeſtamque mulierem Theodoſiam Scripianam, quæ ædium impenſas *nimium* ex parte adjuvarat, ad opus provehendum elegit, induxitque. Hæc itaque Paulo III. datis ſupplicibus libellis expoſuit, ſe *domum*, *&* *Oratorium in proprio ſolo*, *&* *de bonis propriis* extruxiſſe, ut alicui approbatæ religioni aſſignarentur, id ſibi licere putans *vigore quarumdam litterarum in forma brevis Dominico Triviſano conceſſarum; verum* præfato Dominico vita functo, *ſpe hujusmodi deſtituta* ſe Pontificiam authoritatem exorare, ut ſibi, *vel caſu, quo morte præventa opus perficere nequiret*, ſuæ extremæ voluntatis exequutoribus, quos ex tunc deſtinabat, Antonio ſcilicet Triviſano qu. Dominici, & Hieronymo Cornelio qu. Georgii, dum viverent Equitum, & Procuratorum S. Marci ex Apoſtolica conceſſione liceret, domum prædictam

cum

cum *Eccleſia ſub invocatione de Angelis*, *& Omnium Sanctorum cum campanili*, *& Cœmeterio aliiſque officinis confici*, *& conſtrui faciendi*. Aſſenſit Pontifex, datiſque ad devotam mulierem litteris die xx. Novembris anno MDXXXV., (A) eidem indulſit, ut ſacra ædificia conſtruere, eaque religioſo alicui cœtui per ſe vel per exequutores ſui teſtamenti aſſignare valeret; quod ſi exequutores ipſi morte, vel alio quocunque caſu interveniente id facere nequiviſſent, tunc religioſæ familiæ electio ad Gubernatores Hoſpitalium Pietatis, & SS. Joannis & Pauli pertineret. Hujuſce conceſſionis indultum *Legato Apoſtolico Venetiis pro tempore exiſtenti*, *& Abbati S. Georgii Majoris*, *& Priori S. Trinitatis*, *& Primicerio Eccleſiæ S. Marci* demandatum fuit, *ut ipſi vel unus ipſorum* Apoſtolicas litteras, *quoties fuerint requiſiti*, *ſolemniter publicarent* ubique, *& religioſos viros*, *ut præfertur*, *eligendos*, *prout opus fuerit*, reformarent, corrigerent, atque mutarent. Iiſdem ferme verbis par facultatis privilegium conceſſit ipſe Paulus Pontifex die XVI. Julii anno MDXL. (B) Theodoſiæ ſupralaudatæ indulgens, ut *de bonis ſibi a Deo collatis*, *& forſan alicujus alterius ſocii per ipſam eligendi* (quibus verbis Florentiæ Corneliæ pietas innuitur) domum ſolitariam cum Eccleſia ædificare poſſet *pro uſu*, *& habitatione aliquorum religioſorum ex aliquo ordine Mendicantium approbato*, *ſeu Eremitarum vitam eremiticam de licentia Sedis Apoſtolicæ ducentium*, mandavitque inſuper Pontifex Epiſcopo Caſertano, atque Archidiacono Caſtellano, nec non Vicario Generali Patriarchæ Venetiarum, ut Apoſtolicas litteras Theodoſiæ datas publicarent, ipſamque, ac religioſos, ſeu Eremitas, quoties requiſiti fuiſſent, efficacis defenſionis præſidio tuerentur.

Poſt hæc Theodoſia, cui ex Apoſtolico indulto duas domos, totidemque Eccleſias conſtruere conceſſum fuerat, Eccleſiam, Senatu die XIV. Maii anni 1541. annuente, *ſub invocatione Beatæ Mariæ Angelorum*, *& Omnium Sanctorum*, & adjacentem licet anguſtam domum, Florentiæ Corneliæ potiſſimum adjuta ſubſidiis erigi curavit, eaſque ſuperiuslaudato Bonaventuræ de Venetiis pro uſu, & habitatione ſolitaria aſſignavit, ex quo factum eſt, ut deinceps Eremitæ titulo etiam in Apoſtolicis diplomatibus appellaretur. Ad hunc *ſatis ſolitarium*, *& remotum* locum *de licentia Sedis Apoſtolicæ*,

cæ, *& loci Ordinarii* acceſſiſſe, ut *vitam Eremiticam una cum ſocio* duceret, patet ex ejusdem Pauli Pontificis epiſtola, qui anno MDXLI. die ultima Martii *Bonaventuræ de Venetiis Fratrum Minorum de Obſervantia Profeſſori*, *& Eremitæ*, ut *Fratrem ſuum Fauſtum nomine*, *Presbyterum ſæcularem* eremiticæ ſolitudinis amore captum *etiam cum uno ſocio Eccleſiaſtico*, *& ſæculari per eum eligendo*, *in dicto loco Beatæ Mariæ Angelorum recipere* poſſet, *indulſit*, addens inſuper, ut quandocunque aliquis ex quatuor viris ibidem deſignatis decederet, vel ex loco recederet, cæteri ſuperſtites alium eligerent, qui *inibi vitam Eremiticam ſub Ordinarii* tamen *licentia* ducerent, hoc excepto, quod *ſocii hujusmodi ſubrogandi*, *alicujus ex B. Franciſci Ordinibus non eſſent profeſſores*. Pauli III. Diploma ex integro affertur apud Continuatorem Wadinghi Tom. XVIII. pag. 337.

Contigit eodem anno MDXLI, ut Venetias in Eccleſia SS. Apoſtolorum Quadrageſimales conciones haberet Bernardinus Ochinus Senenſis Capuccinorum Congregationis recens inſtitutæ Miniſter Generalis, quem cum *prædicantem non ſemel audiſſet Bonaventura*, ejus facundia, & inſtituti rigore allectus *ſe ſuumque Cœnobium illi tradidit*, *ut utrumque ſuæ aggregaret ſocietati*. Itaque & primam hanc Sedem Venetiis obtinuerunt Capuccini, quam a ſolutione decimarum immunem eſſe declaravit S. C. die XIV. Maii anno MDXLI. (C), & Bonaventura ipſe loci fundator, cum inter eos adnumerari poſtulaſſet exacutum *cucullum* ſumpſit, quod deinde anno ſequenti depoſuit, quando Ochinus (ut teſtatur Wadinghus ad annum 1542.) *religionis fideique deſertor fugam arripuit*. *Magna proinde in Capuccinos tempeſtas coborta eſt*. *Subinde omnibus permiſſum fuit*, *ut Rectoribus inconſultis ad Obſervantes redirent*. Hoc & ipſe Bonaventura egit, depoſito enim exacuto cucullo Obſervantium habitum reaſſumpſit, atque lacrymabili viri lapſu, plus æquo, offenſus, Capuccinos, quos ardenti dilectione proſequutus fuerat, horrere cœpit, quaſi ex unius viri crimine univerſum ſanctiſſimi inſtituti corpus labem contraxiſſet. Nec ſe tantummodo ex ipſorum ſocietate abducere ſatis habuit Bonaventura, ſed & innocuos dilectosque antea viros e loco Angelorum diſcedere coegit, qui Divina protectione fuſfulti, cum diu in pii ſæcularis ædibus commorati fuiſſent, tamdem

Chriſtifidelium ope ſuffragante, in eadem Judaicæ Inſula anno 1546. Monaſteriolum ſibi anguſtum, & fœditate loci incommodum erexerunt in eoſitu, Mons Cornuorum, *Monte dei Corni*, ex conjectis ibidem Arietum, Taurorumque cornibus appellabatur. Quanta hic commorantes virtutum luce effulſerint, teſtatur Auguſtinus Cardinalis Valerius in ms. Opere *de vitandis adulterinæ prudentiæ regulis*, ubi hæc affert: " Capuccini eodem tempore Venetiis, a piis hominibus fuerunt
„ excepti, uti religioſi res omnes humanas contemnentes, qui
„ Chriſtum Deum ſalutis noſtræ auctorem in hujus vitæ pe-
„ regrinatione ſibi proponentes, regulam a Sancto Franciſco
„ trecentis ab hinc annis traditam, ſub qua innumerabiles
„ tum Viri, tum fœminæ Regi Chriſto militaverant, diligen-
„ tiusque ejusdem Ordinis religioſi ſe obſervare profitentur
„ Viri Dei, quos cum intuemini filii, non eſt cur alia præ-
„ cepta ad res humanas contemnendas vobis eſſe neceſſaria
„ exiſtimetis. Hi nudi pedibus ambulantes, vel minimas etiam
„ cupiditates domant, contemptum vitæ docent, pœnas infer-
„ ni ante oculos populis ſubjiciunt humanarum rerum con-
„ temptores, hujus vitæ exitum, ut Apoſtolici Viri, expectan-
„ tes ad æternam patriam aſpirant, ad eamdem omnes hor-
„ tantur, omnes impellunt ſermone, & exemplo.

Interea dum Capuccini e loco expulſi alias ſibi ſedes exquirunt, Theodoſia Scripiana, quæ ad Florentiæ voluntatem locorum veluti fundatricem ſe geſſerat, ad completas S. Mariæ Angelorum ædes, alias quoque prout ſibi indultum fuerat exſtruere *ſub invocatione per ſe eligenda* diſpoſuerat, atque *in ambabus domibus ſeu Eccleſiis hujusmodi Eremitas, & religioſos* (ut ſupra diximus) *in vim litterarum Apoſtolicarum* nominaverat, & introduxerat. *Quia tamen in eisdem litteris Apoſtolicis expreſſum fuerat*, quod ad ædificationem jam completam domus, & Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum, atque ad conſtructionem pariter nondum perfectam alterius domus, & Eccleſiæ Theodoſia de propriis ſuis bonis, & forſan alterius ſui ſocii pecunias erogaſſet, veritas autem eſſet, quod conſtructiones hujusmodi *pro minima parte* ex ipſius Theodoſiæ bonis, *pro majori autem* parte ex aliorum ære derivaſſent, jure dubitavit Theodoſia, Apoſtolicas litteras *ſubreptionis*, atque ideo *nullitatis vitio* laborare. Eapropter cum Paulum III. Pontifi-

cem

cem ſupplicibus libellis exoraſſet, *ut ſibi in præmiſſis de benignitate Apoſtolica providere dignaretur*, annuens Pontifex die XIX. Februarii anni MDXLIII. datis epiſtolis elargitus eſt, ut a die prædicta *quæcumque Apoſtolicæ litteræ ſuper præmiſſis hactenus conceſſæ roboris firmitatem obtinerent, ac ipſi* Theodoſiæ, *&* *Eremitis, & religioſis ibidem exiſtentibus ſuffragarentur* (D). Inſuper Eremitarum numerum, quos pridem ad quatuor tantum arctaverat, ut ad novem extenderetur, indulſit, atque Ducalis Baſilicæ Primicerio, nec non Veneti Patriarchæ, & Torcellani Epiſcopi Vicariis commiſit, ut *Apoſtolicas litteras & in eis contenta plenum effectum ſortiri* curarent.

Ædificata deinde ex integro ſecunda Eccleſia, quæ Sanctorum Onuphrii, & Omnium heremitarum, & anachoretarum titulo inſignita fuit; adjectiſque ei pro uſu Eremitarum ædibus, tertiam quoque Eccleſiam, ab aliis non multum diſſitam ſub Sancti Martini, & Sanctarum Virginum invocatione (prælaudata Florentia impenſas exhibente) erigi propria auctoritate curavit Theodoſia, quibus actis *cum rei veritatem, ac optimam Florentiæ mentem agnoviſſet*, in favorem ipſius omnibus *Apoſtolicarum litterarum conceſſionibus & indultis renunciare diſpoſuit*, quod & ſolemni actu perfecit die XXIV. menſis Martii Anno MDXLVII. Rei actæ ſeriem, cum per ſupplices libellos Paulo Papæ III. obtuliſſet Florentia, ſeque optare erectas, tum S. Onuphrii, tum S. Martini Sacras Ædiculas conſecrationis munere inſigniri, Pontifex laudata piæ Matronæ religione, Joanni de la Caſa Beneventano electo Sanctæ Sedis Apoſtolicæ apud Venetos Legato mandavit, ut diligenti examine de rerum veritate præhabito, omnes conceſſiones Theodoſiæ pridem indultas, & in Apoſtolicis litteris contentas Florentiæ Corneliæ, cujus potiſſimum ære ſacra ædificia erecta fuerant, aſſignaret, atque concederet. *Legatus* itaque *volens mandata Apoſtolica ſibi injuncta debitæ executioni demandare, viſo inſtrumento ceſſionis, conſideratiſque locis ac domibus de bonis ipſius Florentiæ pro majori parte extructis, eandem Florentiam in ſuum jus* Theodoſiæ ſubrogavit, omnia et agere & perficere indulgens, quæ per Apoſtolicas litteras Theodoſiæ olim ampliſſime conceſſa fuerant. Lata fuit Apoſtolici Legati ſententia die ultima Martii Anno MDXLVII. (E) cujus anni die [illegible] Aprilis Senatus Oratori ſuo in Curia

 Ro-

Romana commoranti mandavit, hoc apud Vicarium Generalem Fratrum Minorum de Obſervantia recens electum agere, ut Fratri Bonaventuræ, qui in locis ædificatis ſolus cum duobus miniſtris remanſerat, nonnulli ex Obſervantium Reformatorum familia ſocii aggregarentur, ut eo in loco Divina Officia, atque inſtituta Chriſtianæ charitatis exercitia rite peragerentur. (F) Verum non multo poſt, cum ex dilatatione loci, atque ex multiplicato Religioſorum numero ſibi non leve inferri præjudicium putarent Religioſi cætus, qui proxima Sancti Jacobi, & S. Crucis Monaſteria incolebant, hoc apud Senatum expoſtularunt, ut ædes *contra formam legum*, & in alieni juris damnum erectæ deſtruerentur, quod & ipſius Senatus lege ſtatutum fuit, hac tamen appoſita conditione, ut ipſi Bonaventuræ jam ſenio morbiſque penæ confecto liceret in iis ædibus cum duobus tantummodo ſociis, quoad viveret, commorari, poſt ejus vero obitum ædificia ipſa ad terram rite ſervato jurium Ordine proſternerentur. S. C. legem Sebaſtianus Venerius Advocator Communis, per præconis vocem Bonaventuræ denuntiari juſſit, qui gravi detentus infirmitate ſe publicis obtemperare mandatis paratum eſſe reſpondit, eam autem Senatus voluntatem, ut etiam Florentiæ Corneliæ loci ipſius Dominæ enuntiaretur, enixe poſtulavit. (G)

Gravem itaque calamitatem corporis, morbos, & futuram loci deſolationem amaro animo recolens Bonaventura, hæc ſibi ex minus æqua innocui cætus expulſione contigiſſe dubitans, de Capuccinis iterum in loco excipiendis conſilium iniit, quapropter viros ad ſe evocatos enixe rogavit, ut ad veteres eis olim aſſignatas ædes accedere contenti eſſent. Iis, quibus par erat, grati animi ſenſibus ægroti oblationem exceperunt Cappuccini, verum de viri inconſtantia ſibi metuentes, oblata loca ingredi renuerunt, Bonaventuram tamen podagræ doloribus cruciatum omni charitatis officio adeo proſequuti ſunt, ut non amiciſſimis tantum ipſum conſolarentur verbis, ſed & in abjectiſſimis quoque obeundis muneribus ipſi ad extremam uſque horam indeficiente pietate miniſtrarent.

Religioſo Viro ad æternam quietem translato, Florentia Cornelia metuens ne locus propriis impenſis erectus ex lata S. C. lege deſtrueretur, omni conatu niti curavit, ut Cappuccinis in abjecto, anguſtoque loco degentibus aſſignaretur; cum vero

ſto ex vicinorum objectis id difficile ſibi fore videretur, Angelum Savonenſem Cappucinorum Domus Rectorem (Guardianum vocant) excitavit, ut publicam Senatus pietatem ſupplicibus obteſtaretur libellis, quibus & ſe olim injuſte e loco expulſos, & Monaſterioli, in quo degebant, incommoda demonſtraret. Ope divina ad arduum opus implorata, ſuas ſuorumque præces P. C. conſilio expoſuit Angelus, hoc addens, eas, in quibus morabantur, anguſtas ædes ſæpeſæpius procellarum ventorumque vi concuti, atque diſſolui. Hoc cum anno MDXLVIII. potiſſimum accidiſſet, ligneumque ædificium in Monte Cornuorum erectum ex valida tempeſtate, ad terram proſtratum fuiſſet, Capuccini ne ſub dio permanere cogerentur, ad ſibi pridem oblatas a Bonaventura ædes ſe receperunt, donec de loco ipſo authoritas publica diſponeret.

Poſt hæc cum publica concione in Senatu habita Nicolaus Zeno Florentiæ Corneliæ conſanguineus vir illuſtris æque, ac facundus Capuccinorum merita & pietatem P. C. aperuiſſent, atque elargitam olim Bonaventuræ de locis extruendis facultatem innuiſſet, qua Capuccini nominatim enuntiabantur, iterata S. C. conceſſione ſtatutum eſt, ut ædes S. Mariæ Angelorum ad uſum, & habitationem Capuccinorum aſſignarentur.

Iis igitur victis difficultatibus, in conceſſa ſibi domo pacifice perſeveraverunt rudibus interea ejus Inſulæ populis Chriſtianæ cathecheſis pabulum frequenter miniſtrantes, atque univerſo Urbis Venetæ populo bonis exemplis prælucentes, donec dilatato ipſorum numero, cum Eccleſia S. Mariæ ad divina officia rite per agenda arcta nimis videretur, Hieronymus a Monte Flore Religionis Miniſter Generalis anno MDLXXVI. Venetias, appulſus in Comitiis ibidem congregatis decrevit, ut ad excipiendum frequentem Fratrum pſallentium cætum Eccleſia ampliori ſpatio dilataretur, quod tamen ex ſuperveniente iis diebus peſtifero morbo ommiſſum fuit.

Anno a partu Virginis MDLXXVI. Civitatem gravis adeo peſtilentia invaſit, ut brevi dierum ſpatio multa civium millia abſumpſerit, quapropter Senatus de communi ſalute anxius, ad placandam Omnipotentis iram Templum Chriſto Redemptori ædificandum, dicandumque vovit, ad quod (Civitate atroci lue liberata) Dux & Senatus quotannis gratias acturi accederent.

Reli-

Romana commoranti mandavit, hoc apud Vicarium Generalem Fratrum Minorum de Obſervantia recens electum agere, ut Fratri Bonaventuræ, qui in locis ædificatis ſolus cum duobus miniſtris remanſerat, nonnulli ex Obſervantium Reformatorum familia ſocii aggregarentur, ut eo in loco Divina Officia, atque inſtituta Chriſtianæ charitatis exercitia rite peragerentur. (F) Verum non multo poſt, cum ex dilatatione loci, atque ex multiplicato Religioſorum numero ſibi non leve inferri præjudicium putarent Religioſi cœtus, qui proxima Sancti Jacobi, & S. Crucis Monaſteria incolebant, hoc apud Senatum expoſtularunt, ut ædes *contra formam legum*, & in alieni juris damnum erectæ deſtruerentur, quod & ipſius Senatus lege ſtatutum fuit, hac tamen appoſita conditione, ut ipſi Bonaventuræ jam ſenio morbisque penæ confecto liceret in iis ædibus cum duobus tantummodo ſociis, quoad viveret, commorari, poſt ejus vero obitum ædificia ipſa ad terram rite ſervato jurium Ordine proſternerentur. S. C. legem Sebaſtianus Venerius Advocator Communis, per præconis vocem Bonaventuræ denuntiari juſſit, qui gravi detentus infirmitate ſe publicis obtemperare mandatis paratum eſſe reſpondit, eam autem Senatus voluntatem, ut etiam Florentiæ Corneliæ loci ipſius Dominæ enuntiaretur, enixe poſtulavit. (G)

Gravem itaque calamitatem corporis, morbos, & futuram loci deſolationem amaro animo recolens Bonaventura, hæc ſibi ex minus æqua innocui cœtus expulſione contigiſſe dubitans, de Capuccinis iterum in loco excipiendis conſilium iniit, quapropter viros ad ſe evocatos enixe rogavit, ut ad veteres eis olim aſſignatas ædes accedere contenti eſſent. Iis, quibus par erat, grati animi ſenſibus ægroti oblationem exceperunt Cappuccini, verum de viri inconſtantia ſibi metuentes, oblata loca ingredi renuerunt, Bonaventuram tamen podagræ doloribus cruciatum omni charitatis officio adeo proſequuti ſunt, ut non amiciſſimis tantum ipſum conſolarentur verbis, ſed & in abjectiſſimis quoque obeundis muneribus ipſi ad extremam usque horam indeficiente pietate miniſtrarent.

Religioſo Viro ad æternam quietem translato, Florentia Cornelia metuens ne locus propriis impenſis erectus ex lata S. C. lege deſtrueretur, omni conatu niti curavit, ut Cappuccinis in abjecto, anguſtoque loco degentibus aſſignaretur; cum vero

ſto ex vicinorum objectis id difficile ſibi fore videretur, Angelum Savonenſem Cappucinorum Domus Rectorem (Guardianum vocant) excitavit, ut publicam Senatus pietatem ſupplicibus obteſtaretur libellis, quibus & ſe olim injuſte e loco expulſos, & Monaſterioli, in quo degebant, incommoda demonſtraret. Ope divina ad arduum opus implorata, ſuas ſuorumque præces P. C. conſilio expoſuit Angelus, hoc addens, eas, in quibus morabantur, anguſtas ædes ſæpeſæpius procellarum ventorumque vi concuti, atque diſſolui. Hoc cum anno MDXLVIII. potiſſimum accidiſſet, ligneumque ædificium in Monte Cornuorum erectum ex valida tempeſtate, ad terram proſtratum fuiſſet, Capuccini ne ſub dio permanere cogerentur, ad ſibi pridem oblatas a Bonaventura ædes ſe receperunt, donec de loco ipſo authoritas publica diſponeret.

Poſt hæc cum publica concione in Senatu habita Nicolaus Zeno Florentiæ Corneliæ conſanguineus vir illuſtris æque, ac facundus Capuccinorum merita & pietatem P. C. aperuiſſent, atque elargitam olim Bonaventuræ de locis extruendis facultatem innuiſſet, qua Capuccini nominatim enuntiabantur, iterata S. C. conceſſione ſtatutum eſt, ut ædes S. Mariæ Angelorum ad uſum, & habitationem Capuccinorum aſſignarentur.

Iis igitur victis difficultatibus, in conceſſa ſibi domo pacifice perſeveraverunt rudibus interea ejus Inſulæ populis Chriſtianæ cathecheſis pabulum frequenter miniſtrantes, atque univerſo Urbis Venetæ populo bonis exemplis prælucentes, donec dilatato ipſorum numero, cum Eccleſia S. Mariæ ad divina officia rite per agenda arcta nimis videretur, Hieronymus a Monte Flore Religionis Miniſter Generalis anno MDLXXVI. Venetias, appulſus in Comitiis ibidem congregatis decrevit, ut ad excipiendum frequentem Fratrum pſallentium cætum Eccleſia ampliori ſpatio dilataretur, quod tamen ex ſupervenienre iis diebus peſtifero morbo ommiſſum fuit.

Anno a partu Virginis MDLXXVI. Civitatem gravis adeo peſtilentia invaſit, ut brevi dierum ſpatio multa civium millia abſumpſerit, quapropter Senatus de communi ſalute anxius, ad placandam Omnipotentis iram Templum Chriſto Redemptori ædificandum, dicandumque vovit, ad quod (Civitate atroci lue liberata) Dux & Senatus quotannis gratias acturi accederent.

Reli-

Religioſa Senatus vota, atque, tum de ſitu Templi ſtatuendo, tum de religioſis viris eligendis, qui illud Divinis Officiis excolerent, diſceptationes eleganter Auguſtinus Cardinalis Valerius in ſuo opere ms. cui titulus, *de vitandis adulterinæ prudentiæ regulis* expoſuit his verbis:

„ In tanta igitur conſternatione animorum Senatus Conſultum eſt factum, ut ad placandam iram Dei denuo preces „ ad benigniſſimum illum Patrem Deum per totam Civitatem „ fierent, ut populum, quem paterno amore per plurimos annos „ rexerat, tanto flagello liberaret, & decretum eſt, ut Templum Redemptori totius mundi Jesu Chriſto publica pecunia conſtrueretur, eo loco quem Senatus eſſet magis probaturus: cui Templo ædificando præfecerunt Patres Antonium „ Bragadenum, & Auguſtinum Barbadicum.

„ Varie de loco, ubi Templum eſſet ædificandum, fuerunt ſententiæ, & quibus potiſſimum Sacerdotibus illius Templi cura eſſet committenda. Rejectis aliis ſententiis, duæ potiſſimum multos defenſores habuerunt, altera apud Sancti Vitalis ſacrum eſſe novum Templum ædificandum, in quo Jeſuitæ ſacra facerent, & eodem in loco Collegium erigerent, ad erudiendos pueros, qui Venetiis diſciplina maxime indigent; altera vero erat in Vico Judaicæ eſſe Templum extruendum, in quo Capuccini Sacrificium offerrent, & Princeps cum Patribus ad illud ſingulis annis conveniret. Paulum Theupulum Virum magnæ auctoritatis, quippe qui ante tertium & quinquageſimum annum (quod per plurimos annos minime ante contigerat) Procurator fuerat creatus, hunc in modum eſſe locutum ferunt: Calamitoſo (Patres) hujus Reipublicæ tempore ſæviente peſtilentia, & cum cadavera per omnes Vicos Urbis apportari cernantur, ad Deum hic Senatus pro ſua prudentia confugiendum ſtatuit, ſi forte miſericordia motus communibus totius Civitatis precibus tandem ſuam juſtiſſimam iram leniat; de extruendo Templo in honorem Redemptoris Mundi, & hujus Urbis Senatus conſultum eſt factum, ut hoc vere pietatis indicium, & pænitentis Civitatis ſignum oſtendatur; & ut differamus, quæ polliciti ſumus, variæ, quæ quotidie inter nos exoriuntur, diſceptationes faciunt, quas fortaſſis communis totius humani generis hoſtis diſſeminat, ut diſputa-

„ tio-

„ tionibus noſtris diſceptationibus altercationibus etiam pium,
„ quod hic optimus Senatus obtulit, votum differatur, & di-
„ lative minus acceptum Deo ſit, cum ſcriptum ſit: Vovete
„ & reddite, & ſi quid voviſtis, ne moretis reddere, ut in
„ votis ſolvendis celeritas illi Cœli & terre Domino ſit gra-
„ tiſſima, putarem Ego Patres optimi, & plurimorum graviſ-
„ ſimorum virorum ſententia nullum futurum comodiorem lo-
„ cum, quam ſi non longe a Sancti Vitalis Templo novum
„ Templum veſtro juſſu ædificetur, in quo ſacra facient Pa-
„ tres Jeſuitæ, veræ hac tempeſtate de Eccleſia Dei optime
„ meriti, qui Epiſcoporum adjutores piis operibus intenti, pu-
„ blice dicendo, ægros conſolando, confeſſiones audiendo Rei-
„ publicæ Chriſtianæ mirabiliter proſunt, in Germania ve-
„ ro, & in Gallia, ubi Hæreſeos infectitant multorum animos
„ hi maxime veram & Catholicam fidem tueri, & in Hære-
„ ſibus extirpandis laborare videntur, fiet, ampliſſimi Patres,
„ ut perſolventes Deo vota æducationi filiorum veſtrorum
„ conſulatis. Optimi Jeſuitæ boni populorum hac tempeſtate
„ habentur magiſtri, ipſi Venetos pueros maxime omnium
„ poſſunt erudire, hanc in rem utinam incumberemus ma-
„ gis, utinam filii noſtri, qui heredes hujus Reipublicæ ſunt
„ futuri, diligentius æducarent, non enim tam ſæpe aliquorum
„ licentia & pravis moribus offenderemur, ſi quis Jeſuitas hac
„ tempeſtate ad docendam, & ad educandam juventutem a
„ Deo miſſos dixerit, recte profecto dixerit, ſi qui in hoc
„ Senatu ſunt, qui Viennæ ad Imperatorem legati pro Re-
„ publica fuerint, ipſi teſtentur, qui fructus ex eorum labo-
„ ribus Viennæ percipiantur. Novi ipſe Romæ, noverunt qui
„ antea ad Romanum Pontificem ſunt oratores miſſi, ho-
„ rum virorum induſtriam, ſciunt laboribus perpetuis innume-
„ ros adoleſcentes meliores effici, & in bonarum artium ſtu-
„ diis proficere, credibile eſt gratiſſimum fuiſſe votum Catho-
„ licæ Reipublicæ Omnipotenti Deo, eſt enim votum animi
„ ſubjecti & providentiam Dei agnoſcentis & prædicantis ar-
„ gumentum, ſed profecto illi, qui totum hunc mundum gu-
„ bernat & paterna cura nomen Venetum mille centum ab
„ hinc annis præcipuoque amore dilexit, hoc veſtrum judi-
„ cium de recte filiis veſtris hac occaſione educandis, erit
„ valde acceptum. Quod pertinet ad reditus pro collegio in-

„ ſti-

„ ſtituendo neceſſarios, auctoritate Summi Pontificis quicquid
„ petieritis, facile conſequimini, vobis & aliæ rationes non
„ deerunt, ſi ea in parte Civitatis ædificandum juſſeritis. Hoc
„ calamitoſo tempore educationi filiorum veſtrorum conſuli-
„ te, bonos diſciplinarum magiſtros in hanc Urbem vocate,
„ ſe forte hac ratione luxus tolli poſſit, & aliquot non ſatis
„ probati mores erigi, a quibus plurima oriuntur peccata, quæ
„ interdum fame, interdum bello, interdum etiam peſtilen-
„ tia punire conſueverit Dominus Deus.

„ M. Antonius Barbarus Procurator ſententiam ſuam plu-
„ ribus verbis Senatui probare nixus eſt, quæ erat, ut for-
„ ma rotunda Templum erigeretur, ut quæ Senatus ampliſſi-
„ mi decreta erant, magnificentiſſima, & pro Reipublicæ di-
„ gnitate facienda eſſent, locum vero illum prope S. Vitalis
„ ædem ſibi placere, etiam aliis modo non differatur, & modo
„ rotunda forma ædificetur, ac nobile quoddam Templum
„ extruatur. Tum Leonardus Donatus, qui eo tempore in Prin-
„ cipis Collegio non numerabatur, ſed Senatoris tantum per-
„ ſonam in Senatu gerebat, concionem aſcendit; ſicque ad Pa-
„ tres converſus loquutus dicitur.

„ Præſtate Patres, quod eſtis polliciti, votum ſolvite, Cle-
„ mentiſſimus Pater Deus jam noſtri cœpit miſereri, mitigata
„ eſt aliquantulum ejus juſtiſſima ira, non tam ſævit, ut ali-
„ quot ante dies ſæviebat, dira peſtilentia, reddite quod vovi-
„ ſtis, Patres, ne moremini, veſtro cultu, veſtra Pœnitentia,
„ veſtro voto, pia veſtra voluntate delectatur Dominus, ma-
„ gnificentiſſima ne quærite ædificia, rotunda figura ædifice-
„ tur ipſi Templum nec ne, ut opinor, non curat, veſtram
„ exigit obedientiam, veſtrum ipſe probat obſequium. Patres
„ Jeſuitas, quis non amet! Quis non magnifaciat, callent bo-
„ nas artes, ingenio & judicio plærique eorum præſtant; mi-
„ niſtrant diligenter Sanctiſſima Sacramenta, Eccleſiæ Dei ma-
„ xime conſulunt, quis negat? Ego maxime omnium id af-
„ firmo. Patres eoſque magnificandos duco, ſed dum de inſti-
„ tuendo collegio Jeſuitarum, dum educationis filiorum veſtro-
„ rum rationem habetis, cavete, ne tardetis ſolvere quod de-
„ betis, ne votum illud, quod a confluentia peccatorum pub.
„ eſt perfectum, & ad teſtificandam veſtram Pœnitentiam decre-
„ viſtis, novis conſiliis de filiis veſtris inſtituendis differatur.

„ Obſe-

„ Obſecro vos Patres, ubi redditus Eccleſiaſtici, qui ad alen-
„ dum collegium ſunt neceſſarii, ubi pecuniæ inexhauſta, &
„ afflicta Civitate pro ædificando non ſolum Templo, ſed ædi-
„ bus etiam, ad collegium erigendum idoneis? magna conſul-
„ tatione opus eſt, & non minima pecuniæ ſumma. Nunc vo-
„ tum ſolvite, alio tempore de inſtituendis filiis veſtris cogi-
„ tabitis, mihi, Patres Optimi, viri admirabiles & ſanctita-
„ te conſpicui hac ætate videntur Capuccini, qui humana om-
„ nia contemnentes unam Dei gloriam quærentes, ad Cæle-
„ ſtem patriam aſpirantes in hac peregrinatione in hoc exilio
„ maxime ipſi capere videntur, & voluntatum ſuarum Sacrifi-
„ cium in hoc etiam corporis carcere detenti videntur offerre:
„ hi homines divino conſilio incolumes in Civitate præſerva-
„ ti ad Judaicam habitant, ibi Patres, ſi liceret mihi legem in
„ Senatu ferre, hanc ferrem hoc tempore, ut Templum citius,
„ quàm fieri poſſet, extrueretur, in quo Viri Dei, qui perpe-
„ tuis precibus, & carnis macerationibus Dei iram nituntur
„ placare, ſacra facerent. Ibi non magno prætio licebit ſolum
„ emere, ubi Templum ædificetur, ibi ſine ullis Eccleſiaſti-
„ cis redditibus ſacra perpetuo fient. Et trajecto ponte, que-
„ madmodum Senatus conſulto decretum eſt, ſingulis annis non
„ incommode Princeps cum toto Senatu illuc, ad habendas
„ Redemptori gratias poterit traiicere. Cum finem dicendi fe-
„ ciſſet, Princeps converſus ad illum inquit; Ne pluribus tuam
„ ſententiam Leonarde confirmare nitaris, ipſe ejusdem ſum ſen-
„ tentiæ, illam nunc Senatui ſum propoſiturus. Ubi igitur pri-
„ mum de concione deſcendiſſet Leonardus, Princeps, cujus ſen-
„ tentiam nonnulli in Collegio ſecuti ſunt, legem tulit, ut Tem-
„ plum ex voto apud Capuccinos extrueretur. Quam legem
„ Senatus omnibus vere ſuffragiis probavit, eſtque apud Ju-
„ daicam Templum ſatis magnificum extrui captum.

Sacro igitur voto cum ſe adſtrinxiſſet Senatus die IV. Septembris anno MDLXXXI. die deinde XVIII. ejusdem menſis Auguſtinum Barbadicum, & Antonium Bragadenum elegit, qui opportunum pro Templi erectione locum inquirerent, quorum relatu, cum tres aptiores in urbe ſitus Senatus accepiſſet, poſt varias (ut dictum eſt) P. C. ſententias locus apud Fratres Capuccinos eligitur die XXI. ipſius menſis Septembris.)H)

Rebus itaque ex Senatus voluntate diſpoſitis in ædificandi Templi fundamento Joannes Triviſanus Patriarcha Venetus die III. Mai anno inſequenti MDLXXVII. ritu ſolemni primum lapidem poſuit, cui inſculpta fuerat hæc Epigraphe.

„ Ex pio ſolemnique voto Reipublicæ, ad arcenda fulgura „ diræ peſtis Redemptori Deo Noſtro dicatum. Gregorio XIII. „ Pont. Max. Venetiarum Duce Aloyſio Mocenico Joanne „ Triviſano Patriarcha MDLXXVII.

Templum multa impenſa, atque eleganti opera nobiliſſimum, ac magnificentiſſimum brevi temporis ſpatio prodiit, ad cujus aram Principem æneum Chriſti Redemptoris Crucifixi ſimulacrum erigi juſſit Senatus, geminaque hinc inde ex ære pariter conflata ſimulacra ſtatuit, quorum unum Divum Marcum Evangeliſtam urbis patronum, alterum vero Divum Franciſcum Seraphicum habitu Capuccinorum indutum repræſentat, in quo pariter habitu repræſentantur indutæ due Sanctorum Franciſci & Antonii ſtatuæ, quæ ad ſiniſtrum latus marmorei exterioris proſpectus exurgunt, ut autem perennis accepti beneficii memoria, ad poſteros derivaret, juſſit Senatus interiori Templi proſpectui hæc verba apponi.

„ Chriſto Redemptori Civitate gravi peſtilentia liberata Se- „ natus ex Voto. Prid. Non. Sept. MDLXXVI.

Capuccini interea auguſtiſſimum Templum ſibi oblatum metuentes rigidiſſimæ ipſorum paupertati minus convenire, gratiis publicæ benignitati, ut par erat, prius actis, egregium munus recipere recuſarunt, niſi prius *ad id Sedis Apoſtolicæ licentia, & facultas ſibi* ſuffragaretur. Eapropter Gregorius XIII. ſuſceptis Ducis, & Senatus Veneti precibus eiſdem Duci, & Senatui, *ut dictis Fratribus Capuccinis* Eccleſiam *S. Salvatoris* (taliter in Diplomate enuntiatur non ſemel Eccleſia SS. Redemptoris) *ad effectum, ut ipſi ibi Miſſas, & alia Divina Officia celebrare poſſent, dare, & concedere, iidemque Fratres illam ad effectum præmiſſum cum benedictione* Pontificia *recipere, & habere valerent licentiam* conceſſit, *& facultatem* impertitus eſt die X. Januarii anno MDLXXVIII. (I).

Numiſma in Eccleſiæ fundamentis jactum dedimus inter alia ejusdem generis numiſmata Operis hujus Tom. V. poſt Præfationem. Eccleſiam deinde, & Altare Majus Conſecrationis

mu-

laudère ornavit, ſacrisque Reliquiis ditavit Laurentius Priolus Patriarcha Venetiarum die XXVII. Sept. anno MDXCII.

1592. *Die 27. quæ erat Quarta Dominica Septembris.*

„ Ego Laurentius Priolus Patriarcha Venetiarum conſecravi Eccleſiam, & Altare hoc in honorem Chriſti Redemptoris, & S. Franciſci Confeſſoris, & Reliquias Beatorum Apoſtolorum Petri, Andreæ, Jacobi, & Matthæi in eo incluſi: Duce Paſchale Ciconia: Singulis Chriſtifidelibus hodie unum annum, & in die Anniverſario conſecrationis hujusmodi ipſam viſitantibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concedens.

Aliis inſuper decorata fuit Eccleſia hæc Sanctorum Reliquiis tum ex variis Italiæ Sanctuariis, tum e Romanis cryptis ad eam ornandam adductis, ſed & ad ipſius decorem plurimum contulerunt eximii Pictores. Chriſtum enim tum in præſepio naſcentem, tum e ſepulcro reſurgentem Franciſcus Baſſanus, e Cruce depoſitum Jacobus Palma, flagris ad columnam cæſum, atque ad cœlos aſcendentem Jacobus Tinctoretus expreſſerunt. Præclara quoque Jacobi Palmæ, Joannis Bellini, & Pauli Veronenſis opera Sacrarium abunde exornant, atque in antiqua S. Mariæ Angelorum, quæ adhuc extat, Eccleſia, ara viſitur tabula, quæ Deiparam Virginem Divosque Hieronymum, & Franciſcum exhibet Joannis Bellini opus admirabile.

Plurimos, qui ex hoc Cœnobio prodierunt, virtutum laude, & morum ſanctimonia illuſtres viros fuſe recenſet Boverius in Capuccin. Annalibus, quos inter ſingulari encomio recenſendus eſt Angelicus juvenis, cujus nomen ignotum hominibus ab Angelis in libro vitæ ſcriptum celebratur. Hic corporis ſpecie, ſed magis animi honeſtate decorus, dum ſacris nondum initiatus panem oſtiatim Superioris juſſu emendicat, ab impudicis fœminis ipſius forma allectis ſpecie elargiendi panis in domum evocatur, moxque dum turpi ipſarum deſiderio conſtanter obſiſtit, ab ipſis ſæviſſime trucidatus pudicitiæ martyr evolavit ad cœlos. Rem deinde vulgavit quidam Societatis Jeſu Sacerdos nomine Ignatius, cui una ipſarum facti, vitæque anteactæ pœnitens horrendum facinus aperuit, facultatemque fecit caſtiſſimi juvenis merita, & invictum animi robur

bur aperiendi. Hæc Boverius affert Annal. Tom. I. par. II. ad annum 1567, qui deinde ad annum 1569.

Joannem Andream, & Matthæum Venetos recenſet, qui in extremo agone Sanctorum apparitione recreati lætantes ad cœlum evolarunt.

Michaelem Angelum Venetum prophetico ſpiritu, & miraculis poſt obitum patratis celebrem enuntiat ad ann. 1612.

Alios inde viros ortu, ſeu incolatu Venetos celebrat, quos inter ſpeciali laude notandi ſunt.

Leo Venetus, cujus præclara geſta fuſe enarrantur ad annum 1614.

Joannes Franciſcus Venetus demiſiſſima obedientia, & auſtera paupertate inſignis, qui Divinis chariſmatibus locuples Mantuæ in oſculo Domini obiit anno 1616.

Paſchalis Venetus, dum præclaro charitatis exemplo militibus peſtifero morbo infectis in Veneto exercitu Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrat anno 1617. eadem lue correptus ſanctiſſime obiit, cujus corpus, quod vivens ob morbi putredinem male olebat, ſtatim poſt obitum ſuavem, cunctis admirantibus, fragrantiam emiſit.

Ludovicus Venetus, vir ſummæ auſteritatis poſt toleratos ad patientiæ miraculum calculi dolores Venetiis obiit prophetiæ dono illuſtris anno 1626, quo pariter anno migravit ad ſuperos.

Joannes Antonius ex Patritia Priola gente Venetiis ortus, cujus admirabile vocationis genus, & præclaras virtutes fuſe enarrant Annal. Capuccin. Tom. III. par. II. in quibus ex Venetis pariter recenſentur Gaudentius ad annum 1629.

Auguſtinus, & Claudius ad annum 1631; atque plures alii, qui eodem anno dum peſte infectis indefeſſa pietate in Noſocomiis deſerviunt, martyres charitatis obierunt.

Lucas ex Contarena gente jugi orationis ſtudio, & eximia in Deiparam Virginem pietate clariſſimus ad ann. 1632. in citato Annal. Tom. III. par. III. cum laude affertur.

Ex hujuſce Conventus familia deducti fuerunt, ad Patriarchalem Venetiarum Sedem Franciſcus Antonius Corrarius, pariterque ad Eccleſiam Clodienſem primo, mox ad Tarviſinam adminiſtrandam Paulus Franciſcus Juſtinianus, & ad Scodrenſem in Dalmatia Vincentius Maria Bragadenus.

Index

Index eorum, qui Venetis Capuccinorum ædibus ſub Guardiani *titulo præfuerunt.*

1542 Angelus Savonenſis Capuccinos primum in loco Mons Cornuorum appellato, poſteà in S. Mariæ Angelorum Cœnobio rexit.
1572 Pacificus a S. Gervaſio Brixienſis.
1592 Stephanus Mediolanenſis.
1593 Dominicus a Coſta. Iterum 1601.
1602 Laurentius a Brunduſio poſtea Generalis Miniſter, de cujus apotheoſi Romæ nunc agitur.
1603 Hieronymus a Verona.
1605 Joannes de Venetiis. Iterum 1601. 1619. 1623.
1606 Bernardus a Verona.
1607 Michael Angelus de Venetiis, de quo ſuperius egimus.
1609 Gaſpar a Bergomo.
1610 Anſenius de Venetiis.
1614 Claudius a Sacile. Iterum 1632.
1615 Victor ab Utino. Iterum 1626. 1629.
1622 Hieremias de Venetiis Vir doctrina & omnium virtutum laude eximius, de quo agitur Tom. III. Annal. par. II. ad ann. 1624.
1627 Baſilius a Vincentia. Iterum 1633.
1628 Hieronymus de Venetiis ex Patritia Gente Victuria.
1635 Fortunatus a Cadubrio. Iterum 1642.
1638 Joannes Baptiſta de Venetiis. Iterum 1640. 1648. obiit in munere.
1639 Baptiſta a Vincentia Nob. Ven. Ex Familia *Ferramoſca* inter Vincentinas Nobili. Iterum 1644.
1645 Marinus de Venetiis ex Patritia Gente Amulia. Iterum 1647. 1652.
1646 Aloyſius a Verona. Iterum 1660. 1664.
1649 Amantius de Flambro. Iterum 1654. 1656.
1650 Georgius Maria de Venetiis.
1653 Jacobus a Cadubrio.
1655 Hyacinthus a Caſali.
1657 Hieronymus a Belluno. Iterum 1666.
1663 Seraphinus a Brixia.

1668 Hyacinthus a Verona. Iterum 1670.
1669 Carolus Maria a Verona.
1672 Jo. Franciſcus a Spilimbergo. Iterum 1681. 1688. obiit in munere.
1675 Jo. Franciſcus ab Utino.
1678 Jo. Baptiſta de Venetiis.
1684 Philippus Maria a Baſſano.
1689 Auguſtinus de Tiſana poſtea Generalis Miniſter.
1691 Jo. Petrus a Patavio. Iterum 1700.
1693 Daniel a S. Daniele. Iterum 1697. 1702.
1696 Lucas de Venetiis. Ex Nob. Fam. *Calbo*.
1705 Pacificus de Venetiis.
1708 Benedictus a Vincentia.
1711 Sanctus a Verona.
1714 Carolus de Pers. Iterum 1718.
1716 Damaſus de Centrale. Iterum 1720.
1723 Jo. Maria de Venetiis ex Patritia Fam. *Zane*. Iterum 1734. 1741.
1726 Franc. Antonius ab Oppitergio. Iterum 1732. 1744.
1729 Ang. Maria ab Utino.
1731 Bernardinus a Montaneana. Iterum 1737.
1738 Marc. Antonius a Baſſano.
1747 Joſeph Maria de Savorgnano.
1749 Auguſtinus de Conegiano.
1750 Franciſcus Maria de Venetiis.

Paulus III. Theodoſiæ Scripianæ concedit, ut Venetiis extruere poſſit domum cum Eccleſia, atque ibidem inducere religioſos viros a ſe, vel a comiſſariis ſuis eligendos.

A 1536. 20. Novembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Crucis de Judaica.

A tergo | *Dilecte in Chriſto filie Theodoſie Scripiane mulieri Venetiarum.*

Paulus Papa III.

Dilecta in Chriſto filia Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod alias cupiens terrena in celeſtia, & tranſitoria in eterna commutari, unam domum cum Cameris ſeu cellis refectorio, coquina, horto, & parvo oratorio in proprio ſolo, & de bonis propriis tibi ab alto collatis edificari feciſti, animo eam explendi in alicui religioni approbate aut mulierum ſub regulari obſervantia degentium, prout Omnipotens Deus tibi inſpirare dignatus fuiſset concedere, id tibi licere exiſtimans vigore quarumdam litterarum in forma brevis q. Dominico Triviſano Civi Venetiarum conceſsarum; verum cum prefacto Dominico, ſicuti domino placuit, vita functo tu ſpe hujuſmodi deſtituta fueris nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut tibi vel caſu quo morte preventa opus predictum perficere nequeas, dilectis filiis Antonio Triviſano q. Dominici, & Hieronymo Cornelio q. Georgii dum viverent equitum & procuratorum S. Marci nobilibus Venetiarum, quo ex nunc executores dicte tue voluntatis exprimendis, & eorum cuilibet de propriis bonis tuis domum predictam, que in Civitate Venetiarum in loco *ulla Giudeca* nuncupato conſiſtit cum horto, & oratorio ſeu Eccleſia ſub invocatione de Angelis, & omnium Sanctorum cum humili campanili, ac paucis campanis, nec non Cimiterio, Sacriſtia, cellis, & aliis membris & officinis neceſsariis, ut prefertur, confici, & conſtrui faciendi, licentiam concedere aliaſque in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui religionis propagationem, divini cultus augmentum, noſtris potiſſimum temporibus, ſinceris deſideramus affectibus, propoſitionem tuam hujuſmodi in Domino commendamus, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, vel te, ut prefertur, morte preventa executoribus tuis prefatis, &, ut premittitur, exprimendis, & eorum cuilibet, ut de propriis bonis tuis domum prefatam cum horto, & ſub invocatione prefata oratorium ſive Eccleſiam cum humili campanili, nec non parvis campanis & cimiterio & Sacriſtia, cellis, & aliis membris, & officinis neceſsariis hujuſmodi, & perpetuis uſu & habitatione aliquorum religioſorum unjus religionis approbate virorum vel mulierum ſub regulari obſervantia degentium per te, aut, te, ut prefertur, morte preventa, executores tuos prefatos eligendorum, inter quos aliquis tibi gratus optime vite ejuſdem tamen . . . . . pro aliis inſtruendis, & utilitate ipſius loci per te vel executores tuos ſpecifice eligere, & de licentia ſuorum ſuperiorum ibidem poni poſſint conſtrui, & perfici, & oratorium ſeu Eccleſiam, & cimiterium hujuſmodi, in quo tui & prefatorum religioſorum, ac aliarum devotionum. aut alia cauſa inibi ſepulturam eligentium cadavera ſepeliri poſſint per quecumque Catho-

tholicum antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habentem, per te aut executores prefatos eligendum conſecrari facere, nec non domum prefatam, cum juribus & pertinentiis ſuis prefatis religioſis, ut prefertur, eligendis ad perpetuo habitandum, & pro anima tua orandum aliasque regularem obſervantiam ducendum, & honeſte vivendum concedere libere & licite valeas, ſeu executores prefati valeant, ſine alicujus prejuditio auctoritate Apoſtolica tenore preſentium licentiam & facultatem concedimus, & indulgentiam, aut ſi premiſsa aliquo modo cauſa vel occaſione fieri impediantur, quod bona prefata . . . . dicata ſive ut vacaverint, ad uſum & habitationem perſonarum religioſarum honeſtam vitam ducentium per te quo ad vixeris, & poſt tui obitum per prefactos executores & ipſis deficientibus per priores miniſtros, & ſuperiores hospitalium pietatis, & Sanctorum Joannis & Pauli Venetiarum eligendos, & ibidem ponendos ita, quod ad alium uſum quantumcunque magis pium converti non poſſint nec non ut in loco predicto omnis ambitio & concurrentia, cum aliis religioſis, ac converſatio cum mulieribus ceſsare poſſit, quodque Oratorium prefatum in ejus diſtrictu ampliari non poſſit: quodque mulieres alique cujuscunque gradus, ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtentes etiam vigore cujuscunque privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum, ſub excommunicationis pena ipſo jure incurrenda in dicto loco domo, aut hortis ingredi nullo modo poſſint, ſed quod liceat eis oratorium prefatum tantummodo viſitare, & in eo orare, ac divina offitia audire auctoritate & tenore prefatis ſtatuimus, ordinamus, & decernimus, mandamus dilectis filiis Nuntio Apoſtolico in Civitate Venetiarum pro tempore exiſtenti, & Abbati Monaſterii S. Georgii Majoris, & Priori S. Trinitatis, (1) nec non Primicerio Eccleſie S. Marci Venetiarum, quatenus ipſi vel tres ſeu duo, aut unus eorum per te vel alium ſeu alios preſentes litteras, & in eis contenta quacunque ubi, quando & quotiens opus fuerit, ac pro parte tua fuerint requiſiti ſolemniter publicantes ubique, & executoribus predictis in premiſſis efficacis deffenſionis preſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra te & exequutores prefatos commiſſione, & indulto, ac ſtatuto, & ordinatione noſtris prefatis pacifice gaudere, non permittentes, te aut executores prefatos deſuper per quoscunque contra preſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, nec non religioſos, ut prefertur, elligendos, prout opus fuerit reforment, corrigant, & mutent, ac ſtatuta, & ordinationes licita & honeſta, nec Sacris Canonibus aut religionis ibidem ponende contraria in dicto loco, que ipſo jure a Sede Apoſtolica confirmate eſse, cenſeantur, concedat, contradictores quoslibet, ac rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis non obſtantibus fel. record. Bonifacii Pp. VIII. predeceſsoris noſtri, qua prohibetur, ut cujusvis ordinum mendicantium fratres in aliqua Civitate loca de novo ad inhabitandum recipere, ſeu haſtenus recepta mutare preſumant abſque dicte Sedis licentia ſpeciali faciens plenam, & expreſsam de hujusmodi prohibitione mentionem, ac quibusvis aliis Apoſtolicis, & provincialibus & ſinodalibus Conſiliis editis generalibus vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, & privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, de quo ſeu qua religioſi predicti eligent quomodolibet conceſſis, confirmatis, innovatis, contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus conjunctim vel diviſim ab eadem ſit ſede

(1) De Prioratu S. Trinitatis actum eſt Tom. V. operis hujus ad Eccleſiam S. Marie de Salute.

de indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub annulo Priſcatoris die vigeſimo Novembris milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto Pontificatus Noſtri Anno tertio.

Paulus III. permittit Theodoſiæ Scripianæ, ut poſſit aliam domum & Eccleſiam Venetiis erigere pro uſu Religioſorum, vel Eremitarum.

B 1540. 16. Julii.

Ex Archivo S. Crucis de Judaica.

A tergo | *Dilecte in Chriſto filie Theodoſie Scripiane mulieri Venetiarum.*

Dilecta in Chriſto filia Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Devotionis tue affectus, quo nos & Romanam Eccleſiam revereris, inducimur, ut deſideriis tuis preſertim, que te aut religionis propagationem, & divini cultus augmentum, & animarum ſalutem reſpiciunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, ſicut nobis nuper exponi feciſti, tu cupiens terrena in celeſtia, & tranſitoria in eterna felici commertio commutare, & de tuis propriis bonis tibi a Deo collatis forſan ſi tibi videbitur alicujus alterius ſocii per te elligendi unam domum in Civitate Venetiarum, cum loco ſatis ſolitario in Judeca nuncupato cum Eccleſia ſeu Oratorio humili campanili, parvis campanis, Sacriſtia, Cimiterio horto, cellis, & aliis membris & officinis neceſſariis pro uſu & habitatione aliquorum religioſorum ex aliquo ordine mendicantium approbato, & heremitarum vitam heremiticam de licentia Sedis Apoſtolice ducentium per te elligendorum conſtrui facere, ſi tibi dicte Sedis licentia ſuffragetur, nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut tibi ſuper his licentiam concedere, aut alias opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui noſtris potiſſimum temporibus religionem, & cultum hujusmodi adaugendum ſinceris deſideramus affectibus pium deſiderium tuum plurimum in Domino commendates hujusmodi ſupplicationibus inclinati, tibi per te vel alium ſeu alios, & poſt tui obitum, ut de bonis tuis ac etiam alterius ſocii per te forſan elligendi unam domum in prefato loco cum Eccleſia ſeu oratorio ſub invocatione, de qua tibi videbitur, ac campanili, campanis, ſacriſtia, cimiterio, octo cellis, & aliis membris & officinis neceſſariis pro uſu & habitatione religioſorum, ſeu heremitarum, ut prefertur, elligendorum ſine alicujus prejuditio conſtrui & perfici, ac Eccleſiam ſeu oratorium & cimiterium hujusmodi in quo tui vel religioſorum, & heremitarum hujusmodi pro tempore decedentium corpora ſepeliri poſſint per quemcunque catholicum antiſtitem gratiam & communionem dicte Sancte Sedis habentem per te elligendorum conſecrari facere, & domum ipſam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, religioſis ſeu heremitis elligendis hujusmodi ad illam perpetuo habitandum, & divina offitia inibi celebrandum, ac pro tue & ſocii hujusmodi animarum ſalutem oran-

brandum, & alias juxta eorum regulam & votum honeſte & recte vivendum concedere & aſſignare libere & licite valeas auctoritate Apoſtolica concedimus & indulgemus, mandamus Ven. Fratri Epiſcopo Caſertano, & dilectis filiis Archidiacono Eccleſie Venetiarum, ac Vicario Ven. Fratris Patriarche Venetiarum in ſpiritualibus generali, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, preſentes litteras, & in illis contenta quecunque ubi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte tui, & ſocii ac religioſorum ſeu heremitarum prefatorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eisque in premiſſis efficacis deffenſionis preſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra preſentes litteras, & in eis contenta quecunque firmiter obſervari, & te & ſingulos, quos ipſa concernunt illis pacifice gaudere non permittentes vos deſuper per quoſcunque contra preſentium tenorem quomodolibet moleſtari contradictores quoslibet, ac rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus fel. rec. Bonif. Pp. VIII. predeceſſoris, in quibus noſtri inter alia prohibeatur ne quis ordinum mendicantium profeſſionis loca, ad habitandum de novo recipere preſumat abſque ſedis predicte licentia ſpeciali facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentionem, & quibusvis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ordinis, cujus ipſi religioſi fuerint, ſtatutis ac conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & quibusvis privilegiis, & indultis Apoſtolicis illis quomodolibet, & ſub quibuscunque tenoribus & formis, nec non cum quibusvis clauſulis & decretis conceſſis approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam ſi de illis plenam & ſpecialem opportuerit fieri mentionem tenores illorum pro ſufficienter expreſſis habentes quoad premiſſa ſpecialiter & expreſſe derogamus contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Rome apud Sanctum Marcum, ſub annulo piſcatoris die decimo ſexto Julii milleſimo quingenteſimo quadrageſimo Pontificatus noſtri anno ſexto.

Senatus Venetus decernit, ut loca Fr. Bonaventuræ conceſſa, exempta ſint ab omni onere decimarum.

C

1541. 14. Maii.

Ex Archivo Monialium S. Crucis de Judaica.

1541. *die* 14. *Maii in Rogatis*.

E Stato ſempre pio inſtituto di queſta Repubblica non permetter che li ſtabeli di queſta Città, li quali ſi converteno in lochi ſacri, dai quali maſſime non ſe traze affitto, nè utilità alcuna, ſiano ſottopoſti à pagamento di decime come ſono li altri, che s'affittano, & dano utilità di livello o altro; però havendoſi inteſo dalla riſpoſta dei x. Savii noſtri ſopra le

le decime fatta alla ſupplicatione delli Ven. Patri frate Bonaventura Veneto, & compagni Scapuzini (1) hora letta, che le caſe nominate nella ſupplicatione ſoa, li ſono ſta dato in Elemoſina per habitatione loro, & che de quelle, non trazeno coſa alcuna di utilità, & appreſſo che avendo eſſi x. Savii veduto altri caſi ſimili a queſto, conſegliano eſſi ſuplicanti eſſer degni di eſſer eſauditi, è coſa conveniente ſimilmente exaudirli della dimanda loro, però:

L' anderà parte, che li ditti Ven. Padri Frate Bonaventura & compagni Scapuzini, & ſucceſſori ſoi non ſiano tenuti a pagamento alcuno di decime delle caſe, & loco che li è ſta dato in elemoſina per il ſtantiar ſuo juſta la translazione de quelle & altre ſcritture ad eſſe pertinente, che ſi ritrovano nell' officio noſtro di x. Savii ſopra le x. le qual caſe ſono in decima ducati 2. Lir. 19. Pic. 13. ſi delle decime che de cetero ſi ponerano, come delle paſſate, dapoi che eſſe caſe ſono pervenute nel ditto loco ſacro.

Io Stephanus Marius Duc. Not.

(1) *Scapuzini* appellati fuerunt Capuccini a nonnullis ſcriptoribus ſæculi XVI. corrupta voce Italici Idiomatis.

Paulus III. Apoſtolicas litteras Theodoſiæ Scripianæ pridem datas, de quarum validitate dubium erat, approbat, & confirmat.

D 1543. 19. Februarii.

Ex Archivo Monaſterii S. Crucis de Judaica.

A tergo | *Dilecte in Chriſto filie Theodoſie Scripiane mulieri Venetiarum.*

PAULUS PAPA III.

Dilecta in Chriſto filia ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Devotionis tue ſecuritas promeretur, ut te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur. Exponi nobis nuper feciſti, quod licet tu dudum auctoritate Apoſtolica unam domum cum Eccleſia ſub invocatione Beate Marie Angelorum, & Omnium Sanctorum Domini Jeſu cum chameris, hortis, paramentis, & aliis officinis neceſſariis ad Dei laudem, & honorem conſtrui, & edificari feceris, & aliam ſub invocatione per te eligenda de Apoſtolice Sedis licentia jam per te detenta pro uſu & habitatione nonnullorum religioſorum ſeu heremitarum vitam heremiticam de licentia dicte Sedis ducentium in Civitate Venetiarum in loco dicto *la Zudecha* ab acceſſu hominum ſatis remoto, & conſtrui facere intendens, ſeu jam inceperis, ac domui & conſtruendi hujuſmodi certas domos, ac nonnulla bona ſtabilia, ſeu etiam forſan mobilia, & pecuniarum quantitatem dicaveris & applicaveris, & in ambobus domibus ſeu Eccleſiis hujuſmodi, & forſan aliquem ſeu aliquos heremitam ſeu heremitas, & religioſos in vim litterarum Apoſtolicarum nominaveris, & introduxeris, quia

 tamen

tamen in eiſdem litteris Apoſtolicis inter alia expreſſum fuit, quod conſtitutio, & edificatio, & applicatio domus & Eccleſie Sancte Marie Angelorum ac Omnium Sanctorum hujuſmodi ex propriis tuis bonis, & applicatio & conſtitutio alterius domus & Eccleſie edificande, ſeu edificari jam cepte, & eiſdem tuis propriis & forſan alteri tui ſocii pecuniis fiebat cum tamen veritas fuit & ſit, quod applicatio, conſtructio, & edificatio domus & Eccleſie S. Marie Angelorum & Omnium Sanctorum pro minima ex tuis & pro majori parte ex alterius Chriſtifidelibus, & etiam aliorum, qui non nominati non curant, bonis & acquiſitio bonorum dicatorum & applicatorum pro alia domo & Eccleſia conſtruenda ſeu conſtrui cepta pro pecuniis non tuis, ſed diverſorum Chriſtifidelium ad effectum hujuſmodi collatis, & forſan conferendis facte fuerint, & fiant, & propterea ac forſan ex aliquibus aliis ſororibus cum litteris hujuſmodi conſecutis, non tamen principali propoſite edificationis, conſtructionis, & augmenti divini cultus hujuſmodi contrariis, tu dubitas litteras prefatas de ſurreptionis vel obreptionis ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtre defectu Notari vel impugnari, & quod te, & tuos teſtamentarios executores, ac heremitas ac religioſos ibidem pro tempore exiſtentes, a malivolis & invidis moleſtari poſſe pro tempore precedente; quare pro parte tua nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut ibi in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tuum pium propoſitum paterno affectu confoventes & tibi ne propterea litterarum prefatarum fruſtreris effectu teque amplioris favoris gratia proſequi volentes, ac dictarum litterarum, & in eis contentorum, ac inde ſecutorum & aliorum quorumcumque de neceſſitate exprimendorum veriorem tenorem preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodis ſupplicationibus inclinati tibi, quod quecunque littere Apoſtolice ex forma brevis ſuper premiſſis licentiis, facultatibus applicationibus, conſtructionibus, & aliis quibuſcumque hactenus conceſſa & inde ſecuta, & que ſequentur quecumque a data preſentium valeant, & plenam roboris firmitatem obtineant, ac tibi & heremitis ac religioſis pro tempore ibidem exiſtentibus, ac quibuſvis aliis in premiſſis ſuam intereſſe putantes ſuffragentur, ita quod de ſubreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtre defectu Notari, impugnari, vel contra illa opponi non poſſint, in omnibus & per omnia per inde ac ſi in his falſa expreſſa fuerint tacita, & quod tu ex paucis tuis, ſed pro majore parte ab uno ſeu pluribus aliis Chriſtifidelibus tibi ad hujuſmodi effectum colatis, & non de tuis propriis bonis expendi intendebas, prout jam forſam expoſueras, expreſſum . . . . error . . . . tuum propoſitum non mutatis in eiſdem litteris exiſtens minime conceſſum fuiſſe, & inſuper ut heremite ſeu religioſi ad habitum ibidem ſuſcipiendum ex meritoria opera in litteris premiſſis expreſſa exercendum facilius . . . . eiſdem heremitis & religioſis, qui juxta licentias & facultates ſibi ex dicta auctoritate Apoſtolica conceſſas in domibus vel Eccleſiis predictis, aut eorum altera pro tempore habitaverint per alios quoſcumque clericos ſeculares uſque ad numerum novem incluſive vivere, laicos vitam heremiticam inhibi ducere cupientes recipere, & admittere, & quoad vixerint retinere, & numerum novem hujuſmodi per obitum aut alias pro tempore diminutum & cum novis heremitis recipiendis, perpetuis futuris temporibus implere, nec non quecumque ſtatuta & ordinationes ſalubria, licita, & honeſta & ſacris Canonibus non contraria pro eorum exemplari & ſalubri vita condere, alterare, & mutare libere & licite valeant quodque domus Eccleſie, ac loca prefata ad alium quantumcumque etiam ad locum magis pium uſum etiam per Sedem Apoſtolicam abſque tui, aut pro tempore exiſtentibus tuorum commiſſariorum expreſſo conſenſu

ſenſu converti, aut applicari nullatenus poſſint, eadem apoſtolica auctoritate tenore preſentium de ſpeciali gratia indulgemus, ſique in premiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque judices & commiſſarios quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & cuilibet eorum quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate judicare, interpetrari atque decidi debere, nec non ſi ſecus ſuper his, a quocumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit intentari, irritum & inane decernimus. Quo circa dilectis filiis primocerio Eccleſie S. Marci Venetiarum, ac Vener. fratribus Patriarche Venet. ac Epiſcopi Torcellani in ſpiritualibus Vicariis Generalibus per preſentes committimus quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios faciant auctoritate noſtra ſingulas predictas, & preſentes litteras, ac in eis contenta plenum effectum ſortiri, ac te nec heremitas & religioſos predictos, ac alios quos ſingule littere ipſe conceſſerunt pacifice gaudere, non permittentes per quemcumque deſuper quomodolibet moleſtari contradicentes per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus premiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ordinum quorumcunque juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem ordinibus per Sedem Apoſtolicam pro tempore conceſſis etiam mare magnum & alias nuncupatum, quibus illorum veriores tenores preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, nec non omnibus illis, que in ſingulis litteris predictis expreſſum eſt non obſtare ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Rome apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 19. Februar. milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio Pontificatus noſtri anno Nono.

Joannes de la Caſa Legatus Apoſtolicus ex mandato Pauli Papæ III. univerſa privilegia pridem Theodoſiæ Scripianæ a Sede Apoſtolica indulta transfert in Florentiam Corneliam.

E 1547. 23. Januarii Epiſtolæ Pauli III.

1547. 31. Martii Sententia Legati.

Ex Archivo Monaſterii S. Crucis de Judaica.

IN Chriſti nomine Amen univerſis & ſingulis preſentis publici proceſſus ſeriem & tenorem inſpecturis, lecturis, & legi audituris pateat evidenter, & firmiter; qualiter anno nativitatis ejuſdem milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione quinta, die vero Jovis trigeſima prima menſis Martii; Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli divina providentia Pape III. anno Tertiodecimo.

Coram Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino D. Joanne della Caſa

electe

electo Beneventano Camere Decano prelibati Sanctiſſimi Domini noſtri Pape ejusque Sancte Sedis Apoſtolice in toto Dominio Venetorum cum poteſtate Cardinalis de latere legato Apoſtolico, ac in mei Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum preſentia preſens, & perſonaliter Conſtitutus in loco infraſcriptus Reverendus Dom. Presbyter Antonius Magantellus Eccleſie Sancti Marci Venetiarum Canonicus, & chori ejusdem Eccleſie Magiſter, procurator, & eo nomine magnifice Domine Florentie filie qu. Clariſſimi Domini Georgii Cornelii Equitis, & Procuratoris Sancti Marci, & relicte q. Clariſsimi Domini Petri Triviſani filii Magnif. Domini Dominici ſimiliter Equitis, & procuratoris, prout de ſuo procurationis mandato conſtat publico Inſtrumento, quod actualiter produxit, & pro legiptimatione ſue perſone in preſenti proceſſu regiſtrari petiit tenoris ſubſequentis, & eidem Reverendiſsimo Domino legato Apoſtolico exhibuit, & preſentavit litteras Apoſtolicas in forma brevis ſub annulo piſcatoris more Romane Curie ſigillatas parte, & nomine ejusdem magnifice Domine Florentie impetratas, & obtentas eidemque Reverendiſsimo legato Apoſtolico de mandatas quas inſtetit per ſuam Reverendiſs. Dominationem recipi, & admitti ac aperiri tenoris ſubſequentis.

Qui Reverendiſs. Dominus D. Legatus Apoſtolicus antedictus auditis premiſsis, & viſis dictis literis Apoſtolicis illas cum ea qua decuit Reverentia admiſsit, recepit, & aperuit, mihique notario infraſcripto legendas tradidit tenoris ſubſequentis omni meliori momodo &c.

Teſtes D. Hieronymus Thadeus.
Dominus Presbyter Hieronymus Pizamanus.

Tenor mandati procuratoris Domini Presbyteri Antonii Magantelli ſequitur. Videlicet:

IN Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejusdem milieſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione quinta die Sabbati vigeſimo ſexto menſe Martii. Magnifica D. Florentia filia Clariſſi Geogii Cornelii Equitis & Procuratoris, ac relicta qu. Magnifici D. Petri Triviſano q. Clariſſimi D. Dominici Equitis, & procuratoris omni meliori modo quo potuit ſolemniter conſtituit, creavit, & ordinavit ejus verum & legiptimum procuratorem, nuntium, & commiſſum Reverendum D. Presbyterum Antonium Magantellum Canonicum Eccleſie Sancti Marci Venetiarum abſentem, ſed tamque preſentem ſpecialiter & expreſſe in omnibus & quibuscumque ſuis littibus & cauſis, tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis, tam motis, quam movendis, & tam in agendo, quam in deffendendo, ad comparendum coram quibuscumque judicibus, officiis, curiis, conſiliis, collegiis, magiſtratibus, & jusdicentibus, tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis quacumque dignitate, & officio fungentibus, tam in hac inclita Civitate Venetiarum, quam extra ubique locorum, & terrarum, & ſi opus fuerit etiam coram Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Dominio noſtro Venetiarum, & Excellentiſſimis Dominis Capitibus Illuſtriſs. Conſ. Decem & Clariſs. D. Advocatoribus ad agendum, deffendendum placitandum terminos precepta advocatos, interdicta, ſequeſtra, ſuſpenſiones, & dilationes tollendum, probandum, reprobandum teſtes inſtrumenta ſcripturas, & jura qualibet producendum productis ex adverſo opponendum ſententias audiendum, appellandum & proſequendum, & in animam ſuam omne licitum juramentum ſuſcipiendum componendum, condonandum tranſigendum de Jure de facto more Veneto, & inappellabiliter compromittendum ac precipue inſtandum & proſequendum & impetrandum expeditionem

nem cujuſdam Brevis Apoſtolici & omnium aliarum ſcripturarum rerum, & cauſarum ipſi brevi pertinentium, & que oriri poſſent vigore dicti Brevis, & generaliter in premiſſis & circa predicta omnia neceſſaria procurandum, que ipſamet Domina conſtituens facere poſſet, ſi preſens eſſet, promittens ipſa Domina ſubſtituens firmum, ratum, & gratum habere quicquid per dictum Dominum Conſtitutum, vel per ſubſtituendos ab eo vigore hujus mandati geſtum, & procuratum fuerit ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum ſuorum preſentium, & futurorum.

Actum Venetiis in Eccleſia S. Marie Angelorum, & omnium Sanctorum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Onofrii Monaſterii pauperum heremitarum poſita in Contracta S. Euphemie a Judaica preſentibus ſ. Franciſco q. ſ. Dominici di Re di Liſade Zogna territorii Bergomenſis habitatore in dicta Contracta, & ſ. Baptiſta Semprebon qu. ſ. Michaelis de Bovolenta agri Paduani ad preſens olim nobilium de cha Capello jam dicte contracte teſtibus rogatis.

Ego Avidius Branchus civis, & habitator Venetiis q. Excellentiſſ. Juris utriusque Doctoris Domini Victorii publicus Imperiali ac Veneta auctoritate Not. rogatus, & in prothocollo meo ſcripſi, publicavi, & aliis occupatus aliena manu in hanc formam publicam redigere feci, appoſitis ſigno, & nomine meis ſolitis ac conſuetis.

Tenor litterarum Apoſtolicarum ſequitur.

Venerabili Fratri Joanni Archiepiſcopo Beneventano apud Dominium Venetorum noſtro & Apoſtolicæ Sedis Nuntio.

PAULUS P.P. III.

VEnerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut dilecta in Chriſto filia Florentia Triviſana mulier Venetiarum nobis nuper exponi fecit, poſtquam ipſa de ejus anime ſollicita ſalute, nomine dilecte in Chriſto filie Theodoſie Scripiane mulieris ſimiliter Venetiarum ſibi gratis & benevole, cum dicta Florentia tunc nominari noluiſſet de ſuis propriis bonis nonnullas domos in Civitate Venetiarum, & loco la Judeca nuncupato verſus mare juxta ſuos confines, & in eis unam ſub S. Marie Angelorum, & Omnium Sanctorum Domini Jeſu cum Campanili humili, campanis, Sacriſtia, octo cellis, & aliis membris & officinis ſuis, nec non aliam a prefacta non multum diſtantem ſuper fundamentis Canalis magni della Judeca nuncupatum ſub Sanctorum Onofrii & Heremitarum & anacoritarum invocationibus Eccleſias de Sedis Apoſtolice licentia conſtrui & edificari, ac poſtea conſecrari facere, nec non uſui & habitationi heremitarum vitam, cum dicte Sedis licentia ducentium, aut aliquorum aliorum cujusvis Ordinis religioſorum per eandem Theodoſiam ſeu ejus executores teſtamentarios pro tempore elligendos concedi & aplicari poſſe obtinuerat, prout in diverſis in forma brevis litteris deſuper confectis plenius dicitur contineri; prefata Theodoſia earumdem litterarum vigore S. Marie Angelorum, que jam conſtructa & conſecrata, ac Sanctorum Onofrii heremitarum & anachoritarum que conſtrui cepta, non tamen perfecta, aut conſecrata exiſtit, Eccleſias prefatas quibusdam heremitis de ejusdem Sedis licentia vitam ducentibus, ſub ſalubribus inſtitutis & maxima vite asperitate & ſtrictura viventibus conceſſit, & applicavit, nec non propria auctoritate vel alias de bonis ejusdem Florentie unam aliam Eccleſiam ſive Capella, ſub Invocatione Sanctorum Martini & Sanctarum Virginum a primis dictis Eccleſiis ſive capellis non multum diſtantium

tium jamprimum conſtruxit; cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prefata Theodoſia rei veritatem, ac optimam Florentie mentem agnoſcens, litterarum prefatarum conceſſionibus, & indultis ac quibuscumque juribus illarum vigore ſibi quomodolibet competentibus in favorem dicte Florentie ſalvo tamen ejusdem Sedis beneplacito ceſſerit renuntians pro ut in Inſtrumento publico deſuper confecto plenius etiam dicitur contineri, ac prefata Florentia S. Onofrii & heremitarum & anacoritarum, nec non Sanctorum Martini & Virginum Eccleſias ſeu capellas hujusmodi dante Domino perficere ſeu perfici & demum conſecrari facere intendit. Timeat tamen ne ſingule Eccleſie & loca hujusmodi in defectum heremitarum in illis exiſtentium tempore procedente deſtructum aut aliis uſibus contra ejus mentem vel aliam beneficio Eccleſiaſtico, ſeu alii Monaſterio etiam forſan ordinaria, ſeu Apoſtolica auctoritatibus applicentur, aut in perpetuum, vel ad tempus uniantur, dictaque loca opera ſua laudabili fruſtetur effectus pro ejus Florentie parte nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi in premiſſis opportune provideri de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur divini cultus ubique florere & augeri noſtris potiſſime temporibus exoptantes, ipſamque Florentiam in hujusmodi laudabili propoſito confoveri volentes, & de premiſſis etiam notitiam nos habentes, nec non litterarum ſuper premiſſis obtentarum applicationisque eorum conceſſionis, nec non ceſſionis & renuntiationis hujusmodi, ac Inſtrumentorum ſuper eis confectorum tenores preſentibus pro expreſſis habentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per preſentes committimus & mandamus, quatenus prefatam Florentiam de cujus bonis Eccleſie, & alia edificia hujusmodi, ut prefertur facta fuerunt in totum jus ipſius Theodoſie, & quo ad perſequtionem quarumcumque litterarum Apoſtolicarum ſuper premiſſis ejusdem Theodoſie nomine quomodolibet obtentarum inducas, ita quia ipſa Florentia quoad vixerit, vel ea morte preventa ejus executores teſtamentarii per eam conſtituti ſeu conſtituendi nonnulla per ipſam Theodoſiam acta in melius reformare, & ſtabilire, nec non Sanctorum Onofrii & Eremitarum & anachoritarum & Sanctarum Martirum (1) & Virginum Eccleſias ſeu capellas hujusmodi perficere ſeu perfici & conſecrari facere, nec non ſingulas Eccleſias & loca predicta in defectum heremitarum tunc inhibi exiſtentium uſui & habitationi aliorum religioſorum etiam in communi propria habentium, ſeu etiam Clericorum regularium vel ſecularium vitam tamen Clericalem obſervantium, ac etiam laicorum vitam regularem, & artiorem ducentium, prout Florentie ſeu executoribus prefatis videbitur ita quod deſtrui ſeu alienari, aut in alium etiam magis pium uſum absque Florentie ſeu executorum predictorum licentia converti, nec non libri & bibliotecha duarum capellarum ſive Eccleſiarum perſonis habitantibus citra dictum locum ultra ſpatium unjus menſis & ſine nota & memoria de libris & perſonis, quibus comodati fuerunt in ſcriptis redacta comodari non poſſint, ſub cenſuris & penis Eccleſiaſticis ipſo facto in eventum contradictionis incurrendis quodque ſi . . . . . id totum nullum irritum & inane exiſtat, aliisque modis formis & ſtatutis deſuper ordinandis, ſalubribus tamen & licitis & honeſtis, que poſtquam condita & ordinata fuerint dicta Apoſtolica auctoritate approbata ſint & eſſe cenſeantur, applicare & concedere, ac omnia alia & ſingula in predictis litteris contenta prout dicta Theodoſia illarum vigore poterat exequi licere & licite poſſit, & valeat ſubſtituere & ſurrogare, ſicque in premiſſis omnibus & ſingulis per quoscumque, tam Apoſtolica, quam ordi-

(1) In Apographis documentorum aliquando legitur Sanctarum Martyrum & Virginum, aliquando vero Sanctorum Martini, & Virginum, prout exaratum reperi exſcripſi, veriſimilius tamen eſt fuiſſe Sanctis Martyribus & Virginibus dicatam Eccleſiam.

dinaria & delegata, ac mixta auctoritate fungentes judices & perſonas ubique judicari & cognoſci, ac decidi debere ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter cognoſcendi, decidendi facultate nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate contigerit ſcienter attentari, decernere auctoritate noſtra procures & nichilominus ſi premiſſa per ſe vigore preſentium fieri contigerit ut prefertur eidem Florentie, & executoribus prefatis in premiſſis efficaci deffenſionis preſidio aſſiſtens facias eadem premiſſa firmiter obſervari illiſque Florentiam & executores prefatos pacifice frui & gaudere, non permitens quemcumque contra earundem litterarum tenorem a quolibet moleſtari impediri aut inquietari: contradictores quoslibet & rebelles etiam quoſcumque de quibus tibi placuerit per cenſuras & penas & alia opportuná juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Pp. octavi predeceſſoris noſtri de una, & in Conſilio generali de duabus dietis dummodo non ultra tres dietas aliquis auctoritate preſentium, ad judicium non trahatur, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac heremitarum & aliorum ordinum hujuſmodi juramento confirmatione Apoſtolice vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus nec non omnibus illis que in litteris eidem Theodoſie conceſſis hujuſmodi expreſſum fuit non obſtantibus ceteris contrariis quibuſcumque.

Dat. Rome apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 23. Januarii 1547. Pont. noſtri anno 13.

Hieronymus Melchior.

Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem & receptionem eidem Reverendiſs. Domino legato, & per ſuam Reverendiſs. Dominationem ut premittitur factam. conſtitutus prefatus Rever. D. Presb. Antonius Magantellus procurator. & eo nomine quo ſupra ex facto actualiter & in ſcriptis produxit Inſtrumentum ceſſionis factum per Dominam Theodoſiam Scripiani in preinſertis litteris Apoſtolicis nominatam ſupradicte D. Florentie principaliter bonorum ſtabilium & locorum de quibus fit mentio in eadem ceſſione & litteris Apoſtolicis predictis nec non litteras Apoſtolicas in forma brevis ſub annulo piſcatoris more Romane Curie ſigillatas, alias impetratas & obtentas parte ſupradicte D.Theodoſie Scripiani ei ultraque directas de, & ſuper dictis bonis ſtabilibus & locis poſitis & jacentibus in Civitate Venetiarum in loco la Judeca nuncupato verſus mare juxta ſuos confines tenoris ſubſequentis & inſtetit eaſdem litteras Apoſtolicas ipſi Rev. directas & preſentatas debite executioni demandare juxta earum vim continentiam formam, & tenorem, qui Rev. D. Legatus Commiſſarius & executor antedictus volens mandata Apoſtolica ſibi injuncta debite executioni demandare viſis & bene conſideratis ſupradictis Inſtrumento ceſſionis predictorum bonorum ſtabilium & locorum de quibus in eo, litteriſque Apoſtolicis ſupradicte D. Theodoſie per prelibatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum conceſſis de quibus in preinſertis litteris Apoſtolicis fit mentio, conſideratoque tenore earumdem litterarum Apoſtolicarum, conſideratiſque locis & domibus, de quibus fit mentio in dictis litteris Apoſtolicis, quod conſtructa & edificata foerunt de bonis & denariis pro majori parte ejuſdem Domine Florentie, prout ſupradicta D. Theodoſia in cedula inſerta in Inſtrumento ceſſionis ſponte fatetur & confitetur eamdem D. Florentiam in totum jus ipſius Domine Theodoſie, & quod ad proſecutionem quarumcumque litterarum Apoſtolicarum ſuper premiſſis eidem D. Theodoſie nomine quolibet obtentarum, itaquod ipſa D. Florentia quoad vixerit vel ea morte preventa ejus executores teſtamentarii per eam conſtituti

ſeu cõſtituendi nonnulla per ipſam Theodoſiam acta in melius reformare ſtabilire, nec non Eccleſias ſeu capellas, de quibus fit mentio in eiſdem litteris Apoſtolicis Sanctorum Onofrii & heremitarum & anachoritarum & Sanctarum Martirum & Virginum perficere ſive perfici & confirmari facere, nec non ſingulas Eccleſias & predicta loca in defectum heremitarum nunc in eis exiſtentium uſui & habitationi aliorum religioſorum & in communi proprium habentium, ſeu & Clericorum regularium vel ſecularium vitam tamen Clericalem obſervantium, ac etiam vitam laicorum regularium & arctiorem ducentium, prout ipſi D. Florentie, ſeu executoribus teſtamentariis prefatis videbitur, ita quod ipſa Eccleſia Capelle & loca prefata deſtrui ſeu alienari, aut in alium etiam magis pium uſum abſque ipſius D. Florentie ſeu executorum ſuorum prefatorum licentiam conceſſ. nec non libri bibliotecche dictarum Eccleſiarum, ſive Capellarum perſonis habitantibus extra dicta loca ultra ſpatium unjus menſis, & ſine nota & memoria de libris & perſonis quibus commodati fuerint in ſcriptis redacta commodari non poſſint ſub ſententiis &c.

IN Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Amen anno Nat. ejusdem 1547. Indict. v. die Jovis 24. menſis Martii. Conſtituta coram me Notario & teſtibus infraſcriptis infranominata Domina Theodoſia Scripiani mihi Notario exhibuit, & preſentavit quoddam folium bombicinum manu ſua propria aſſerens eſſe ſcriptum, rogans expreſſe me Notarium & ſcripturam ipſam ommiſſis depennaturis in prothocollo meo regiſtrare debeam in vim formam & tenorem publici Inſtrumenti totiens relevandi in publicam & auctenticam fomam ſeu exemplum quotiens fuero requiſitus, tenor cujus talis eſt:

Jeſu 1547. adi in preſentia di voi Noder & teſtimonii infraſcriti. Io Theodoſia Scripiani fu de miſ. Franceſco del confin de S. Silveſtro in Venetia ſi per mio moto proprio & ſicurezza della conſcientia mia, & acciocchè mai non naſca lite & danation delle anime, dichiaro come ad inſtantia della nobel matrona Mad. Fiorenza Triviſana fiola del q. miſ. Zorzi Corner & Procurator & Cavalier, relita de q. homo nobile miſ. Piero, & che domanda & ricerca queſta ſcritura per ogni miglior modo & via & forma che ſi poſſa far che ſia valida da mi Theodoſia, la qual expono & affermo & dechiaro che io ſoto el proprio mio nome Theodoſia ho comprati alcuni ſtabili & lochi alla Judecha, e li ho fatti fabricar & li ho applicati al culto di Dio & dati per habitatione ad alcuni religioſi ſolitarii di S. Franceſco per la facultà a mi data per alquanti fideli de Jeſu Chriſto, & maniſeſto & dico che tutti li danari ſpeſi in acquiſtar & fabricar li ditti lochi ſono pervenuti parte alcuni miei proprii & particulari danari de mi Theodoſia, & parte alcuni danari per me riceputi al dito effetto da alquanti fideli de Jeſu Chriſto, li quali non ſi cura nominarſi & hanno voluto le dite ſpeſe eſſer fatte in mia perſona & ſotto el mio nome de Theodoſia & el reſto, ma per vero e più parte, che ha principiato & finite le dite ſpeſe & pia opera la ditta madon. Fiorenza ſola non curandoſi eſſer nominata ha contadi & dati in più parte li danari a mi prefata Theodoſia; la qual volendo più libera de impazi attender all'anima mia & prepararmi alla morte per mia ſpontanea & libera voluntà non per error ſeduta ne sforzata per alcuna ſiniſtra machination, ma di mia certa ſcientia efficacemente de raſon & per ogni miglior modo via & forma che poſſa far & voler per vigor della preſente ſcrittura talmente rinuntio a tutte le raſon & a ciaſcheduna che per ogni via me poteſſe convegnir, & alla antedicta mad. Fiorenza expreſſamente le renontio & ciedo, & la meto in libero Dominio & pacifico poſſeſſo delli diti loci, & promet-

metto de oſſervar per ferma queſta mia riuuntia & ceſſione ne mai contravegnir ad effetto, che eſſa madona Fiorenza come vera & ſola padrona, & fundatrice come e preditto ſecondo la ſua bona conſcientia reduca li ditti ſui loci a perpetuo culto de Omnipotente Dio mantenendoli boni ſervi de Dio che celebri, & facia oratione per le anime noſtre e de ſuoi defunćti marito, ſocero, progenitori & conſanguinei, li quali in carco delle anime ſue non permetta che li diti lochi ſia uſurpati, ne meſſi in altro uſo che el preditto, & voglio queſta ſcrittura ſia autenticata per mano di Nodaro, acciò la vaglia in ogni foro & tribunale. Il è necceſſario & fora a laude de Dio. Io ſoprascrita Theodoſia ſcripiani de mia mano laudo & confermo; per le qual coſe da eſſer più validamente atteſe & obſervate la ditta madona Theodoſia obliga li heredi & ſucceſſori ſoi & tutti li ſoi beni di qualunque ſorte preſenti & futuri. Et hic eſt finis ſcripture antedićte mihi Notario infraſcripto, ut ſupra dićtum eſt preſentare.

Aćtum Venetiis in domo habitationis mei Notarii poſita ſuper Plathea S. Marci preſentibus ſ. Franciſco q. ſ. Dominici di Re di Giſi de Zogno territorii Bergomenſis habitatore Venetiarum, Joanne piſtore filio Magnifici Vincentii Piſtoris ſupradićta plathea in domibus Clariſſimorum Dom. Procuratorum teſtibus rogatis.

Ego Avidius Branchus Civis & habitator Venetiarum q. Eximii D. Vetorii publicus Imperiali & Veneta aućtoritatibus Not. rogatus in Prothocollo meo ſcripſi, publicavi, & aliis occupatus negotiis, aliena manu in hanc publicam formam redigere feci appoſitis ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis.

Senatus Venetus Oratori ſuo in Curia Romana degenti committit, agere apud Vicarium Generalem Minorum de Obſervantia, ut Fratres Reformatos mittat ad locum S. Mariæ Angelorum de Judaica.

F 1547. 23. Aprilis.

Ex Archivo Monialium S. Crucis de Judaica.

Oratori in Curia.

Fù nel 1541. alli 14. Maggio per il Conſeglio noſtro de Pregadi conceſſo al Ven. Padre Fra Bonaventura e compagni Frati di S. Franceſco Oſſervanti il loco, & Capella alla Zuecca, qual ebbero in elimoſina, dove etiam li ditti ſi riddûſſero ad habitar, dipoi havendoſi li compagni preditti proviſto di altro loco, eſſo Fra Bonaventura è reſtato lui ſolo con doi miniſtri, per il che deſiderando noi, che il loco prefato ſia habitato da qualche numero de boni religioſi appreſſo eſſo Frate Bonaventura, i quali poſſino attender alli officii, & culto divino, & alle confeſſioni, & altre pie & Chriſtiane opere, & con bon eſempio a queſta noſtra Città, vi commettemo che dobbiate ritrovarvi con il Rev. Vicario delli Frati di S. Franceſco di Oſſer-

ſervantia nuovamente eletto, e pregarlo in nome noſtro, che al Capitolo General che de preſenti ſi deve congregar, la ſua Reverenda Paternità per honor del Signore Dio, & in precipua gratificazion noſtra, vogli proveder, & ordinar, che ſiano mandati al detto loco della Zudecha delli Frati di S. Franceſco Oſſervanti, i quali ſiano delli Reformati, acciò inſieme con il ditto Frate Bonaventura habbino a celebrar li Divini Officii, e far le altre bone e ſante opere, che a ſimel religioſi ſe conviene a laude del Signor Dio, & beneficio di queſta noſtra Città, il che ne ſarà di ſumma ſatisfatione, & contento.

Et acciò tal noſtro pio & honeſto deſiderio ſortisca il deſiderato effetto direte ancho una parola alla Santità del Pontefice, acciò ſua Santità commetti ad eſſo Rev. Vicario, che faccia quanto di ſopra vi dicemo eſſer ſummo noſtro deſiderio.

Datum die 23. Aprilis 1547.

Conſiliarii.

D. Bernadinus Venerius. D. Stephanus Theupulus.
D. Philippus Tronus. D. Zacharias Vendramenus.

Raphael Cornelius Duc. Not.

Senatus Venetus decernit, ut ædificia a Fratre Bonaventura contra formam Legum extructa poſt ejus obitum deſtruantur.

G 1547. 23. Junii.

Ex Archivo Monaſterii S. Crucis de Judaica.

1547. *die* 23. *Junii. In Rogatis.*

HAvendo il Rev. Padre Fra Bonaventura da Venetia del Ordine di S. Franceſco novamente fato fabricar certi Monaſterii & Chieſie & Campanili, over capiteli da campane, nel confin della Judecha nella Contrà di S. Euſemia fra li Monaſterii delli Rev. Padri di S. Jacomo dalla Zudeca, & quello delle Ven. Monache dalla Croſe, contra la forma delle leze & ordeni noſtri, & in prejuditio delli ditti Monaſterii & maxime di quello delle ditte Rev. Monache de S. Croce per molti reſpeti.

L'Andarà parte che per autorità di queſto Conſeglio li ditti Monaſterii edificati contro le leze, ut ſupra, non poſſino continuar, & che de preſenti ſiano desfatti li campanili over capiteli, ne poſſino più ſonar campane de ſorte alcuna: & ſimilmente tutti li Cimiterii & anche inſieme con la capella nova non ſacrata ſopra la fondamenta, ne poſſi in alcun tempo nelli ſopraditti lochi adurſi Frati, Monache, ne alcuna altra ſorte de religioſi, over Eccleſiaſtici; verum per uſar della ſolità benignità noſtra verſo la perſona del prefato Fra Bonaventura li ſia permeſſo, mentre chel viverà, tradur la vita ſua quietamente nelli ditti loci, non poſſendo però aver ſeco in alcun tempo niun altro frate, ſalvo uno converſo, over dui al più per governo della perſona ſua, & dapoi la morte del ditto Fra Bonaventura con li debiti

biti modi ſe debba operar, che ſiano deſtrute tutte altre Chieſie, & ogni altra coſa che poſſi eſſer ad uſo de religioſi, non poſſendoſi in alcun tempo ſeppelir corpi morti in ditti loci, ma tutti ditti fondi & reſtante de fabriche & loci reſtino liberi in diſpoſizion delli patroni laici delli ſopraſcriti terreni, & fabriche come loci privati ſeculari ad uſo de laici. La execution veramente & obſervantia della preſente parte ſia commeſſa a cadauno delli Avogadori & proveditori noſtri de commun ſenza altro Conſejo, & la preſente parte non ſi poſſa revocar; ſalvo ſe la parte non ſarà poſta per tutti li ordeni del Collegio noſtro, nec non & preſa con li $\frac{5}{6}$ de queſto Conſejo congregato da 150. in ſuſo.

Antonius de Rubertis Duc. Not. cum auſtentico auſcultavit.

Die Veneris 8. *Julii* 1547.

Jacobus Petri famulus ret. mandato Clariſs. Domini Sebaſtiani Venerio honorandi Advocatoris communis intimaſſe preſentem partem Venerabili Fratri Bonaventure, de Venetiis Ordinis S. Franciſci, & hoc ad Inſtantiam Ven. Monialium S. Crucis a Judaica, & Fratrum S. Jacobi a Judaica, qui Frater Bonaventura reſpondit. Son amalato non ho potuto far l' obedientia, ma avanti San Zuanne fin mo, non è ſta ſonà le campane, e che ſe obedirà, ma che ſia intimà queſta parte a Madona Fiorenza Corner, che è patrona del loco.

Jo: Fr. Merlini Not. Advocat. Exec.

Senatus Venetus voto ſe obſtringit edificandi Eccleſiam SS. Redemptori, locumque eligit in Judaicæ Inſula apud Monaſterium Fratrum Capuccinorum.

H 1576. 4. & 21. Septembris.

Ex Archivo Conventus SS. Redemptoris in Judaica.

1576. 7. *Settembre in Pregadi.*

DA quello ſi legge nella ſacra Scrittura, come nell' Iſtorie delle coſe paſſate ſi conoſce chiaramente, che quando la Maeſtà di Dio flagella publicamente un Popolo non ſi placa prima, che non ſia publicamente con ogni ſegno d' umiltà ſupplicata, onde affligendo al preſente queſta Città col flagello della Peſte e molto ben conveniente, che oltre quanto é ſtato fatto per il paſſato ſi continui a ricorrer all' infinita ſua Clemenza per impetrare miſericordia publicamente, e con ogni divozione però:

L' anderà Parte, che il Sereniſſimo Principe Noſtro con li Mag. & tutti gli altri di queſto conſiglio con la Veſte che portano ordinariamente debbano andar li giorni proſſimi Zuoba, e Venere, e Sabbado nella Chieſa no-

ſtra

ſtra di S. Marco dove doppo udita la Meſſa ſia fatta ogni giorno proceſſione portando il Santiſſimo Sacramento pregando ſua divina Maeſtà per la liberazione di queſta Città dal preſente flagello, & il Sabbato giorno di Noſtra Donna finita la proceſſione debba il Sereniſſimo Principe per nome publico far voto a ſua Maeſtà, che ſi edificarà una Chieſa a laude, & gloria ſua, intitolata il Redentore noſtro, e ch'ogni anno nel giorno, che queſta Città publicata ſarà libera dal preſente contaggio ſua Serenità e li ſuoi ſucceſſori anderanno ſolennemente a viſitare la predetta Chieſa a perpetua memoria del beneficio ricevuto.

E da mò ſia preſo, che per l'edificazione della dita Chieſa, la qual debba eſſer fabricata in quel luoghe che parerà a queſto conſiglio ſia ſpeſo ſino alla ſumma di ducati diecimil. e ſiino ellecti due Nobili noſtri del corpo di queſto Conſiglio per ſcruttinio di eſſo, i quali habbino carico di far edificare eſſa Chieſa con quella ſpeſa che ſarà conveniente non facendo nella fabrica ſudetta lavori, ne mettendovi pietre di marmo, ma facendo una fabrica ſoda, e quale ſi conviene ad una divota Chieſa, nella quale ſiano deputati due Capellani, che abbino ad officiarla continuamente da eſſer elletti per il Collegio noſtro di tempo in tempo con aſſegnazione di ducati 60. per cadauno delli danari della S. N. fino che ſarà loro proviſto d'altro.

5. *Settembre* 1576. *In Collegio*.

Venuto dar. Eccl. Coll. il Clariſs. Miſ. Antonio Bragadin q. Miſ. Andrea offerſe per la fabrica della Chieſa preſtita Ducati 500. del ſuo, e così pregò che fuſſe notado. Item per ſoſtentazione de poveri della Città preſentò altri ducati 500.

L'Illuſtriſs. Patriarcha d'Aquilegia ha fatto preſente di ducati 100. per ſpender nell'edificazione della predetta Chieſa, li quali ſono ſtati poſti in Zecca per eſſer ſpeſi nell' effetto ſuddetto.

1576. 18. *Settembre in Pregadi*.

Dovendoſi dar effecuzione al voto fatto al Signor Dio per la liberazione di queſto Conſiglio intorno la Chieſa che ſi deve erriger al Redentor Noſtro, & eſſendo deliberato per eſſo Conſiglio, ſia fatta elezione del loco che ſi dovrà tuor per queſto, è ben trovar modo che auta buona informazione ſi poſſi più facilmente deliberar quello, che ſarà giudicato meglio. Però l'anderà parte che de preſenti perſcrutinio di queſto Conſiglio ſia fatta elezione di due Nobili noſtri del corpo di eſſo con titolo di Proccuratori ſopra la fabrica di eſſa Chieſa, potendo eſſer tolti da ogni luogo officio, Conſilio & anco officio continuo, e con pena non potendo però per queſta elezione laſciar li altri carichi ch' aveſſero, overo poteſſero aver, li quali debbano andar vedendo per tutta la Città li luoghi che saranno giudicati opportuni per queſto effetto, e ſiano tenuti in termine di giorni 3. proſſimi venturi a far relazione nel Collegio noſtro di tutti li luoghi ch'avranno veduti, & inteſa la relazione loro ſiano tenuti tutti quelli di eſſo Collegio inſieme con li detti Proccuratori a venir a queſto Conſiglio uniti, e ſeparati a metter quelle parti, che loro pareranno acciochè il prediſto Conſiglio

ſiglio poſſa far elezione di quel luogho, che ſtimarà più a propoſito, e poi caminar inanzi all' edificazione di eſſa Chieſa.

Ellecti illico per Scrutinium Conſilii Rogatorum.

D. Auguſtinus Barbadico q. D. Laurentii.
D. Antonius Bragadeno q. ſ. Andree.

1576. 21. *Settembre in Pregadi.*

Dopo meſſe diverſe parti di diverſi luoghi, cioè il luogo di S. Vidal ſopra Canal Grande. La Chieſa di S. Croce di Venezia; & il luogo appreſſo li Capuccini.

fu preſo ut infra.

Che la Chieſa ſia fabricata nel loco della Zudeca appreſſo li Cappuccini, & officiata da loro, e ſia tolto ſedeci paſſa di terreno per larghezza fino a paſſa quaranta per longezza con la esborſazione di ducati 3000. alli Padroni del ſondo ſiccome ſi ſono contentati.

Gregorius XIII. concedit, ut Fratres Capuccini recipere poſſint Eccleſiam SS. Redemptoris a Veneto Senatu ædificatam, & in ea officia divina peragere.

I 1578. 10. Januarii.

Ex Bullario Ordinis Capucinorum.

A tergo | *Dilectis filiis, Nobili Viro Duci, & Senatui Venetiarum.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecti Filii Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod vos pro liberatione peſtis, que iſtam veſtram Civitatem multos per menſes vehementer vexavit, unam Eccleſiam ſub invocatione S. Salvatoris edificare voviſtis, que quidem prope Monaſterium Fratrum Capucinorum ejusdem Civitatis jam concedente Domino ſatis ampla, & magnifica conſtructa fuit, deſideratisque, ut dicti Fratres Capucini Miſſas, & alia Divina officia in eadem Eccleſia S. Salvatoris celebrare valeant, quod ipſi Fratres facere contenti ſunt, ſi ad id noſtra, & Sedis Apoſtolice licentia, & facultas ſibi ſuffragetur. Quare nobis humiliter ſupplicari curaſtis, ut ſuper his opportune providere, de beneguitate Apoſtolica dignaremur.

mur. Nos igitur votis veſtris, iis preſertim, que ex Religionis devotione prodire conſpicimus, paterne annuere volentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ut dictis Fratribns Capucinis eandem Eccleſiam Sancti Salvatoris, ad effectum, ut ipſi ibi Miſſas, & alia divina Officia celebrare poſſint, dare, & concedere; iisdemque Fratres illam ad effectum premiſſum cum benedictione noſtra recipere, & habere valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium licentiam concedimus, & facultatem impertimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibusvis dictorum Fratrum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, Privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis illis quomodolibet conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuscunque.

Datum Rome apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die x. Januarii MDLXXVIII. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Ceſar Glorierius.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTI LAURENTII
MARTYRIS.

SÆpe ſæpius conqueſtus ſum de antiquarum rerum Scriptoribus , quod dum remota illuſtrium locorum exordia afferunt , adeo vera falſis, certa dubiis immiſceant, ut cum in eorum Chronicis paſſim mendacia innoteſcant, de cæteris quoque merito ſit ambigendum. Anteacto ſæculo Paulinus Flamma e Cruciferorum Ordine veram, ut ipſe gloriatur, originem Eccleſiarum Divis Martyribus Laurentio, & Sebaſtiano erectarum protulit, ſed tanta rerum adjuncta interpoſuit, ut cum plurimis refertam eſſe anilibus fabulis manifeſto conſtet , utilius ſit narrationem illam ex integro repudiare , quam ad trutinam revocare , expedit enim , ut clariſſimorum virorum exempla comprobant , pauciora a probatis Scriptoribus, certiſque documentis ſeligere , quam cumulatam ſine delectu rerum molem congerere, & le-

ctoribus exhibere. Satius igitur erit ea afferre, quæ de celeberrimi hujus loci primordiis tradit Dandulus in Chronico lib. VIII. cap. I. par. XXXI. " Urſus Epiſcopus natione Rivoalteſis ex Patre Joanne Particiaco ſedit annis XXXII. *Et* „ *par.* XXXII. Hujus parentes viri devoti Eccleſias S. Severi „ Epiſcopi, & Sancti Laurentii Martyris ſibi contiguas, in „ Geminas conſtruxere, in quibus hic Epiſcopus ſuccedens „ Eccleſiam S. Laurentii in Virginum Monaſterium ad ſuum „ obitum commutari diſpoſuit.

Porro hujus viri genitor Joannes, ille fuit, de quo idem Dandulus loci citati par. XVII. aſſerit fuiſſe ab Angelo Patre, & Primo Venetorum in Rivoalto Duce in conſortium dignitatis adſcitum, mox (ejus promotionem indigne ferente Juſtiniano Fratre) honore tanto ſpoliatum, & apud Jadram relegatum. Sive igitur Joannes Urſi Epiſcopi Pater, dum paternæ conſors eſſet dignitatis, ſive ejus avus Angelus, ut aſſerit Sanſovinus, Eccleſias haſce Divorum Severi, & Laurentii conſtruxerit, certum eſt, ante annum DCCCIX. non fuiſſe conſtructas, ſiquidem Angelus Particiaco, *qui ab Heraclia*, ut teſtatur Dandulus, *originem duxerat*, poſtquam a Venetis *in publica concione* congregatis ſancitum fuerat anno DCCCIX, ut Ducalis Sedes in Rivoalto conſiſteret, *Dux* eo ipſo anno *intronizatus eſt*. Monaſterium vero nonniſi poſt mortem Urſi Epiſcopi erectum fuiſſe, tum ex Dand. Chronico, tum ex ipſius Urſi teſtamento addiſcimus; Hæc ſunt Danduli Ducis verba libri citati cap. IV. par. XXVII. " Hoc tempore Urſus „ Epiſcopus Olivolenſis ſenectute gravatus diſpoſuit, Eccleſiam „ S. Laurentii a ſuis Progenitoribus fabricatam fieri Monaſterium Monialium, cui Romanam ſororem ſuam præeſſe decre„ vit, & ipſi Eccleſiam S. Severi ſubeſſe, terras, & aquas ſibi „ coadhærentes dimiſit, & alias pias eleemoſinas fieri conſti„ tuit ". Piiſſimi Antiſtitis extremam voluntatem latino, licet minus compto, ſermone, ut mos erat illius ævi, conſcriptam ex vetuſtiſſima apographa tamen pergamena deſumptum exhibeo, in quo viri religio magis, quam elegantia laudanda eſt.

„ In Nomine Domini Dei Æterni Anno ab Incarnatione „ Domini Noſtri Jeſu Chriſti Octingenteſimo quinquageſimo ter-

„ tertio. Et in Nomine Domini Dei & Salvatoris Noſtri Je-
„ ſu Chriſti Imperante piiſſimo perpetuo auguſto Michae-
„ lio a Deo Coronato pacifico Magno Imperatore. Anno au-
„ tem Imperii ejus tertiodecimo Menſe Februariarum in
„ die prima (1) divinæ inſpirationis, & providæ mentis
„ arbitrii videtur, ut ita quis ſuum debeat ordinare ju-
„ ditium, ut poſt facta omni errore remota ejus ſemper
„ tanquam vivens clareat, & ſervetur voluntas. Quapropter
„ ideo Ego quidem Urſus Sanctæ Olivolenſis Eccleſiæ Epi-
„ ſcopus (2) dum in ſenectute deveniſſem ambulans tamen ac
„ rediens, mentem vero ſanam & integram poſſidens, atque
„ conſilio conſiderans humanæ fragilitatis impulſus hunc meum
„ teſtamentum, ac judicium condidi ſignari Conſtantino Dia-
„ cono ſcriba ſervienti noſtro, & manu mea propria ſubter
„ firmavi, & teſtes a me rogitos obtuli numero competentes
„ ſubſcribendum & ſignum Sanctæ Crucis faciendum. Quod
„ obſecrante clementia Dei, & divina gratia præveniente ſi-
„ cut inſpiratus ſum & voluntas michi adcrevit præordinari per
„ hanc paginam, ut ſtabilis permaneat perpetuis temporibus.
„ Primitus inter hæc omnia volo & judico, atque diſpono
„ & ordino rem juris & proprietatis meæ, quod habere vi-
„ ſus ſum de jure, & proprietate Patris mei, ideſt Baſilica
„ B. Laurentii Levitæ & Martyris Chriſti, cum omnibus ad
„ ſe pertinentibus, mobilibus vel immobilibus cum caſa ſeu
„ terris, cum vineis, muris, vallatis, & per circuitum ibi-
„ dem factum ſeu & libros conſcriptos, nec non & pallas,
„ & reliqua ciminia (3) Sanctorum, quod habere videtur vel
„ ibi congregare viſus ſum. Volo & teſtificor, ut hæc omnia
„ ad ſe pertinentia, ſicut dixi, & præfactus ſum, ut ſit in
„ privilegio, & vera libertate in Patria Venetiæ, & nunquam
„ extra Patriam ſub defenſione Venetiarum perſiſtere debeant
„ perpetuis temporibus, ita ut nulla angaria, nulla ſculphia
„ (4) publica perſolvant, & nullus ſit ex proximis meis vel
„ extraneis, qui in ea habeat poteſtatem dominandi per quo-
„ vis ingenium niſi ſola Romana Soror mea, ita ut in om-
„ nibus diebus vitæ ſuæ ordinandi recte, & meliorandi in om-
„ nibus & non alienandi, ſed ſacrificium offerendi, & laudes Deo
„ decantandi, & pro delictis animarum parentorum noſtro-
„ rum, & mea. Unde pro intentione voluntatis meæ conſer-

„ vato judicio Patris mei de ipſa Baſilica relinquo ibidem de
„ re mea uncias ſex principales ad opus ſcuarii (5), & a cul-
„ to meliorationis ipſius Baſilice, quamquam, & ad ſtipendia,
„ quæ ibidem Deo recte ſervierint, bonæ voluntatis ordinan-
„ di, talis ordinatio poſt obitum noſtrum ſecundum Deum am-
„ bulet, ut noſter labor Deo auxiliante in lucrum animarum
„ noſtrarum perveniat, & in conſpectu Domini mereamur
„ conſequi. Quod ſi abſit, ut non credimus, talis adveniat or-
„ dinatio de hac germana Dei ancilla, quod ſecundum Deum
„ non ambulet, ſed ſecundum ſuam voluntatem vel prava
„ deſideria, & non ea a ſe abicere voluerit de hoc, quod ju-
„ ſtior me ordinatus ſum, tunc Pontifex, & qui in illo tem-
„ pore vel diebus fuerit, qui talem eam inſpexerit, prædicare
„ ei juxta ſtatuta Sanctorum Patrum manſuete, & benigne
„ debeat nam non proterve, & ſi hoc Epiſcopus exinde ne-
„ glexerit prædicari, portetur hoc peccatum a Deo, & exinde
„ gravetur in juditio. Quod ſi hoc malum, quod ſupra legi-
„ tur, ipſa prædicta ſoror mea Romana ſe obſervaverit, & cu-
„ ſtodierit ſe de malo vitio, & Dei ſervitio adimpleverit, tunc
„ habeat firmiſſimam poteſtatem poſt obitum ſuum Monaſte-
„ rium ordinare a quocunque homine voluerit per veram vir-
„ tutem, ſicut & ego ei omnia ordinavi, ut non ſit hoc nec
„ major, nec minor, qui contradicere ei debeat. Hæc ita in
„ Dei nomine præordinata, & determinata noſtris, & futuris
„ temporibus in vita ſive poſt mortém perpetualiter judica-
„ mus eſſe conſtituta. Reliqua vero, quæ habere videor,
„ ſicut breve mea determinavero ſpecialiter, & fuerit ordina-
„ ta, ita permaneat tam in parentibus, quamque in matrem
„ ſanctam Eccleſiam, tam in loca Sanctorum ſive pauperibus
„ captivis quamque in Sacerdotibus, ita ut ſpecialiter dixit
„ mea terminatio. Volo, & jubeo in ſancte matris meæ
„ Eccleſiæ (*6*), quam ego indignus peccator Urſus Epiſco-
„ pus a fundamentis ædificavi, & in omnibus ea conſtruxi,
„ cum omni ædificio ſuo, & ornamentum ejus quod acquiſire
„ ego ibi potui de omni ſpecie, poſtquam hunc Pontificatum
„ accepi, ut ibi permanere debeant omnia, usque in perpe-
„ tuum. Inſuper de propria re mea pro medela animæ
„ meæ offero pro reſtauratione ipſius Sanctæ Eccleſiæ B. Pe-
„ tri Apoſtoli item libras trecentas de argento bono adhuc,

& aliud

„ & aliud quod nobis Omnipotens Deus inſpiraverit, & Beatiſſimus Petrus Apoſtolus. De autem Baſilica B. Severi Confeſſoris Chriſti, volo & jubeo, ut conjuncta permaneat ſemper cum Eccleſia Beati Laurentii, ut nulla ſeparatio exinde fiat. De reliquo, quod remanſit extra iſtas jamdictas ſex uncias principaleſque, jamdudum terminatum habeo in Baſilica Beati Laurentii, & Sorori meæ. Volo & jubeo de mea cauſa (7), ut exinde fiant tres portiones, prima parte in redemptione captivorum. Alia vero in Sacerdotibus, & pauperibus; tertia vero portio in reſtauratione Eccleſiarum Dei, & in Moaaſteria, ſicut mea voluntas decreverit, & ad conſanguineos meos, cui ego nominando teſtificavero tam in vita mea, quamque poſt obitum meum. Poſt hæc omnes exinde contempti de iſta hæreditate mea in futuro maneant excepto cuique voluerit, & amaverit Soror mea de ſua portione commemorare. Volo & jubeo, ut centum libras de argento vadat pro anima mea in redemptionem captivorum, & aliud vero centenarium vadat pro Sacerdotes, & pauperes Dei. Tertius vero centenarius diſtribuere debeatis per Monaſteria, & reſtauratione Eccleſiarum Dei, & cuique voluerit Romana Soror mea, & in Monaſterio B. Yllarii Confeſſoris Chriſti. Volo & judico, ut dare debeatis de ipſo iſto tertio centenario uno ſacco de pipere, & alium de alviano, & alium in parentes noſtros. De cunctum autem habere magnis, & parvis, & de omnia, & in omnibus quos ego unquam acquiſivi hoc totum vadat pro animam meam, ſecundum quod diſpoſitum habeo, nec non & ipſum Monaſterium, quæ prædicta Soror mea ibi ordinavit, ut ipſa ibi Deo ſervire debeat cum ſuis, qui ſe Deo voverint ſub nulla poteſtate terrena conſtitutum vel ordinatum fiat, niſi cum commune conſilio Congregationis, & ſecundum quod per meum teſtamentum ordinare juſſit, & in poteſtate mea ordinavi pro animam meam, tam & in proximis meis, ſive & in extraneis. Placuit mihi omnia, & in omnibus in vera mente, nec non & ſincero conſilio ordinare, atque conſtituere ipſum meum Monaſterium pro mea anima, ſive parentibus noſtris, ſeu de extraneis vel de quacunque ratione, quæ ſuperius vel inferius manet omnia, & in omnibus ſupradicte Sorori meæ, in illius maneat poteſtate quæcum-

que

„ que facere voluerit, tam in vita mea quamque poſt obitum „ meum, & ſi quacumque poteſtas terrena vel . . . . „ . . . . . ſeu qualibet inſtructa perſona hominum, ſive pro- „ pinqui vel extranei contra hunc juditium meum, vel te- „ ſtamentum ire temptaverit aut corrumpere vel minuere, „ aut ſubtrahere voluerit, pro quovis ingenio, incurrat in „ Dei Omnipotentis maledictionem, & partem accipiat cum illo „ Juda traditore impio, qui tradidic Dominum Noſtrum Je- „ ſum Chriſtum, & de centeſimo octavo Pſalmo (8) ſenten- „ tiam patiatur, & ſine corpore, & ſanguine Domini Noſtri „ Jeſu Chriſti ante ipſum in die juditii appareat, & inſuper „ in anathematis vinculis ipſe permaneat. Volo & jubeo hoc „ teſtamentum vel juditius meus ſtabilis, atque immobilis per- „ maneat perpetuis temporibus. Signum manus Dom. Excellen- „ tiſs. Petri Ducis, & (9) Imperialis Conſulis propria manu ſua „ cum conſenſu populi Venetiæ proprium ſignum ſanctæ ✠ „ Domini, & in hoc teſtamento in omnibus conſentienti.

„ ✠ Joannes dilectus ejus filius (10) glorioſus Dux Vene- „ tiarum in hoc teſtamentum rogatus ad Urſus Epi- „ ſcopus m. m. ſs.

„ ✠ Ego Helias Patriarcha (11) cum ſucceſſoribus meis „ commune conſenſu m. m. ſs.

„ Deusdedit Tribunus Presb. Vitalianus Archidiaconus ro- „ gatus ad Domino Urſus Epiſcopus m. m. ſs.

„ Patricius in hunc teſtamentum m. m. ſs.

„ Dominicus Tribunus in hunc teſtamentum rogatus ad Ur- „ ſus Epiſcopus m. m. ſs.

„ Joannes Tribunus in hunc teſtamentum rogatus ad Urſus „ Epiſcopus m. m. ſs.

„ Andreas Contareni in hunc teſtamentum rogatus ab eo „ tt. ſs.

„ Fuſcari Tribunus filius Dedo Tribunus in hoc teſtamen- „ to rogatus ab eo tt. ſs.

---

(1) Michael Theophili & Theodoræ filius Græcorum Imperium capeſſivit poſt Patrem anno 842. poſt diem 20. ſeu juxta alios 30. menſis Januarii. Emortualem Theophili

ejus Patris. Hinc XIII. Imperii ipſius annus incipit die 20. aut 30. menſis Januarii anni 854. In extremis Urſi Epiſcopi tabulis dum legitur in die prima menſis Februariarum, & anno ab Incarnatione Domini 853. recte deducitur annum ab Incarnatione Domini 853. More Veneto numerari, & eſſe annum Julianum Romanum 854.

(2) Urſus Particiacus ſeu Baduarius Epiſcopus Olivolenſis, ut ex ſuperiori adnotatione colligitur, inter vivos agebat ineunte anno 854. Hinc corrigenda Chronographia Ughelli, contra quam ſtat Venetus Ughelli adnotator. Joannem Particiacum Ducem Urſi Epiſcopi Patrem refert Dandulus in Chron. lib. VIII. cap. I. par. XXXI.

(3) Ciminia idem hoc loco importat, ac Cimelia nempe ſuppellex prætioſa & ſacra, ad Dei & Sanctorum honorem pertinens. Nichil de hac voce Cangius in Gloſſario.

(4) *Sculphia* idem ac *Scufia*, *Scuffia*, *Scuffium*, & *Scufum*. Omnes has voces refert Cangius in Gloſſario, non autem Sculphia, quæ tamen vox ex contextu teſtamenti idem importare noſcitur. Scufia apud Longobardos quædam erat tributi ſpecies, de quo legitur in Bullario Caſinenſi Tom. II. pag. 18. concedimus per ipſa Monaſteria omnes ſcuffias publicas, & angarias. Conſule Cangium ſuper enunciata ſuperius verba.

(5) Vox hæc ſucarium non invenitur apud Cangium, numquid ex amanuenſis inſcitia dictum eſt *ad opus ſucarii* pro *ad opus ſacrarii* quod melius cæteris congruit.

(6) De Eccleſia Olivolenſi S. Petri loquitur, quam ipſe ſuis ſumptibus ædificaverat, ut videre eſt in Ital. ſacra Tom. V.

(7) *Cauſa* ſumitur pro *re* ſive pro *bonis*: Volo de meis bonis: In Capitularibus Caroli M. de Villis cap. 3. legitur: *Non porcellum, nec agnellum, nec aliam cauſam.*

(8) Pſalmus 108. incipit Deus laudem meam ne tacueris, in quo David perſecutores Chriſti diris inſectatur.

(9) Petrus Tradonicus anno 836. electus Dux Venetiarum. Titulo *Imperialis Conſulis* hoc ævo Duces Venetorum exornabantur ab amicis Conſtantinopolitanis Imperatoribus. Aliam quoque Petro Tradonico dignitatem *Spatarii Imperii* collatam fuiſſe memorat Dandulus loci citati parte VI. quo etiam titulo inſignitus legitur in Diplomate

Lo-

Lotharii apud Dandulum ibidem parte XXIII. his verbis: *Dux & Spatarius Veneticorum*.

(10) Joannes Tradonicus Petri Ducis filius paternæ dignitatis conſortium *laudatione populi habere promeruit*: ut ait Dandulus parte I.

(11) *Helias Patriarcha cum ſucceſſoribus meis*. Intelligendus videtur Patriarcha Gradenſis qui pro ſe ſuisque ſucceſſoribus ſubſcripſit. Heliæ nomen inter Gradenſes Patriarchas legitur nullum his temporibus. Vulgata ſeries apud Dandulum, & Ughellum exhibet *Fortunatum Venerium Victorem*. Ughellus *Fortunatum* ſediſſe ſcribit, ad annum usque 830. & *Venerium* ad annum 854. tum vero *Victorem* ſucceſſiſſe. Diverſa eſt Veneti Adnotatoris Chronographia, qui *Fortunatum* obiiſſe aſſerit in Gallia anno 824. *Venerium* vero ſucceſſorem ejus Eccleſiam Gradenſem adminiſtraſſe, ad annum 848. indeque ſtatuit *Victoris* Patriarchatum, qui quidem calculi Chronographiæ Danduli concordant. Idem autem Dandulus loco citato Parte XXV. recenſet *Victorem* Patriarcham, mox parte XXVII. refert hanc, quam illuſtramus Urſi Epiſcopi teſtamentariam diſpoſitionem. Unde Victoris loco irrepſiſſe in Apographum videtur nomen Heliæ. Autographum, ſi inveniri poſſet, majorem rei lucem afferret, num *Venerium* inter, & *Victorem* quidam alter Patriarcha Helias nomine recenſendus eſſet, qui Sedem Gradenſem tenuerit. Hæc autem adnotanda putavimus, cum ex noſtra Gradenſium Patriarcharum ſerie, quem edidimus operis hujus Tom. III. ad Eccleſiam S. Silveſtri liquido pateat, Gradenſem aliquem Patriarcham, ab ipſo Dandulo prætermiſſum fuiſſe.

Ex iis itaque, quæ ſuperius attulimus hæc certo innoteſcunt, & Monaſterium Sanctimonialium anno DCCCLIII. nondum fundatum fuiſſe, & Baſilicam S. Severi ex teſtatoris voluntate adeo arcto vinculo Eccleſiæ Beati Laurentii adnexam fuiſſe, ut nulla ſeparatio exinde fieri poſſet.

Hæc caute de hujuſce Cœnobii primordiis afferri poſſunt, cætera omnia, etſi vera eſſent, nulli tamen documento innituntur.

Magnificentiſſimo Divi Laurentii Templo adjacet Eccleſia

Divo,

Divo Sebaſtiano ſacra tribus inſtructa aris, quam olim Parochialem fuiſſe refert Sanſovinus, eidemque conſentiens Paulinus Fiamma in opuſculo ſuperius enuntiato, animarum curam (ſcribit) charitatis intuitu exercuiſſe eos Monachos, qui Sanctimonialibus in Sacramentorum, aliarumque ſpiritualium rerum adminiſtratione, ut communis erat ejus ævi conſuetudo, deſerviebant; Ab ea deinde Eccleſia pro majori Civium commoditate Parochiale miniſterium, ad proximam Divi Severi *Baſilicam* deductum fuit; Fundationis quoque cauſam exhibet, Scriptores vero aut documenta non memorat, ex quibus remotæ & obſcuræ rei notitias haſce haurire potuerit. Aſſerit igitur eam Eccleſiam, ſub Petro Urſeolo II. Duce Venetiarum erectam, atque Divo Sebaſtiano adverſus peſtiferam luem Patrono mirifico dicatam fuiſſe eo tempore, quo dirum contagium per Urbem Venetam fœde incrudeſcens multa hominum millia, nulla ſeu ætatis, ſeu dignitatis ratione habita brevi tempore abſumpſit. Eccleſiam hanc commune cæmeterium, unicamque turrim ſacram, cum altera Divi Laurentii, cui inhærebat, habuiſſe, teſtatur Fiamma, qui & Eccleſiæ fundationem alligat ad annum Chriſti 1007. Peſtis hujus mentionem ingerit Dandulus in Chron. lib. IX. cap. I. par. XLVII. his verbis: " Quintodecimo Ducis (Petri Urſeoli II. ad Du„ cale faſtigium erecti anno DCCCCXCI.) anno fames, & mor„ talitas tanta fuit in Venetia, & per totum pæne Orbem, „ ut vacantes ſepulchris, cum mortuis obruerentur, & inter „ cœteros Joannes Dux, cum uxore ſua Maria ſexdecim die„ rum ſpatio in Sancti Zachariæ Monaſterio uno ſepulchro „ clauſi ſunt. Veneti quoque, ut tantis malis quoddam præ„ ſidium adeſſet conſolationis, pariter Ottonem Ducis geni„ tum ætatis XIV. annorum conducem conſtituerunt. " Utcumque ſeu de fundationis ævo, ſeu de Parochiali titulo res ſe habeat, hoc certum tamen, atque exploratum eſt, ædem hanc ſacram in vetuſtiſſimis documentis Divi Sebaſtiani Eccleſiam nuncupatam fuiſſe, quo titulo cum aliquando in Patriarchali Divini Officii Directorio fraudata fuiſſet, Sanctimoniales ægre ferentes, eam novo *Sacelli* vocabulo appellari, productis Patriarchæ Venetiarum vetuſtis documentis, hoc ſollicito ſtudio obtinuerunt, ut antiquo Eccleſiæ nomine rurſus inſigniretur.

Eccleſiis & Monaſterio adjectas fuiſſe ædes, queis uno Cœnobii ambitu contentis Monachi ſpiritualium rerum rectores, Converſi, & famuli reciperentur, ex Archivi documentis patet, quæ in ſæpecitato opuſculo producit Paulinus Fiamma, & ſunt hæc:

1198 Proſdocimo Præsbytero Eccleſiarum Sancti Laurentii & Severi.

1208 Tendia de Albicis, & Soranæ ſeu Monachæ Sorores, & Confratres in Capitulo Monaſterii, & Conventus S. Laurentii Caſtellan. Diæceſis præſentibus ſer Joanne de Mediolano habitatore Venetiis in dicto Monaſterio S. Laurentii prædicti Magiſtro Zanino Pelizario S. Severi, Proſdocimo peſtrinario commorantes in dicto Monaſterio Eccleſiarum S. Laurentii teſtibus vocatis &c.

1218 Citatur Fr. Matthæus Converſus S. Laurentii.

1220 Fr. Vitalianus Frater, & Converſus S. Laurentii.

1221. Vivianus de Bagacurta Converſus Monaſt. S. Laurentii.

1287 Fr. Niger Converſus Monaſterii Sancti Laurentii de Venetiis.

1333 Abbatiſſa Thomaſina Vitturi in Domo Lapidia Dominæ Abbatiſſæ S. Laurentii.

Ex æquivocis Fratrum & Converſorum vocibus decepti nonnulli arbitrati ſunt, eo in Cænobio primitus degiſſe Benedictinos Monachos, inque ipſorum locum ſuffectas fuiſſe poſtmodum Sanctimoniales.

Soror itaque Urſi Particiaci Olivolenſis Epiſcopi quæ ex Romana Juſtiniani Particiaci Ducis nuru, & Commiſſaria, Romanæ nomen ſortita erat, Monaſterium prope Eccleſiam S. Laurentii ædificavit, ejuſque ſe primam Abbatiſſam ex Fratris teſtamento conſtituit. Hanc in S. Zachariæ Cœnobio Divi Benedicti regulam primitus profeſſam fuiſſe, autumat Fiamma ex quadam non adeo vetuſta Monaſterii chronicula, quæ illuſtrem hanc fæminam tradit ex eo Cœnobio cum Ancilla Particiaca omni ſanguinea ſua ea ratione diſceſſiſſe, ut arctius vitæ genus in novo Cænobio amplexarentur. Verum cum nihil ex his in Epiſcopi Fratris teſtamento enuntietur, nullaque ſuppetant vetuſtiora documenta, gratis hoc a Paulino, (quem & illius Chroniculæ ex ſtyli congruentia authorem arbitror) pro rei ornamento prolatum eſſe, dubitare fas eſt.

Roma-

Romanæ Abbatiſſæ *Ancillam* Particiacam ipſius *Germanam* ſuffectam fuiſſe, tradit Chroniculæ author, qui & ipſam in teſtamento Urſi enuntiatam putat his verbis: *Germana Dei Ancilla*, quibus potius Sororem ſuam nempe Romanam deſignavit. Ancilla ab anno Chriſti DCCCLXXX. usque ad annum DCCCCXX. Monaſterio præfuiſſe dicitur; cujus quidem regiminis fides ſit pænes authorem.

Ancillæ ſubſequutam in honoris gradu fuiſſe anno 920. tradit Chronic. Author *Trioniſſam Joannis Gradonici filiam, & Vitalis Ducis Cognatam*, in cujus rei teſtimonium fragmentum inſtrumenti affert anno 1169. confecti, in quo hæc leguntur: *per quam oblacionis cartam usque in præſens eandem aquam totam habemus, ac poſſidemus, ſecundumque eandem aquam parte iſtæ Trioniſſæ comparaverat, & acquiſiverat* a Domino Vitali Candiano Cognato ſuo Venetiarum Duce per Documenti cartulam; Addit inde Chron. author Trioniſſam tempore hujus emptionis Monialem tantummodo fuiſſe, deinde ad dignitatem aſſumptam celebrem Ordinis Benedictini reformationem per Divum Oddonem Abbatem in Monaſterio Cluniacenſi inſtitutam pro meliori ſui Cœnobii regimine ſuſcepiſſe.

Verum hiſce omiſſis, quæ nullo fide digno documento comprobantur, certiora de hac Trioneſſa requiramus. In antiquiſſimo Publicorum Codice ſententia LXX. ſæpius repetitam in inſtrumentis invenio Trioniſſam Gradonico, quæ tamen ſemper enuntiatur Monialis S. Laurentii, nunquam vero Abbatiſſæ titulo inſignita. Documenta ex autographo Codice exhibeo.

„ In Nomine Dei Æterni Amen. Anno ab Incarnatione „ Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo treceteſimo vigeſimo quarto menſis Julii die decimo ſeptimo intrante Indictio- „ ne ſeptima Rivoalti. Cum coram nobis Leonardo Sterco, „ Catharino Zane, & Joanne Contareno Judicibus, & Offi- „ cialibus &c.

„ Item produxerunt (Petrus Cauſoni de confinio S. Leonis, „ & Frater Niger nomine, & vice Monaſterii Abbatiſſæ, & „ Conventus S. Laurentii) quoddam offercionis inſtrumentum „ manu Johannis Presbyteri, & Notarii confectum certo mil- „ leſimo, qui legi non poteſt imperantibus Vaſſillis, & Con- „ ſtantino fratribus filiis condam Romani (*Baſilius, & Con-* „ *ſtantinus poſt Joannis Zymiſces mortem imperare cœperunt*

„ *anno 975, ſimulque Imperio præfuerunt usque ad annum* 1025.)
„ & exemplatum manu Andreæ Presbyteri Martinaccii, &
„ Notarii 1092. Indict. V. continens, quod quædam nomine
„ Trioneſſa filia condam D. Joannis Gradonico Monacha Mo-
„ naſterii S. Laurentii de voluntate, & aſſenſu Dominæ Pe-
„ troniæ Ven. Abbatiſſæ ſuæ, & dicti loci (*Abbatiſſa hæc Pe-*
„ *tronia in Chronic. ommiſſa fuit*) fideicommiſſaria Domi-
„ nici defuncti, & fratris ſui pro illius amore, & in remedio
„ animæ ſuæ dedit, & obtulit in eodem dicti Sancti Cœno-
„ bio ad perpetualiter poſſidendum ſupertotum unum aquimol-
„ lum cum duobus rotis, factis, & fabricatis inſimul macinan-
„ tibus poſitum in loco, qui dicitur primiga, & corbulo, &
„ tertio carola, qui omnes tres loci in unum convertuntur
„ locum, quæ quidem omnia Dominicus pater ejus compera-
„ vit a Vitali Candiano cognato ſuo, avunculo ſuo, in qua qui-
„ dem aqua duas aquimolas totas integras in eadem aqua abun-
„ dantiſſime facere potuiſſet, modo cum Dei adjutorio prædi-
„ ctum unum aquimolum Deo concedente ibidem fabricatum
„ eſt, & elevatum, qui ſtat iſte quem concedimus in eodem
„ S. Monaſterio deſurſum poſito juxta latere de aquimolo Do-
„ minico filio prælibati Vitalis Candiani Ducis habente in eo
„ fabrica ſurſum erecta &c. ut in ipſo offercionis inſtrumento
„ plenius continetur.

In alio etiam inſtrumento anni 1169. habetur: *totam præ-deſignatam aquam Trioneſſa Gradonico filia boni Joannis Gradonici Monacha hujus præfati Monaſterii, ſed fideicommiſſaria Dominici Gradonici fratris ſui &c.*

In inſtrumento anni 1179. *quam aquam donavit Trioneſſa Monacha ejusdem Monaſterii*; ita & in alio inſtrumento anni 1182.

Circa hæc tempora anno ſcilicet MCV, ut ait Dandulus in Chronico lib. IX. cap. XI. par. II. Clades incendii ex hoſpitio Cavetiani de Gemino ſuborta Eccleſias, & habitacula Sancti Laurentii, S. Severi aliasque conſumpſit; Incompertum autem eſt, cujus merito e ruinis emerſerint.

Angela Michael, Vitalis Michaelis hujus nominis II. Ducis Venetiarum, (ut aſſeritur in Chronic.) Soror Abbatiſſa legitur ad annum 1140.

Hujus Abbatiſſæ tempore Vitalis Dux, ejus frater Eccleſiæ

San-

Sancti Laurentii munus obtulit, pedem nempe integrum aſſertum Sanctæ Barbaræ Virginis Nicomedienſis, & Martyris, quem ab Emmanuele Orientis Imperatore per legatos ſuos Epiſcopum Equilinum, & Manaſſem Baduarium dono acceperat. Mentionem de ſacri hujus pedis donatione ingeſſimus Operis hujus Tom. II. pag. 182, ubi Matthæi Palmerii opuſculum citavimus, in quo Divæ Barbaræ translatio Venetias ad ſacram ædem Cruciferorum facta exhibetur. In ea clariſs. authoris aſſerta narratiuncula Raphael Baſegio ſacri pignoris donator profertur, qui ut Rectorem Byzantinæ Eccleſiæ, ubi corpus S. Barbaræ aſſervabatur, ad ipſum ſibi concedendum induceret, hæc inter cætera fatus eſt: " tanto più volentieri
" dei, quanto, che l'altro Imperatore Emanuele a Vital Mi-
" chiele Doge Noſtro, di un Piede di queſta Santa ligato
" in argento ne fece gratioſiſſimo dono, dandolo al Veſcovo
" Equilino, & a Manaſſe Badoaro ſuoi Ambaſciatori, che
" gli lo portarono, il qual piede dal detto Doge fu poſto nell'
" antichiſſima Chieſa del Martire San Lorenzo, dove ſua So-
" rella Abbadeſſa vivea, & hora per coſa precioſiſſima ſi
" conſerva.

Ex iis rerum congruentiis in gravem ſuſpicionem adducor unum eumdemque fuiſſe authorem, qui opus *Vera Origine delle Chieſe di S. Lorenzo, e S. Sebaſtiano*, Croniculam S. Laurentii, & Hiſtoriam Translationis S. Barbaræ concinnavit, ſiquidem hæc Translationis hiſtoria plurimis ſcatens erroribus Clariſſimi hiſtorici Matthæi Palmerii calamo minus digna eſt, optime autem & ſtylo, & libertate res proferendi optime congruit Paulino Fiammæ Monacho Crucifero, qui fortaſſe nimio partium ſtudio addictus rem ita texuit, ut ex fabuloſa pedis donatione Corpori aſſertæ S. Barbaræ in Cruciferorum æde condito fidem adſtrueret.

Ex ſuperius citato Publicorum Codice inſtrumenta damus, in quibus ad annos 1159. 1169. & 1179. Sicara Caroſo Abbatiſſa S. Laurentii enuntiatur.

" Item produxerunt quoddam affictationis inſtrumentum ma-
" nu Petri Fratris Diaconi, & Notarii in milleſimo centeſimo
" quinquageſimo nono menſe Januarii Indictione octava hujus
" tenoris. Nos quidem Sichera Dei gratia Abbatiſſa S. Lau-
" rentii, cum omni caterva Monacharum noſtrarum, cum no-

ſtris

„ ſtris ſucceſſoribus ab hodie in antea, usque ad decem annos
„ completos confirmamus tibi quidem Stephano Dedho de
„ canareglo cunctam, & ſuper totam aquam, quæ eſt de jure
„ noſtri Monaſterii, ſecundum quod ipſam totam aquam con-
„ dam Urſo Boyſo cum filio ſuo, & cum Dominico Steno ita
„ quod totam ipſam aquam retinere aucellare, & piſcare de-
„ beas, cum quibuscumque tibi placuerit usque ad decem an-
„ nos completos. Unde nobis perſolvere debes in unoquoque
„ anno de menſe Septembris duo millia litrigani, & centum
„ paria de clauſis nobis debes perſolvere in unoque anno a fe-
„ ſto S. Martini, usque ad Epiphaniam Domini ſine omni oc-
„ caſione &c. ut in ipſo legitur. Item produxerunt quoddam
„ promiſſionis inſtrumentum factum manu ejusdem Notarii
„ dictis milleſimo die, & Indictione continens, qualiter præ-
„ dictus Stephanus Dedho prædicta ſolvere, & attendere pro
„ miſit &c. ut in ipſo continetur.

„ Item produxerunt quoddam inſtrumentum locationis ma-
„ nu Marini Presbyteri, & Notarii confectum in milleſimo
„ centeſimo ſexageſimo nono menſe Novembri Indictione ter-
„ tia continens, quod religioſa mulier D. Sichara Caroſo Dei
„ gratia Abbatiſſa Monaſterii S. Laurentii cum voluntate ſua-
„ rum Monacharum &c. dederunt, & conceſſerunt Domini-
„ co Steno, & Dominico Donato, & Amoni Steno, & Do-
„ minico Boſio de confinio S. Jeremiæ, usque ad quatuor an-
„ nos totam aquam quandam in loco, qui dicitur primiga,
„ & corbulo ſeu corella, & iſti tres lacus in unum convertun-
„ tur lacum, quam enim totam prædeſſignatam aquam Trio-
„ niſſa Gradonico filia qu. Johannis Gradonici Monacha hu-
„ jus præfati Monaſterii, ſed fideicommiſſaria Dominici Gra-
„ donici fratris ſui pro illius dilectione, & animæ ejus reme-
„ dio donavit, & obtulit dicto Monaſterio ipſam totam præ-
„ nominatam aquam per donationis, & oblationis cartam &c.
„ Reſpondendo annuatim pro affictu mille cevalos litreganos
„ & paria quindecim de bonis aucellis &c. ut in ipſo legitur.

„ Item produxerunt quoddam aliud inſtrumentum manu
„ Marci Paulini Diaconi, & Notarii confectum in milleſimo
„ centeſimo ſeptuageſimo nono menſe Jan. Indictione tertiade-
„ cima continens, quod poſt conceſſionis chartam, quam mo-
„ do in antea usque ad decem annos fecerat Sichara Caroſo

Dei

„ Dei gratia Abbatiſſa dicti Monaſterii S. Laurentii de quadam aqua, quæ ſita eſt in loco, qui nominatur primiga, & corbulo ſive corbola, quæ aquæ in unum lacum convertuntur, quæ vero antiquitus fuerunt aquimolhum inſtructum in omnibus, quæ oportebat, quam aquam donavit dicta Trioniſſa Monacha ejuſdem Monaſterii. Marcus, & Dominicus Steno fratres de Canareglo promiſerunt dictæ Domine Abbatiſſæ, & ſuo Monaſterio annuatim ſolvere pro affictu in menſe Septembri mille cevalos litreganos, & menſe Novembri ad feſtum S. Martini paria quindecim de bonis aucellis &c. ut in eo legitur.

In Sicaræ locum ſuffecta fuit Renda, ſeu Tendia ex Patritia gente Albizo cujus nomen inter Inſtrumenta Codicis Publicorum relatum invenitur.

„ Item produxerunt quoddam locationis Inſtrumentum confectum manu ..... Eliodori Presbyteri, & Notarii in milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo menſe Novembris Ind. prima, continens, quod Renda Albizo Abbatiſſa Monaſterii S. Laurentii dedit, & conceſſit Marco Steno Dominico, & Vitali Steno fratribus de Canareglo, usque ad decem annos completos totam dictam ſua aquam quæ retro tempore fuit aquimollum inſtrutum de omnibus, quæ ſibi opportebant, quæ poſita eſt in loco qui dicitur primiga, & corbulo ſive corella qui tres lacus in unum convertuntur, quam Trioniſſa Gradonico &c. dicto obtulit Monaſterio &c. Reſpondent annuatim pro affictu mille duo centum cevalos litriganos menſe Septemb. & paria de bonis aucellis decem octo, ad feſtum S. Andreæ &c. ut in eo legitur.

Monaſterium Abbatiſſa hæc ædificiis auxit, atque redditibus in agro Tarviſino comparatis inſtruxit; pro Cappellanis S. Severi ædes apud ipſam Eccleſiam erexit, cujus quidem Eccleſiæ ſubjectionem Monaſterio S. Laurentii ex Urſi Epiſcopi teſtamento debitam, ab injunctis Parochianorum violentiis (ut mox ad Divi Severi Eccleſiam fuſius enarrabitur) Apoſtolica authoritate implorata intrepide defendit.

Agnes Quirini poſt Tendiæ obitum Abbatiſſæ munus ſuſcepit, cujus tempore Joannes Venerio cognomento *da Roma* Monialium ſanctimoniam admiratus, domos, quas in Rivoalti finibus poſſidebat, libero munere Monaſterio donavit.

An-

Anno MCCXIII. enuntiatur Abbatiſſa Maria Barbadico, quæ per Fratres Matthæum, & Vitalianum Converſos S. Laurentii, (quorum ſuperius nomina attulimus,) anno 1218. & 1220. prædia in agris Tarviſino, & Patavino ad augendos Monaſterii redditus comparavit. Ex iis aliiſque plurimis id generis Inſtrumentis indubium fit, Monaſteria fere omnia Monialium, in eodem Monaſterii ambitu Monachos habuiſſe, ex quibus Sacerdotes ſpiritualium rerum moderatores erant, Converſi vero ad Abbatiſſæ nutum temporalia adminiſtrabant. Simile quid invenitur in Cœnobiis S. Zachariæ, S. Mariæ ad Cæleſtia, S. Joannis de Torcello, & aliorum. Apoſtolicas ab Honorio III. Epiſtolas impetravit anno MCCXXI. die VII. Junii datas, quibus Abbatiſſæ, & Monialibus S. Laurentii indultum fuit, ut de novalibus, aut de animalium nutrimentis nullus ab eis *decimas exigere vel extorquere* præſumeret. (A)

Mariæ locum ſuſcepit Agnes Quirino hujus nominis II. cujus mentio in Inſtrumento invenitur, quod anno 1235. confecit Petrus de Bonavicina Presbyter & Notarius: *poſt quandam conceſſionis cartam factam per Agnetem Quirino Dei gratia Abbatiſſam.* Ad hujus Abbatiſſæ tempus referenda ſunt *graviora damna*, quæ *Monaſterium pertulit occaſione diſcordiæ* (cujus cauſa nos latet), ex qua ad tantam inopiam redactum fuit, ut vix Sanctimoniales ſuis ſe redditibus ſuſtentare poſſent. Patent hæc ex Pontificio Innocentii IV. diplomate, quo *ut Monaſterium S. Laurentii congruis frequentaretur honoribus*, univerſis, qui ipſum in anniverſario die dedicationis viſitaſſent, XL. dies de injunctis ſibi pænitentiis indulſit. (B)

Easdem rei familiaris anguſtias, quibus præmebatur eo tempore Monaſterium, enuntiatas habemus in Gulielmi Epiſcopi Concordienſis diplomate, qui, ut *Abbatiſſa, & Moniales fidelium eleemoſinis, & ſubſidio adjuvarentur* anno MCCL. die VI. Junii, omnibus, qui rite confeſſis, *ad idem Monaſterium in conſecratione illius Eccleſiæ, quæ eſt tertio die intrante menſe Julii* (ex hoc diplomate certam conſecrationis veteris Eccleſiæ diem habuimus) *usque ad octavum diem devote ſingulis annis* acceſſiſſent *pias eleemoſynas, & grata ibidem charitatis ſubſidia largituri* XL. *dies de injuncta eis pænitentia* miſericorditer in Domino relaxavit (C). His Sanctimonialium *neceſſitatibus paterno compatiens affectu* Alexander IV. ipſis anno MCCLVII. die

die XXVIII. Octobris indulſit, ut *ad proviſionem vel receptionem alicujus in penſionibus, vel beneficiis compelli aliquatenus non poſſent absque ſpeciali Apoſtolicæ Sedis mandato plenam, & expreſſam faciente de indulto hujusmodi mentionem.* (D)

Maria Contarena in Abbatiſſarum Indice prætermiſſa memoratur in Codice Publicorum, ad annum 1266. " Item produxerunt quoddam Inſtrumentum promiſſionis manu Anthonii Præsbyteri, & Plebani Eccleſiæ Sophiæ in milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto menſe Auguſti continens quod Luchas, & Johannes Liberio Fratres S. Jeremiæ ſolvere promiſerunt annuatim Dominæ Mariæ Contareno Abbatiſſæ S. Laurentii, usque ad viginti novem annos completos videlicet cevalos ſeptencentum medietatem per totum menſem Septembre, & aliam medietatem poſtea, ad feſtum Omnium Sanctorum nominatim pro una aqua quæ nominatur plantiche poſita in diſtrictu Patriarchatus Gradenſis ſecundum quod firmat, ab uno ſuo capite in cauda canalis de Muriano, & ab alio capite in canali S. Stephani, & diſcurrit, usque ad S. Anthonium de Teſſeria, unum ſuum latus firmat usque ad terram dicti S. Anthonii, & diſcurrit per canalem S. Stephani prædicti, & aliud ſuum latus firmat in terra, & diſcurrit usque ad S. Martinum de Teſſaria, & treſſarella parva & treſſarella magna, quæ deſcendunt & diſcurrunt in dicta aqua plantiche, cum pertinentiis ejusdem aquæ, videlicet ſtortulo, & rio de petra, quæ aquæ prædictæ ſunt rami aquarum dictæ aquæ plantiche. Item per medietatem ſuarum aquarum, & Monaſterii prædicti videlicet cretolla, & corbulla poſita in diſtrictu dicti Patriarchatus Gradenſis, cum foſſis dictarum aquarum, quæ ſunt corbulla, & la foſſa ſtorta & pertinentiis dictæ corbullæ, & cum omnibus ſuis habentiis &c. & ſi dictam corbullam aucellare, & piſcare libere ſine alicujus contradictione pro dicta corbulla eidem Abbatiſſæ, & Monaſterio ſolvere promiſit annuatim paria quattuor bonarum aucellarum &c. ut in ipſo legitur. " Hujus Abbatiſſæ, & filiarum ejus *juſtis poſtulationibus* benigne annuens Clemens IV, Monaſterium, & Moniales S. Laurentii de Rivoalto, *ſub Beati Petri*, & ſua *protectione* ſucepit, multaque eis privilegia conceſſit, quæ in ipſo diplomate, (cui ipſe Pontifex, atque XII. S. R. E. Cardinales ſua nomina ſubſcripſerunt)

runt) fuſius exhibentur. (E) Tot Apoſtolicæ liberalitatis munera egregiis virtutibus, & exacta regularis vitæ diſciplina ſibi promeruerunt Sanctimoniales, quarum probitati teſtimonium protulit anno MCCLXXIII. die XII. Julii Joannes Anconitanus Patriarcha Gradenſis, qui in diplomate Patriarchali *inter Monaſteria Gradenſis Provinciæ* aſſerit, *Monaſterium S. Laurentii Monialium Diœceſis Caſtellanæ ob converſationem earum, & merita ſanctitatis inter præcipua a populo haberi, & ad feſtum, & dedicationem ejusdem Eccleſiæ* (cui eo diplomate indulgentias elargitur) *annis ſingulis magnum concurſum populi undique fieri.* (F)

Maria Contarena e vivis ſublata, in ejus locum concordi Monialium voto Maria Gradonica ſufficitur anno MCCLXXVI. quæ tamen conſtanter ex humilitate negavit ſe grave munus ulla ratione ſubituram, Epiſcopum vero Caſtellanum Bartholomæum Quirinum hujus nominis primum adeo præcibus movit, ut eam ab impoſitæ dignitatis onere Epiſcopali decreto interpoſito liberaverit. Cum vero ex laudabili animi moderatione Sanctimonialium ſtudia maxime incenderentur, eamque vehementiori affectu ſibi præeſſe poſtularent, factum eſt, ut Thomas Arimundo, qui Bartholomæo paulo poſt defuncto in Epiſcopatu Caſtellano ſucceſſerat, eam ad onus ſubeundum coegerit, atque Eccleſiaſtica conſecratione confirmaverit. Obiit XI. ſui regiminis anno, Cœnobii redditibus ex piorum largitione maxime auctis.

Eliſa ſeu Eliſabeth ex Nobili Flabianica ſtirpe genita Abbatiſſa conſtituitur anno 1287. cujus nomen in multis Inſtrumentis invenitur, queis prædia in variis agri Tarviſini locis poſita per *Fratrem Nigrum Monaſterii S. Laurentii Converſum* aquiſivit. Eccleſiam ſpiritualibus indulgentiarum theſauris a Bonifatio Papa VII. ditari, & decorari impetravit, cujus Pontificis diploma datum fuit Anagniæ die 22. Julii anno 1295. (G) Interea Bartholomæus Quirinus hujus nominis II. Epiſcopus Caſtellanus *quasdam collectas ſecundum taxationem redditunm a ſuis ſubditis, tam Religioſis, quam Clericis ſæcularibus* infra certos terminos perſolvendas authoritate ordinaria impoſuerat, cumque inde Abbatiſſæ, & Monialibus S. Laurentii, ſub latæ excommunicationis pæna indixiſſet, *ut partem de prædictis collectis ipſas contingentem ſibi vel officialibus ſuis ſine diminutione qualibet ſolvere*

vere procurarent, Abbatiſſa ejusque Conventus ex injuſta collectarum impoſitione ſentientes *indebite ſe gravari*, ad Apoſtolicam Sedem, cui ſupralaudatus Bonifacius VIII. præerat, *appellarunt*. Pontifex quæſtionem Delegatis Apoſtolicis ad hoc conſtitutis demandavit, ut quod juſtum eſſe cognoviſſent *appellatione poſtpoſita* decernerent, *facientes* quod decreviſſent, *per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari*. Nec tamen, licet Moniales ad ſupremam Apoſtolicæ Sedis authoritatem appellaſſent, Epiſcopus a propoſito deſtitit, quinimmo ex ipſarum reſiſtentia mage commotus excommunicationis ſententiam adverſus ipſas protulit. Ab ea tamen veluti injuſte lata paulo poſt abſolutæ *ad cautellam* fuerunt judicio Gerardi de Parma Archidiaconi Toloſani in cauſa ipſa Judicis authoritate Apoſtolica Subdelegati, qui pari decreto Moniales quoque S. Zachariæ, S. Servuli, S. Secundi, & SS. Blaſii Cathaldi a ſimili ſententia excommunicationis in eas lata, *ad cautellam* duxit eſſe abſolvendas. Abſolutionum mandata data & acta Paduæ in Eccleſia majori die xx. Octobris anno MCCCI. denuntiari publice Venetiis in Eccleſia S. Marci ex Subdelegati requiſitione mandavit Matthæus Venerius Primicerius S. Marci Venetiarum die XXII. menſis ejusdem. (H) Quis inde controverſiæ finis fuerit, incompertum.

Eodem anno in defunctæ Eliſæ locum ſuffecta fuit Maria Thomaſina Victurio jurium ſui Monaſterii acerrima propugnatrix, cum enim Jacobus de Albertinis Epiſcopus Caſtellanus, ad præceſſoris ſui Bartholomæi exemplum Abbatiſſis Diœceſis Caſtellanæ, & ipſarum Conventibus mandaſſet *quod infra certum terminum ſolvere deberent de qualibet libra redditunm quadraginta denarios*, *quas* utique *collectas in ſubſidium caritativum pro confirmatione conſecratione aliisque expenſis* aſſerebat Epiſcopus *de conſenſu* Caſtellani *Cleri* impoſitas fuiſſe; Thomaſina ejusque Conventus ſimul cum Abbatiſſis, & Conventibus S. Zachariæ, & S. Secundi dolentes ſe *nulla juſta legitima vel rationabili cauſa indebite & enormiter* eſſe gravatas, ad Sedem Gradenſem appellarunt die 25. Novembris anno 1317., quam appellationem deinde die 29. Decembris Vicariis Capitularibus Gradenſis Eccleſiæ vacante Patriarchali Sede exhibita fuit per Procuratorem Monaſteriorum, quibus etiam acceſſerant Conventus Sancti Servuli, & Sanctæ Catharinæ. Documenta por-

ro, quæ rei exitum oſtendant, datum non fuit invenire (I).

Ad Gradenſem Sedem, quam vacantem ſuperius enuntiavimus evectus poſtea fuit Dominicus Torcellanus Epiſcopus, qui anno 1321. menſe Julio Provinciale Concilium *in Civitate Gradenſi* convocavit, in quo inter cætera, conſtitutiones edidit pro Monaſterii S. Laurentii regimine ſalutares. Iis conſtitutionibus, quas Epiſcopi etiam ſuffraganei confirmaverant, aſſenſerunt Joannes Plebanus S. Margaritæ de Venetiis, & Armanus de Agazotis *Syndicario*, *& Procuratorio nomine* ipſarum Monialium; verum paulo poſt, cum *ad ipſarum aures* ſtatuta hujuſmodi perveniſſent, ea *indebite*, *& in detrimentum*, *& gravamen non modicum* ipſius Monaſterii edita fuiſſe dolentes, quippe quæ earum conſuetudinibus adverſabantur, atque conſuetam vivendi formam in omnibus *ultra ſolitum*, *& contra jus arctabant*, appellationem ad Summum Pontificem interpoſuere. (K) Monumenta deſunt, quibus de ſupremo Pontificis judicio inſtruamur, hoc unum conſtat, Angelum Delphinum anno 1330. die 15. Septembris certas leges pro meliori Monaſterii regimine edidiſſe prudentia, & charitate mirabiles, quas lætiſſimo animo Abbatiſſa, & Sanctimoniales ſuſceperunt. (L) Poſt hæc Guido S. R. E. tit. S. Cæciliæ Præsb. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus Tarviſii degens Divi Laurentii Eccleſiam ſpiritualibus indulgentiarum muneribus decoravit die 6. Aprilis anno 1348. (M) Monaſterium per 50. annos laudabiliter rexiſſe Thomaſina Victuris putatur, ſiquidem ad annum tantummodo 1360. invenitur alterius nominis Abbatiſſa, quæ fuit Agnes Gradonico, ad annum 1360. in documentis Archivi enuntiata.

Maria Bollani, ad annum 1380.

Joanna Zeno memoratur in documentis ad annum 1391. Hæc a Bonifacio IX. obtinuit, ut in prædiis, quæ Monaſterium in Paduano, & Tarviſino agris poſſidebat, oratorium cum altari, in quo divina officia & Miſſæ celebrarentur, extruere poſſent, ut illæ ex ſuis Monialibus, quæ in ſingulos annos illic deſtinabantur, (ne Monaſterium debitis redditibus fraudaretur, Miſſarum,) & Officiorum celebrationi commode poſſent intereſſe. Datum fuit Romæ diploma die 24. Junii anno 1397. (N) Ex ea conſuetudine deſtinandi aliquas *ex boneſtioribus Monialibus*, quibus eſſet curæ redditus Monaſterii col-

colligere, certo infertur, Monachos, qui hujuſce Monaſterii regimini præerant, jam e loco receſſiſſe.

Altero quoque diplomate jura Monaſterii protexit Bonifacius Pontifex, datis etenim die 18. Auguſti anno 1394. Apoſtolicis litteris Abbati S. Georgii Majoris, & Priori S. Clementis mandavit, ut detentores bonorum ad Monaſterium S. Laurentii Venetiarum pertinentium, ad reſtitutionem Apoſtolica authoritate compellerent. (O) Inſuper a ſupralaudato Bonifacio IX. impetravit, ut venerandum corpus Beati Joannis Olini, quod nuper prodigiis revelantibus repertum fuerat, publicæ fidelium venerationi exponeretur. Pontificium diploma dabimus, ubi de Beato Joanne Sermo erit. Apoſtolicos Viſitatores ſuſcepit Carolum S. Georgii Majoris Abbatem, & Joannem S. Salvatoris Priorem, qui anno 1397. die 6. Martii optimas pro Monaſterii ſalubriori regimine conſtitutiones ediderunt. (P)

Chriſtina Steno electa anno 1406. Monaſterium quinquennium rexit.

Clara Gradonico in defunctæ Chriſtinæ locum aſſumpta 1411. areæ partem, qua per ligneum pontem patebat aditus ad Divi Sebaſtiani Eccleſiam, intra Monaſterii ambitum concluſit, ex quo factum eſt inde, ut ædificata deinde alia Eccleſia S. Sebaſtiani a Fratribus Congregationis B. Petri de Piſis, eo diverteret Venetorum pietas, & antiqua S. Sebaſtiani Eccleſia in Gemellis Inſulis olim ædificata, magnoque in culto habita ad Sacelli formam reduceretur. Ne vero cultus Divo Martyri celeberrimo adverſus peſtem Patrono omnino in vetuſto ſuo Templo deperiret, id attento ſtudio Abbatiſſa egit, ut pium in Eccleſia erigeretur Sodalitium, Sanctorum Laurentii, & Sebaſtiani titulo decoratum, cui ad hoſpitium extruendum ædes e latere Monaſterii de Monialium aſſenſu conſenſit.

Diſceſſis e loco, ut ſuperius dictum eſt Monachis ſpiritualium rerum adminiſtratoribus, Coſmas tit. S. Crucis in Jeruſalem Presb. Cardinalis Legatus Apoſtolicus, & eo tempore Caſtellanæ Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrator per Vicarium ſuum Antonium de Belanzinis Plebanum S. Thomæ *Abbatiſſæ Monaſterii, quæ tunc erat* Joanna Zeno, *conceſſerat, ut ipſa & Abbatiſſæ pro tempore exiſtentes aliquos Presbyteros ydoneos religioſos, vel ſæculares eligere* poſſent, qui

quì *Eccleſiæ deſervientes Monialibus Sacrameta Eccleſiaſtica miniſtrarent*.

Has Legati Apoſtolici, (qui deinde ſub Innocentii VII. nomine Petri Sedem aſcendit) conceſſiones, ut Martinus Mothonenſis Epiſcopus præhabita diligenti informatione confirmaret, mandavit per epiſtolas Romæ datas die XI. Maii anno 1429. Martinus V. Pontifex Maximus (Q).

Margarita Darmario Claræ ſucceſſit anno MCCCCXL, cujus intuitu Petrus Cardinalis Barbo (poſtea Paulus II.) viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii in ſtatutis feſtis *ratione Cardinalatus centum*, *ratione vero Epiſcopatus quadraginta dies indulgentiarum* in perpetuum relaxavit (R).

Maria Fontana Superantio regimen ſuſcepit anno MCCCCLVII, ad cujus preces Pius II. dato die XVI. Febr. anno MCCCCLXI. ampliſſimo Diplomate indulgentias ab Eugenio IV. olim Monialibus S. Laurentii conceſſas novo Apoſtolicæ confirmationis munimine roboravit (S). Anno deinde 1464. die 14. Januarii Paulus II. Patriarchæ Venetiarum per Apoſtolica ſcripta mandavit, ut bona Monaſterii S. Laurentii, quæ illicite alienata inveniſſet., ad ipſius Monaſterii jura revocare curaret (T). Eliſabeth Contareno ad dignitatem evecta fuit anno 1466.

Antiquus interea pietatis, & ſanctimoniæ ardor, quo a priſcis temporibus Monaſterium S. Laurentii ſemper effulſerat, cœperat ex rerum humanarum viciſſitudine aliquanto tepeſcere, ex quo factum eſt, ut Sanctimonialium cœtus (qui ea tempeſtate frequens erat) in duas ſibi contrarias partes ſcinderetur, quarum una Obſervantium ob conſtantem ſuæ regulæ obſervantiam, altera vero Conventualium ex laxata diſciplina appellabantur. Defuncta itaque Eliſabeth Abbatiſſa paucis a ſua electione transfactis menſibus *Obſervantes* Sanctimoniales *ad futuræ Abbatiſſæ electionem procedere volentes vocatis* prius *Conventualibus die præfixa*, *&* *Monialibus Conventualibus intereſſe renuentibus*, *Urſiam* Fuſcarenam *in ſuam*, *& præfati Monaſterii Abbatiſſam elegerunt*. *Cum autem dicta Urſia* de ſuæ electionis validitate dubitaſſet, quia Conventuales ad Apoſtolicam Sedem appellaverant, Paulo II. Summo Pontifici datis ſupplicibus libellis rem totam expoſuit, qui datis die 26. Auguſti anno 1468. ad Epiſcopum Torcell. Apoſtolicis litteris ei mandavit, ut præhabita de Urſiæ *meritis*, *& idoneitate* diligenti

genti informatione, ſi eam *Monaſterio utilem*, *& idoneam* eſſe repererit, in munere eidem collato confirmet. (V) Pauli Pontificis, qui Monaſterium Apoſtolicæ authoritatis munimine protexerat, æmulatus pietatem Marcus Cardinalis Barbo ipſius Pontificis nepos, & Patriarcha Aquilejenſis, dum Venetiis in Monaſterio S. Georgii Majoris degeret anno 1472. die 14. Martii Eccleſiam S. Laurentii ad ſupplicationes Urſiæ Fuſcareno Abbatiſſæ Eccleſiaſtico Indulgentiarum munere decoravit (X).

Eliſabeth Molino anno 1490. Abbatiſſa conſtituitur. Hæc Monaſterium ædificiis ampliavit, Eccleſiam reſtauravit, & aram Principem dum renovari mandat, in ejus ſinu Corpus S. Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Martyris miro prorſus modo, ut mox dicemus, invenit, & agnovit. Januam majorem, qua ad aream Eccleſiæ patet aditus, marmoribus extruxit, cui lapideum Divi Titularis ſimulacrum impoſuit. Frequens iis temporibus erat populi concurſus ad hanc Eccleſiam *ſingulis diebus Mercurii totius anni*, ibique *plures oblationes fieri cauſa miſſas pro ſalute animarum defunctorum celebrari faciendi contingebat*, cum vero *in eodem Monaſterio tot Capellani* non eſſent, quot hujusmodi oblationem facientium voluntati ſatisfieri poſſet, Alexander Papa VI. humilibus Abbatiſſæ, & Conventus *ſupplicationibus inclinatus* die 17. Jun. an. 1499. benigne indulſit, ut ſingulis annis poſt *diem Commemorationis omnium Defunctorum aliqua die* non impedita *ratione dictarum oblationum unum anniverſarium celebrari facerent*, *nec propterea ad alias Miſſas celebrari faciendum* tenerentur (Y).

Maria Lando anno 1510. electa Abbatiſſa Sanctorum lipſana ad aras veteris Eccleſiæ collocavit, ut notant adjectæ tunc Epigraphes:

„ Reliquie Sanctorum Laurenzi, Donati, Viti, Alexandri
„ Pape, Sancti Stephani Prothomartyris, Pauli, Eremite, Si-
„ meonis Confeſſoris, Theoniſti, Tabre & Tabrate, & alio-
„ rum Sanctorum in altari S. Laurentii.

„ Reliquie Sanctorum Apoſtolorum Thome, Andree, Jaco-
„ bi, Matei, & Bortolamei.

„ Reliquie Sanctorum Florenzii, Vindemialis, Benedicti at-
„ que Platonis.

Franciſchina Barbaro memoratur ad annum 1519. in Leonis

nis X. Diplomate, quo Pontifex ipſius *juſtis poſtulationibus grato concurrens aſſenſu* omnes *facultates*, *immunitates*, *&* *indulgentias a Romanis Pontificibus* ejus *prædeceſſoribus Monaſterio S. Laurentii conceſſas Apoſtolica authoritate* die 18. Maii confirmavit (Z). Eadem cônfirmationis indulta iisdem verbis ſignata conceſſerunt inde Paulus III. die 23. Decembris anno 1534. atque Julius pariter III. die 13. Junii anno 1550.

Paula Malipetro Abbatiſſa anno 1529.

Cypriana Michael Abbatiſſa anno 1549.

Eliſabeth de Garzonibus Abbatiſſa anno 1564.

Helena Grimani Abbatiſſa anno 1568.


Angelica Contareno Abbatiſſa anno 1577.

Michaela Diedo Abbatiſſa anno 1580. Antiquam, & labentem Eccleſiam dum a fundamentis renovare diſponit, morte præventa egregium opus alterius pietati perficiendum reliquit. Obiit 1592.

Paula de Priolis Abbatiſſa anno 1592. Eccleſiam vetuſtate labentem, (quam Michaela Diedo, ut diximus, renovare paraverat) a fundamentis evertit, alioque in loco, quo minus ab aquis læderetur, ædificari mandavit. Libet hoc loco dirutæ Eccleſiæ formam, eisdem verbis, quibus jam citato chroniculo pingitur exhibere:


„ Era la Chieſa di S. Lorenzo, non quella che donò Orſo Participatio a ſua Sorella, ma quella che dalle Abbadeſſe poſteriori fu magnificamente rifabricata cioè dalla figliola di Domenico, e Sorella di Vital Michieli Dogi, Abbadeſſa molto ricca per le gran richezze donateli da queſti Signori ſuoi parenti; queſta Chieſa Vecchia in altra poſitura era dalla nova & di ſito, & di ſtruttura molto diverſa; poſciacche in queſto iſteſſo piano, era poſta, come dicono gl'Architeti in oncia, eſſendo dal un capo con un cantone ſopra il rivo, & dal acqua battuta, & da quel acqua ſempre allontanandoſi largamente terminava col cimiterio delle Monache, non con la Chieſa di San Sebaſtiano come ora è. Ella era fabricata in tre navi ſopra belle collonne di marmo, haveva una ſotto confeſſione all'antica aſſai bella e ben ornata, & il piano della Chieſa era più baſſo due ſcalini, del ſuo ſottoportico ſotto il quale vi erano le ſepolture delli Capellani della Chieſa di San Severo,





Non est Deus niſi Deus. Deus unicus est. non est ſocius illi.

Deus, ſolus est Deus. laus illi! nec gignit, nec gignitur.




AR.

Mahometes Propheta Dei. miſit, illum pro quiete, ipsi que di- lectus ſemper præſens; non est ſine eo.

Habitatio exiſtentiæ eius, pax et quies; et quievit exiſtens. ſic iubens est Deus.

Non est Deus niſi Deus unicus. non est ſocius illi.

Mahometes Propheta Dei.



AR.

Mahometes Propheta Dei. misit illum pro quiete, et deſtinavit Deus ſuæ complacentiæ, ſic pariter in tui favorem totus ille.

Non pax illi propria, non est ipse Deus. Ductor reducens eum qui à via illius abetrauit.

„ vero, & nel mezo a quella ſtava la ſepoltura di Marco
„ Polo Nobile Veneto detto Milioni, famoſiſſimo per li paeſi
„ da lui veduti; (de eo memini Operis hujus Tom.II. pag.237.)
„ Dentro la Chieſa vi era una Capella antichiſſima dedicata
„ a Santa Candida Romana Vergine, & Martire, della qua-
„ le ſi conſervava un oſſo in un tabernacolo, ſpiccato dal
„ Corpo, quando a Venetia fu portato, & in tal Chieſa ri-
„ poſto queſto Corpo, naſcoſto entro un pilaſtro, ſegondo l'
„ uſo di quelli antichi tempi.

Anno itaque 1592. Eccleſia ad ſolum proſternitur, in cujus everſione mirabile quoddam eveniſſe teſtatur Chron. ſæpecitatus. Rem ut in ipſo enarratur, exhibeo.

„ Del 1592. ſi cominciò a diſfar detta Chieſa di San Lo-
„ renzo, & nel diſfarla due miracoli degni ſucceſſero l'uno
„ fu, che la volta della Capella di Santa Candida cade im-
„ provisamente dal alto al baſſo con quattro homeni ſopra,
„ che vi lavoravano, con muri, con pietre, e travi, e niun
„ di loro ebbe nocumento imaginabile. L'altro fu, che pro-
„ fondando molto per cavar alcune pietre gravi, ritrovarono
„ due Zare piene di monete moreſche di grandezza alcuna
„ di eſſe di due Cechini tutte d'oro puriſſimo, & finiſſimo
„ ſopra le quali erano ſcritto da una parte con caratteri Ara-
„ bichi, fatte veder queſte monete da chi intende queſte lin-
„ gue è diſſero coſi: Idio non mangia, non beve, non ge-
„ nera figlioli, cioè non comette peccato; queſte ſubito ſa-
„ cheggiate furono da quelli operarj che lavoravano. *Poſtea*
„ *ſequitur* (1):

„ E opinione de molti, che queſte ſtate ſiano richezze de'
„ Dogi Michielli date in ſalvo alla Sorella Monacha in que-
„ ſto Monaſterio, mentre il popolo contra Vital Michiele
„ tumultuava, & l'ociſero. (2) Domenicho preſe Tiro, & lo
„ ſacheggio inſieme con molte Iſole del Arcipelacho (3), &
„ anco citta nella Dalmatia, onde ſe ne ritorno alla patria
„ carico di ſpoglie richiſſime: ſi vene in cognition di que-
„ ſte monette d'oro per uno di quelli operarii, che confeſsò
„ per iſcarico del anima ſua, che ne haveva hauti in ſua
„ parte trentado pezze, onde preſe li altri compagni con gran-
„ diſſima fatica ſi li cavo dalle mani in più volte 400. pez-

„ zi d'oro, li altri forono rubatti, e ſe ne ſalva nel detto
„ Convento per memoria alquante.

---

(1) Binos, qui adhuc ſuperſunt, ex iis nummis inter pretioſiores Monaſterii res caute aſſervatos per calchographi opus in æs incidi curavi, quorum verba interpretatus eſt, me rogante, Paulus de Venetiis (*dalla Venezia*) Venetus Societatis Jeſus Sacerdos Chaldaicæ, Arabicæ, Hebraicæ aliarumque Orientalium linguarum peritiſſimus, dum in Syriam Miſſionarius profecturus Venetias divertit. Apoſtolici viri interpretationem una cum ipſis nummis in contrapoſita tabula exhibeo.

(2) Vitalem Michaelem hujus nominis II. Ducem Venetiarum, dum a populi furore caute ſe ſubducit, a quodam lethaliter vulneratum fuiſſe, & paulo poſt expiraſſe, teſtatur Dandulus in Chronico lib. IX. cap. XIV. par. XXVII.

(3) Dominici Michaelis bella in Paleſtinæ regionibus geſta, Tyri expugnationem, & illuſtres victorias recenſet Dandulus lib. IX. cap. XII.

Prodigioſam deinde inventionem corporis Divæ Candidæ Virginis, & Martyris, quod diu in antiquæ Eccleſiæ pila latuerat, recenſet Chronicon his verbis:

„ Li operari dall'avidità moſſi ſentendo in un pilaſtro col
„ batter de martelli il vacuo, rupero quello, il quale era del-
„ la iſteſſa Capella di Santa Candida, & in un ſubito ſi vide
„ un ſplendore grandiſſimo, che ſpaventò quelli operari; &
„ confuſe Simon Sorella Proto ſopra la fabrica, & a quel mo-
„ to occorſo, cominciò a diſtinguer le pietre, & vide che vi
„ era un corpo, fu mandato a chiamar Don Marcantonio pri-
„ mo Capelan di S. Severo, ma quaſi che gli Angioli favelaſ-
„ ſero, in un iſteſſo tempo fu gridato da tutti: queſto è il cor-
„ po di Santa Candida queſto è deſſo; Venuto il bon Prete
„ raccolſe le oſſa in una caſſelota, e fatone conſapevole il Pre-
„ lato, egli venne in perſona a vedere, e la fè riponer nella
„ Chieſa interiore.

Jam

Jam ab immemorabili tempore Divæ hujus feſtum ſub ritu duplici celebrare die 1. Decembris conſueverant Sanctimoniales, quæ ipſius ſacras exuvias (ignoto licet loco quieſcentes) ſe poſſidere gloriabantur, quod nec per Pii V. Decreta interruptum fuit, idque non ſolum ex regeſtis Monaſterii, ſed & antiquiſſimis Venetæ Eccleſiæ directoriis probatur, in quibus officium S. Candidæ V. M. ſub ritu Semiduplici univerſo Clero peragendum aſſignatur die ſupradicta 1. Decembris his verbis: *Candidæ V. M. Sem. Ejus corp. in Eccl. Mon. S. Laurentii*. Lectiones exhibeo juxta monaſticum ritum efformatas atque anno 1705. apud Andream Poletti typis excuſas.

Die 1. Decembris S. Candidæ Virg. & Mart. Duplex.

ORATIO.

„ Deus qui tuorum pia vota fidelium benignus ſemper admittis; præſta ſupplicibus tuis; ut glorioſis precibus, & meritis Beatæ Candidæ Virginis, & Martyris tuæ, cujus ſacratiſſimum reliquiarum pignus in hac requieſcit Eccleſia, mereamur, omnibus hujus mundi tenebris exui, & cœleſti lumine illuſtrari; atque divina virtute fulciri. Per Dominum.

LECTIO V.

„ Candida Virgo Romana, nobili quidem, ſed Paganorum genere nata, a prima ætate cum ſtudiis liberalium artium operam daret, a matrona quadam Chriſtiana fide Chriſti imbuta eſt. Decem, & octo annos nata Parentibus eam de matrimonio rogantibus, ſe Chriſtum colere, illique Virginitatem voviſſe fatetur. Quod moleſte ferens pater, eam plurimis affectam verberibus ſine cibo, & potu in locum tenebricoſum trudit; ſperans hac ratione a cultu divino removeri poſſe. Poſt triduum e carcere eductam cum alacriorem vidiſſet pater, id magicis artibus tribuens, ira percitus veſtibus omnibus exutam, & ad palum alligatam flagellis acriter cædit, ac inflammatus magis præciſis mamillis eam de medio tollere tentat. Sed oculorum lumine captus, corporiſque virtutibus deſtitutus, tanquam mortuus cadit.

LECTIO VI.

„ Interim Matrem rogat Candida, ut mamillas e terra ſublatas ſibi apponat pectori. Quo facto, brevi oratione Vir-

„ ginis ſtatim reſtitutæ ſunt, ſed & toto corpore ſanatæ, ut
„ ne cicatrix quidem appareret, inſuper & vincula omnia re-
„ ſoluta ſunt. Quo viſo miraculo, & mater ipſa in Chriſtum
„ credidit, baptizatur a filia, atque pro ſalute viri filiam ro-
„ gat. Quem Virgo ſanctiſſima, quamvis illum in ſua perfi-
„ dia duraturum agnoſceret, ab inſtanti morte præripuit. Qui
„ ſanus effectus, & in rabiem actus ſtricto gladio filiam ag-
„ greſſus mortem minatur. Sed mater ſe impetu opponens,
„ fidemque Chriſti extollens a marito necatur, & ſic martyr
„ efficitur.

LECTIO VII.

„ Verum Candida exiens domo, eripuit ſe a furore patris;
„ & per noctem ab Angelo admonita, cum Matrona illa,
„ quam in fide magiſtram habuit, urbe diſcedens Florentiam
„ venit. Ubi a vidua quadam hoſpitio accepta filiam ejus parali-
„ ticam ſanavit, quas in fide eruditas baptizavit. Quo miraculo,
„ & Virginis prædicatione multi ad fidem converſi, multique a va-
„ riis infirmitatibus ſanati ſunt. Inter quos Adoleſcens quidam
„ Theophilus nomine, duodecim annos morbo thyſico laborans
„ ſanitatem recepit. Qui & ipſe cum Matre Dalmatia credens
„ baptizatus eſt. Re cognita a Proconſule miſſis ſatellitibus
„ voluit eam comprehendere. Sed cœcis effectis, illa do-
„ mum rediens, & ab Angelo admonita Romam verſus iter
„ aggreſſa eſt. Quo in itinere, & Dæmoniacum liberavit, &
„ plurimos ad Chriſtum convertit.

LECTIO VIII.

„ Cæterum cum perveniſſet Viterbium; ibique Chriſtum
„ prædicaret; a Præfecti ſatellitibus comprehenſa ad Jovis ſi-
„ mulacrum trahitur, quod cum eſſet deteſtata, & in illud
„ conſpuiſſet; ſtatim decidit, & in pulverem redactum eſt.
„ Quamobrem iratus Prætor jubet eam ad palum alligari, ſa-
„ gittiſque configi. Quæ in dextero oculorum accepto vul-
„ nere Decio Imperatore martyrii coronam adepta eſt. Ejus
„ corpus canibus objectum ab Aquila, albiſque volucribus tue-
„ tur. Milites vero cuſtodientes corpus, ne a chriſtianis ſe-
„ peliretur a Dracone e monte deſcendente dilacerantur. Quo
„ recedente, chriſtiani in eodem, quo paſſa eſt, loco ſepeliunt
„ in Domino. Ejus corpus in Eccleſia Sancti Laurentii Ve-
„ netiis magna veneratione aſſervatur.

Tra-

Tradunt ii, qui Divæ corpus attentis oculis perſpexerunt, adhuc in oſſe capitis vulnus ſagittæ, quo jacta fuit, evidentiſſime conſpici. Penes eruditiſſimos Hagiographos Antuerpienſes de veritate, vel falſitate actorum judicium ſit. Anno 1629. ſacrum corpus ex interiori S. Laurentii Ecclesia, in qua repoſitum fuerat, ad proximam S. Sebaſtiani Eccleſiam ſuper aræ Divo Laurentio dicatæ menſam collocatum fuit, ubi magna fidelium veneratione colitur.

Piæ Abbatiſſæ diligentia in primis urgente elegantiſſimum Templum decennii ſpatio adeo elaboratum fuit, ut anno 1602. ineunte tecto coopertum, atque officiis Divinis in eo celebrandis aptatum fuerit, in cujus magnifico opere L. mille argenteos notant Monaſterii codices expenſos fuiſſe.

His actis laudatiſſima Præſul, quæ ultima fuit ex Abbatiſſis perpetuis anno 1602. mortalitatem exuit; indeque ei ſuccedentes Abbatiſſæ (juxta id quod ſtatuerat Gregorius XIII. anno 1583. 4. Januarii in Bulla, quæ incipit: *Expoſcit debitum Paſtoralis officii*) ad triennium Monaſterio præfuerunt.

Anno 1602. Maria Cornelio conſtituta fuit prima ex Abbatiſſis triennalibus, quo in munere iterum electa fuit anno 1608. Eodem anno altare marmoreum Divo Barbaro Martyri dicatum, ejus ſacras reliquias modo continens, erectum fuit, cujus tabulam Jacobus Palma depixit.

Anno 1605. Maria Perpetua Superantio. Iterum 1611. Altare Divo Paulo Conſtantinopolitano Patriarchæ, & Martyri ex marmore ædificari juſſit, ad quod deinde ipſius Sacræ Reliquiæ translatæ fuerunt. Dominicus Tinctorettus Sancti Epiſcopi paſſionem in tabula expreſſit.

Anno 1612. Andriana Contareno. Generoſæ indolis Virgo aram Principem ex ſelectis marmoribus ornatiſſimo opere conſtrui juſſit, eique magnificum tabernaculum prætioſis lapidibus confectum impoſuit, in quæ elegantiſſima opera viginti, & ultra millia argenteorum inſumpſit. Lacunar deinde perfici, & pavimentum marmoreis quadratis lapidibus albi rubrique coloris ſterni mandavit. Iterum 1621. Hujus ſecundi regiminis tempore aram Christo Domino Crucifixo ſacram Andreas Minotto propriis impenſis erexit, cujus tabula Jacobi Palmæ opus eſt, atquæ alteram Divo Marci titulo inſignitam familia Baronia ſuis ſumptibus extrui curavit.

An-

Anno 1618. Maria Electa Victurio, qua Monaſterium regente, ara Deiparæ Virginis ad Cælum Aſſumptæ ære Joannis e Cypria familia Sozomenia Polenſis Epiſcopi ædificata fuit, cujus elogium in ſubjecto monumento inciſum legitur.

D. O. M.

„ Joanni Sozomeno Equiti Feudatario Regni Cypri in ex-
„ pugnatione Nicoſiæ capto, & redempto, bene de Republica
„ merito, & Julio Filio J. U. D. & Equiti, cum tribus filiolis;
„ Claudius Sozomenus Polæ Epiſcopus, Parenti optimo, Fra-
„ tri dilectiſſimo, nepotibus, ac poſteris, hoc monumentum
„ poſuit, Altare erexit, & dotavit. Anno Jubilei 1600.

Altare Divi Joannis Baptiſtæ pia liberalitate Aloyſii a Muſto Patritii Veneti eodem ferme tempore erectum fuit.

Anno 1627. Maria Victoria Raineria iterum 1633.

Anno 1630. Veneranda Lauretana Divi Sebaſtiani Eccleſiam vehementer inclinatam, & lapſui proximam a fundamentis renovavit, atque Monialium ope (quæ ad ſacri operis perfectionem non levem pecuniæ ſummam ultro detulerunt) Divi Sebaſtiani magnificum altare e marmoribus erexit, in cujus tabula titularem Divum ſagittis confoſſum Palma repræſentavit; Poſt hæc, Divorum corpora, quæ a labente Templo, uſque dum reſtitueretur, ablata fuerant, ut ſolemni pompa in novam Eccleſiam reducerentur, curavit, quod actum fuiſſe anno 1632. ex Inſtrumento translationis mox afferendo addiſcimus. Obiit in munere anno 1633. ſui regiminis 3. nondum completo.

Anno 1636. Electa Donato.

Anno 1639. Barbara Magno, cujus hortatu Franciſcus Lumaca pius, & dives Mercator marmoreas Divis Laurentio, atque Seraphico Franciſco dicatas aras in S. Sebaſtiani Eccleſia erexit, in quarum prima corpora Divæ Candidæ Virg. & M. atque B. Joannis Presbyteri, in altera vero S. Leonis Bembo corpora depoſita fuerunt. Tabula, qua Divi Leonis loculus clauditur, vitam ipſius exhibet & prodigia, eamque Carolum Crivelli Jacobelli a flore diſcipulum repreſentaſſe tradit Rodulphius.

Anno 1644. Cornelia Piſauro. Iterum 1650.

An-

Anno 1653. Maria Grimani. Iterum 1660. Obiit in munere.

Anno 1657. Helena Lauretana. Iterum 1662. Obiit primo ſui regiminis anno.

Anno 1663. Poliſſena Baduaria.

Anno 1666. Eliſabeth Foſcari.

Anno 1669. Marina Lauretana. Obiit in munere.

Anno 1672. Helena Foſcari. Iterum 1678. Obiit in munere.

Anno 1675. Cæcilia Mauro.

Anno 1681. Iſabella Molino. Iterum 1686. 1690. 1696.

Anno 1684. Eliſabeth Mocenico.

Anno 1693. Eliſabeth Caotorta.

Anno 1699. Cæcilia Cornelio. Iterum 1708. Obiit in munere.

Anno 1702. Alba Baduaria. Iterum 1705.

Anno 1710. M. V. Gradeniga Barbarigo.

Anno 1714. Cæcilia Mocenigo. Iterum 1717. 1723. 1726.

Anno 1720. Helena Lauretana.

Anno 1729. Helena Theupulo. Iterum 1732. 1735.

Anno 1738. Helena Manina. Iterum 1742.

Anno 1745. Marina Vendrameno. Iterum 1750.

Quamquam ex hactenus dictis antiquiſſimus, & quidem maximus hujus Monaſterii ſplendor eluceſcat, tamen præcipuum ejus decus ex prætioſis Sanctorum lipſanis, quibus cumulatiſſime refertum eſt, provenire dignoſcitur. Illud ſacris hiſce theſauris certatim ob loci reverentiam ditarunt Veneti, ut fertur, eo potiſſimum tempore, quo ob collatas Alexio Imperatori adverſus Robertum Normanum militares ſuppetias, ab eo *domum remiſſi* (ita in margine Codicis Ambroſiani, ad Chron. Danduli lib. IX. cap. VIII. par. IX.) *ingentia dona, inter quæ corpora Sanctorum, & alias Sanctas Reliquias, ab Imperatore Græco, cum gratitudine reportarunt.*

Iis porro reliquiis, quas ex Oriente relatas Veneti Eccleſiæ huic obtulerunt, ad Templi gloriam augendam acceſſerunt Venetorum Divorum corpora, qui in hujuſce Monaſterii cæmeterio emortualem ſibi requiem, dum viverent, elegerunt.

Jam ſuperius ex Monaſterii Chroniculo attulimus Divæ

Can-

Candidæ corpus in veteris Eccleſiæ pilo, dum everteretur, inventum, & poſtmodum in Divi Sebaſtiani Eccleſia delatum fuiſſe. Hoc ex Vulſinio (Bolſera) non longe a Viterbio Urbe, abſtuliſſe traditum eſt, atque Venetias adduxiſſe Tendiæ Albizi Abbatiſſæ conſanguineos circa finem ſæculi XII. quod tamen nullo authentico documento comprobatur.

Pedem Divæ Barbaræ, ab Emmanuele Imperatore dono (ut aſſeritur) datum commemoravimus, de cujus identitate ex jam allatis profecto ambigendum eſt.

Corpus S. Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi & martyris, qui Cucuſam Cappadociæ Oppidulum ob fidem Catholicam relegatus, Conſtantii Imperatoris Ariani juſſu faucibus violenter intercluſis agonem conſumavit. Ejus corpus poſtea ſub Theodoſio Imperatore Conſtantinopolim ſummo cum honore translatum, Venetias deinde adductum fuit eo tempore, quo Veneti in Orientali Imperio longe lateque dominabantur. Venerabile Sanctiſſimi Martyris corpus in Eccleſia S. Laurentii, cui oblatum fuerat, diu latuit, donec anno 1493. miro prorſus modo repertum, agnitumque, ad altare ſibi dicatum, deportatum fuit.

Sacri theſauri inventionem ex Autographo documento damus, quod eo ipſo inventionis tempore concinnari mandavit Eliſabeth Molino Monaſterii Abbatiſſa.

„ Anno Domini MCCCCXCIII. die vero 10. menſis Aprilis.
„ Ducante in Inclita Venetiarum Civitate Auguſtino Barba-
„ dico inventum fuit Corpus S. Pauli Martyris, & Epiſco-
„ pi (1) in Eccleſia S. Laurentii Venetiarum, quod jam per
„ CCLXVII. annos (2) in eadem abſconditum ſteterat præſi-
„ dente in eodem Monaſterio Ven. Domina Heliſabeth Mo-
„ lino Abbatiſſa, dum præfata Domina Abbatiſſa, & Domine
„ Sacriſtane, quæ tunc erant, velent hædificare novum alta-
„ re S. Laurentii (2) diruentes Altare vetus, quod ibi erat,
„ in ipſo invenerunt parvum ſepulcrum marmoreum in quo
„ erat corpus iſtud in quibusdam panis, lineis involutum, &
„ habebat ſuper pectus pixidem quemdam eburneum in quo
„ nihil erat præter pauce cineres & ignorabatur cujus eſſet,
„ & nullus aderat qui poſſet recordari quando ibi poſitum fuiſ-
„ ſet, quia, ut jam dixi, jam erant ducenti, & ſexaginta ſe-
„ ptem anni elapſi. Ambigentes igitur præfate Domine quid

„ de

„ de hac re agendum eſſet, ſtatim hoc Rev. Patriarchæ Thomæ Donato nuntiant, ipſe vero tunc infirmitate detentus per Ven. Virum Jacobum de Sancto Daniele Vicarium ſuum, cum quibusdam religioſis viris, ad hoc videndum miſit, qui inſpecto ſepulchro viſoque corpore cenſuit illud non niſi alicujus Sancti eſſe, juſſitque tolli, & in aliquo honeſto loco reponi, donec aliquid certi haberetur, & vellet Deus per ſuam miſericordiam nomen illius demonſtrare; poſt aliquot vero dies Domina quædam dum eſſet in choro propter hoc orans vidit apud ſe miſſale quoddam antiquiſſimum, & pæne obliteratum, quem ipſum accipiens dixit: O ſi Deus dignaretur mihi oſtendere nomen ſervi ſui; & ipſum aperiens invenit in principio ſcriptum quæ corpora, & quæ reliquiæ Sanctorum, & in quo loco in dicta Eccleſia jacerent, & perquirentes ſingula loca omnia ſuis locis quemadmodum in dicto libro ſcriptum eſt, invenerunt. De hoc vero ſic ſcriptum erat; in altari ab extra quod eſt juxta cancellos, Jacet corpus S. Pauli Epiſcopi, & Martyris; quod altare eſt illud quod ſuperius dixi ſicque manifeſte cognitum fuit illud eſſe Corpus S. Pauli præfati. De hoc S. Paulo habetur vita, & paſſio in pluribus libris ipſius Eccleſiæ, (4) habetur etiam miſſa de ipſo propria, habentur orationes in antiquis miſſalibus habetur etiam quo die feſtivitas ejus celebretur ſeptimo videlicet die Junii: Delatum fuit præterea miſſale illud prædictum ad Reverendiſs. D. Patriarcham prænominatum, qui eo viſo ſuper hoc habita diligenti conſideratione ſtatuit, ut ſepulchrum aliquod in aliquo altari conſtrueretur in quo reliquie præfatæ decenter collocarentur, quod & factum fuit ſicque juſſu ipſius D. Patriarchæ in dicto milleſimo die vero primo menſis Maii translatæ fuerunt, & in eodem Sepulchro, cum hymnis & canticis aſtante maxima populi multitudine devotiſſimæ collocatæ fuerunt (5) ubi Deus per merita ipſius Martyris non ceſſat miracula demonſtrare, & omnibus ipſum devote invocantibus, ab omni tribulatione, & ægritudine auxilium, & levamen ſingulare præſtare, ad laudem ejuſdem Dei Patris Omnipotentis, cui eſt laus, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

(1) S. Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani labores pro fide Catholica, & agonem ſummis laudibus proſequuntur Eccle-

ſiaſticæ Hiſtoriæ. Ejus memoria in Martyr. Rom. commendatur ad diem 9. Junii, coliturque officio in Eccleſia S. Laurentii, ſub ritu duplici, cum lectionibus, & Oratione propria, in cæteris vero Eccleſiis Venetiarum agitur de eo ſub ritu ſemiduplici de Com. unius Martyris.

(2) Ex ea annorum appoſitione arguendum eſt anno 1226. ſacrum corpus Venetias deductum fuiſſe ex urbe Imperiali, cujus quartam & dimidiam partem Veneti eo tempore poſſidebant.

(3) Superius dictum eſt hujus Abbatiſſæ ſtudio Eccleſiam renovatam fuiſſe.

(4) Antiquiſſimum Breviarium, ad uſum Monialium S. Laurentii typis excuſſum anno 1571. *expenſis D. Helenæ Grimanæ Abbatiſſæ S. Laurentii Venetiarum* affert Lectiones & Orationem propriam S. Pauli.

(5) Ex eo deinde loculo, ad interius Monaſterii Oratorium, Laurentio Priolo S. R. E. Card. P. V. permittente, Sacræ Reliquiæ deductæ fuerunt, donec Eccleſia novo molimine ornatior renovaretur. Ea conſtructa, ad aram ſuo nomini dedicatam ſolemni utriuſque Cleri ſupplicatione delatæ fuerunt anno 1617. die 2. Februarii, qua quidem die ad alteram ex adverſo erectam aram translatæ fuerunt Reliquiæ Divi Barbari Martyris. Feſtivæ translationis officium, cui interfuit Senatus, peregit Franciſcus S. R. E. Card. Vendrameus P. V. cui ad augendam celebritatis pompam aſtiterunt Concordienſis, Torcellanus, Zacinthi, Clodienſis, Cydonienſis, atque Tyrenſis Epiſcopi.

Corpus S. Barbari Martyris, cujus acta referunt ad diem xv. Maii Hagiographi Antuerpienſes, Ejus feſtum ſub ritu duplici Eccleſia S. Laurentii, ſub ritu vero Semiduplici cæteræ Eccleſiæ Venetiarum celebrare ab immemorabili tempore conſueverunt. Mentionem ipſius afferunt Galeſinus in ſuo Martyrol. Ferrarius in Catal. Sanct. extra Martyrol. Maurolicus Abbas Meſſanenſis in Martyr. Conſtantius Felicius Urbinas in Ephemer. Hiſtor. qui omnes concordi ſententia aſſerunt Divi Martyris corpus in Eccleſia S. Laurentii requieſcere. Acta ipſius Martyris refert Petrus Equil. in Catal. lib. 4. cap. 170. quæ (ut eruditiſſime notant ſupralaudati Biographi) cenſura indigent.

Ejus in formæ exhibet Monasticum S. Laurentii Breviarium, in lectionibus ad Chori usum dispoſitis, quæ tamen Barbarum non Methone paſſum, ſed tantummodo a Felicio Episcopo ſepultum, quod idem fortaſſe eſt, ac translatum aſſerunt. Quo tempore Venetias adductum fuerit, incompertum eſt; anno 1493 ex interiori parte veteris Eccleſiæ, in qua per multos annos quieverat, ad exteriorem deductum fuit, & in monumento novo collocatum. Hoc nobis patet ex antiqua ſcheda tempore ipſius translationis exarata.

„ Item tempore ejusdem Dominæ Heliſabeth Molino Ab-
„ batiſſæ de licentia præfati Rev. Domini Thomæ Donato
„ Patriarchæ translatum fuit Corpus S. Barbari Martyris ex
„ altari, in quo prius erat, quod eſt in parte interiori Ec-
„ cleſiæ ipſarum dominarum Monialium, & poſitum in mo-
„ numento novo ſuper altari, quod eſt apud feneſtram ipſa-
„ rum Dominarum in parte exteriori ipſius Eccleſiæ Præſen-
„ tibus Reverendis in Chriſto Patribus, & Dominis, D. Hie-
„ ronymo de Franciſcis Epiſcopo Coronenſi, & D. Marco
„ Antonio Fuſcarino Epiſcopo Emonienſi die octavo menſis
„ Maii 1493.

Simul cum corpore S. Paulii fuit deinde in Monaſterii Oratorio collocatum, atque inde in renovatam Eccleſiam ſolemni pompa depoſitum. Celeberrimum Divi hujus miraculum, quo Sacerdos quidam amiſſum oculorum lumen recepit, mox afferemus; Interim ejus geſta damus in lectiones, ut diximus, diſtributa.

Die xiv. Maii S. Barbari Martyris. Duplex.

O R A T I O.

„ Propitiare quæſumus Domine nobis famulis tuis per hu-
„ jus Sancti Martyris tui Barbari, qui in præſenti requieſcit
„ Eccleſia, merita glorioſa: ut ejus pia interceſſione, ab om-
„ nibus ſemper protegamur adverſis. Per Dominum.

L E C T I O V.

„ Barbarus Miles a Beato Ciriaco baptizatus in exercitu
„ Juliani Imperatoris contra Francos, ſub Bacone Duce mi-
„ litavit. Qui cum ſtrenue in hoſtes ſe geſſiſſet, Comitis di-
„ gnitate honoratus eſt. Inde ad ſingulare certamen miſſus,

 „ cum

„ cum Angelo eum protegente inimicum occidiſſet, triumphi
„ cauſâ, ad Deorum Sacrificia invitatus Chriſtiana prohibitus
„ religione ire noluit.

LECTIO VI.

„ Re ad Julianum delata, eum comprehendi, & Deos venerari
„ jubet. Qui cum nullo modo adduci poſſet, ut diis
„ ſacra faceret: imperat Julianus in Eculeo ſuſpendi, ejuſque
„ ventrem tamdiu gladio radi, donec inteſtina deſluant. Quæ
„ ab Angelo, orante Barbaro, viſibiliter collecta, iterum in
„ ventrem repoſita fuêre, & ſciſſura conſolidata, ipſeque ecu-
„ leo depoſitus permanſit incolumis. Quo viſo miraculo Bac-
„ cus, cum duobus militibus Callimaco, & Dioniſio, ad fi-
„ dem converſi Imperatoris juſſu capite plectuntur. Ille au-
„ tem in ferream totam alligatus, & circumductus oleoque
„ perfuſus, ſuppoſitoque igne inuſtus evaſit; ſed erumpens
„ flamma duos ex Gentilibus interfecit.

LECTIO VII.

„ Poſt hæc miles Chriſti in carcere truditur, cui apparens
„ Dominus eum plurimum conſolatur. Verum mane e carce-
„ re eductus in quattuor lignis extenſus, nervis cæditur.
„ Deinde in caminum accenſum miſſus per ſeptem dies Chri-
„ ſti Martyr incombuſtus permanſit; & ex eo quaſi e ſuavi
„ balneo lætus proſilivit. Miſſus iterum in carcerem Scorpio-
„ nibus, ac Serpentibus in illum immiſſis traditur. Quos om-
„ nes ſigno Crucis fugavit.

LECTIO VIII.

„ Verum in Æneo bove ſuccenſo incluſus, tandem illæſus
„ evaſit; Bos vero utpote calorem ſentiens & mugire & am-
„ bulare viſus eſt. Quo miraculo multi ad fidem converſi
„ ſunt. Noviſſime capite cæſus obdormivit in Domino. Ejus
„ corpus a Felicio Epiſcopo Muthone ſepultum eſt. At Ve-
„ netias tranſlatum in Eccleſia S. Laurentii miraculis clarum
„ requieſcit.

Ad aram Crucifixi in interiori Eccleſiæ parte Monialium impenſis erecta jacet Corpus S. Ligorii Martyris, qui in Eremo degens (ita de eo Martyrol. Rom. ad diem XIII. Septembris) a Gentilibus ob Chriſti fidem necatus eſt.

Ipſum Galeſinus Venetiis, ſed in Eccleſia *S. Zachariæ* quieſcere aſſerit, qui fortaſſe Lizerium Martyrem in Sacra Divi

Za-

Zachariæ æde reconditum pro Ligorio ob aliquam nominis convenientiam aſſumpſit. Acta ipſius recenſet Petrus de Natalibus lib. 8. cap. 73. ex antiquis fortaſſe Monaſterii lectionariis deſumpta, Divi enim Martyris ſolemnia bis a Sanctimonialibus ritu duplici celebrantur, die ſcilicet 13. Septembris, qua *ipſe pro Chriſti nomine paſſus eſt*, atque die 8. Junii, qua ſub Inventionis nomine celebris prodigii memoria recolitur Beatorum Martyrum Ligorii & Barbari interceſſione patrati; eo namque *miraculo horum Sanctorum corpora majori veneratione Urbs Veneta colere cœpit, & ſub nomine inventionis, diem, quo miraculum iſtud effectum eſt, veneratur.* Utriusque feſti lectiones, geſta, & mirabilia Martyris exhibentes, ex Monaſtico ipſarum Sanctimonialium Breviario afferrimus.

Die XIII. Septembris. S. Ligorii Martyris. Duplex.

ORATIO.

„ Propitiare nobis quæſumus Dominė famulis tuis, per hu-
„ jus Sancti Martyris tui Ligorii, cujus corpus in præſenti
„ requieſcit Eccleſia, merita glorioſa: ut ejus pia interceſſio-
„ ne ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per Dominum.

LECTIO V.

„ Ligorius natione Græcus cum adoleſcens Chriſti fide im-
„ butus baptiſmum ſuſcepiſſet; poſthabitis mundi hujus illæ-
„ cebris, ut Deo facilius inſerviret, in vaſtiſſimam ſolitudi-
„ nem ſe contulit. Ubi per aliquot annos ab omni hominum
„ conſuetudine ſemotus eremiticam vitam ducens: atque in Dei
„ ſummi laudibus die, noctuque ſe exercens cœleſti conſolatio-
„ ne fruebatur in terris.

LECTIO VI.

„ Verum una die Gentiles quiddam venatum pergunt; & in-
„ ter venandum Ligorium inter vepres latitantem offendunt.
„ Quem quidem latronem judicantes, qui eſſet, interrogant.
„ At ille reſpondit; ſe peccatorem, ſed Chriſtianum eſſe. Quo
„ nomine Chriſti audito illis efferatis gentibus pœnitus deſpe-
„ cto, mox certatim illum gladiis interfecerunt.

LE-

LECTIO VII.

„ Ejus corpus Venetias aſportatum in Eccleſia S. Laurentii
„ ſumma veneratione aſſervatur. Cæterum cum dies paſſionis
„ ejus ignotus eſſet; cuidam puero quaſi in extremis laboranti
„ quidam Sanctus apparuit; ſeque Ligorium eſſe dixit; pue-
„ rumque admonuit; ut Abbatiſſæ diem ſuæ paſſionis Idibus
„ Septembris celebrandum eſſe indicaret, quo die ipſe pro Chri-
„ ſti nomine paſſus eſt; quo facto ſtatim ſanitatem perciperet.

LECTIO VIII.

„ Puer autem in ſe reverſus, ea, quæ viderat, Abbatiſſæ
„ nunciavit, & ſtatim de lecto incolumis ſurrexit, laudans,
„ & magnificans Deum, qui meritis B. Ligorii, ſibi ſanitatem
„ largitus eſt. Itaque dies paſſionis ejus antea ignotus, hoc mi-
„ raculo omnibus notus factus eſt.

Die VIII. Julii. Inventio Corporum Sanctorum Ligorii,
& Barbari Martyrum. Duplex.

ORATIO.

„ Deus qui glorioſa Beatorum Martyrum Ligorii, & Bar-
„ bari corpora nobis famulis tuis hodierna die concedere di-
„ gnatus es; præſta propitius; ut qui eorum corporum inven-
„ tionem venerando colimus; ipſorum beatitudini, te conce-
„ dente, adjungi mereamur. Per Dominum.

LECTIO V.

„ Cum in omnium nobis Sanctorum feſtivitatibus ſit lætan-
„ dum; maxime tamen, ac præcipue illorum nos ſolemnius
„ gratulari, ac ſpirituali gaudio jucundari delectat; quorum
„ ſanctiſſima apud nos corpora ſervari cognoſcimus. Quoniam
„ quanto illos propinquiores habemus, tanto eorum nos ſpe-
„ cialibus orationibus confidere debemus. Verum ſi illorum
„ cupimus ſuffragiis adjuvari: neceſſe eſt, ut illorum quoque,
„ quoad poſſumus, adjuvante Deo, ſectemur fidem, & imitemur
„ actiones.

LECTIO VI.

„ Oportet enim famulatus noſtri ſervitia illis præcipue in-
„ deſinenter impendere, qui ad nos de tam longinquis regio-
„ nibus dignati ſunt deferri: Quamobrem Sanctis martyribus
„ Ligorio, & Barbaro nos, ac civitas iſta plurimum debet,

quæ

„ quæ patrociniis ipſorum e periculis multis; & crebris tribu-
„ lationibus ſæpè ac ſæpius erepta eſt. Quorum ſanctiſſima cor-
„ pora eo majori venerationis lumine claruerunt; quo tem-
„ pore præclariora in nos beneficia contulerunt.

LECTIO VII.

„ At præcipue cum Sacerdos quidam Genuſiæ oriundus eo-
„ rum ſanctorum interceſſione oculorum lumine donatus eſt.
„ Etenim is cum in Rivo alto pauperem, ac inopem vitam
„ duceret; variis etiam, & plurimis graviſſimiſque tribulatio-
„ nibus, & infirmitatibus affectus, ac tandem, conſumptis om-
„ nibus, coecus effectus eſt. Quamobrem amaro animo de tot
„ tantiſque calamitatibus humanis auxiliis deſtitutus infœlix
„ conquerebatur; tantum a Deo optimo maximo, quippe
„ qui cum infirmis infirmatur, ſolamen aliquod poſtulabat.
„ Itaque aliquantulum confortatus ſurgens, ad Eccleſiam San-
„ cti Laurentii, ubi Beatorum Martyrum Ligorii, & Barbari
„ Reliquiæ venerabantur, duce baculo ſe contulit.

LECTIO VIII.


„ Ingreſſus igitur veſtibulum Eccleſiæ mente pura, & corde
„ humili oravit ad Dominum, ut per horum ſanctorum ſuf-
„ fragia ſibi ipſi miſero dignaretur ſalutem aliquam imperti-
„ re. Facta oratione oculos extollit, vidit claritatem Solis, ac
„ omnia ſumma omnium, qui aderant, admiratione clare pro-
„ ſpexit, qui aliquot annos nihil viderat. Quamobrem gra-
„ tias agens Deo, qui per ſuos martyres tantam gratiam ſibi
„ conferre dignatus eſt, lætus abjecto baculo viam carpens
„ domum reverſus eſt. Quo miraculo horum Sanctorum cor-
„ pora majori veneratione civitas hæc colere cœpit, & ſub
„ nomine inventionis, hunc diem, quo miraculum iſtud effe-
„ ctum eſt, veneratur. Ad laudem Omnipotentis Dei, qui cum
„ Filio, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per ſæcula.

Codex Pergamenus vulgo Lectionarium (eo enim olim ad Lectiones in Matutinis horis recitandas utebantur) ad ipſa hæc Divi Ligorii acta, & miracula refert aliquibus tantum verbis immutatis.

DE

DE S. LIGORIO MARTYRE.

„ Cum in omnium Sanctorum ſit nobis feſtivitatibus jucundan-
„ dum, maxime tamen ejus nos ſolemniis gratulari oportet, cu-
„ jus apud nos pretioſiſſimum corpus haberi noſcitur. Quem
„ quanto eum propinquiorem habere videmur, tanto in ejus nos
„ orationibus ſpetialius confidere debemus. Verumtamen ſi
„ ejus cupimus orationibus adjuvari, neceſſe eſt, ut ejus actio-
„ nes imitemur. Oportet enim famulatus noſtri ſervitia ei in-
„ deſinenter impendere, qui ad nos de tam longinquis regio-
„ nibus dignatus eſt deferri. Ejus igitur glorioſiſſimi Chriſti
„ Martyris Ligorii pretioſum corpus qualiter de Græciæ par-
„ tibus luce ad noſtram patriam ideſt Venetias eſt delatum;
„ quemadmodum eorum, qui eum detulerunt nobis fuit re-
„ latione compertum, enarrare curavimus. Sed prius quomo-
„ do ad Martyrii palmam pervenit, ſicut ab incolis loci illius,
„ qui ejus pretioſa pignora huc attulerunt, nobis audire con-
„ tigerit breviter dicendum cenſemus. B. denique Ligorium
„ ob ſpem futuræ beatitudinis ſæculum deſeruiſſe, atque va-
„ ſtæ ſolitudinis Heremum ſibi ad habitandum delegiſſe aje-
„ bant. Cumque aliquod per tempus ibi ſoli tantum Deo co-
„ gnitus maneret; quadam die quidam venatores pagani ſi-
„ mulacris dediti caſu illuc advenientes eumdem SS. virum
„ inter denſiſſimas vepres orantem repererunt. Sed cum eum
„ ſolum ibi eſſe conſpiciunt, latronem ipſum eſſe crediderunt,
„ & ideo quis eſſet inquirere cœperunt. Quibus ille: Peccato-
„ rem ſe hominem eſſe aſſeruit. Illi non ſubſecuti de religione
„ eum requirunt. At ille Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt. Tunc
„ illi, ut Pagani Chriſti nomen infeſtum habentes ad ſacrifi-
„ candum Idolis eum cogere cœperunt. Cumque eum nec mi-
„ nis, nec blandimentis ad hoc compellere potuiſſent; in eo-
„ dem loco gladiis ſuis interfecerunt. Et ita Domini Confeſ-
„ ſor Chriſti Martyr effectus eſt. Nec hoc prætereundum eſt,
„ quod de B. Ligorii M. paſſione magna inter cleros alterca-
„ tio fuerit exorta. Quia de ejus venerabili victoria, qua ab
„ impiis fuerat martyrio tentus incerti eramus, quo tempore,
„ vel quo menſe celebrari deberemus ejus feſtum. Nam illi,
„ qui eum de illis partibus in noſtram regionem tranſtule-
runt,


CORPVS BEATI LEONIS
QVALITER CORPVS BEATI FRATRIS LEONI POSITVM FVIT IN ARCA SVB PORTICV PRÆSBYTERORVM VT APTĒ IN IPSA ECCLE-SIA COLOCARETVR, ET CIRCA ANNO DOMINI 1207 FVIT REPERTVM
FACTVM FVIT HOC OPVS,
ANNO 1321.
QVALITER SANCTVS LEO SEPVLTVM FVIT, ET TOTA CIVITAS FVIT ET CVM MVLTITVDO MAXIMA CHLERICORVM ET MVLTA MIRACVLA FECIT.

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]



Effigies Sancti Leonis Bembo
Ex Archivio Petri S.R.E. Cardinalis Bembo.

„ runt, dicebant, quod in menſe Madio celebranda eſſet;
„ alii vero in Septembri. Tandem cum Abbatiſſa quædam
„ religioſa, quæ tunc temporis erat, cum ſororibus ſuis ſuper
„ hac re in errore perſiſteret, nec cuinam eorum potius cre-
„ di oporteret pro certo ſciret; ad infantulum quendam, qui
„ magno erat languore oppreſſus, cujus domus non longe a
„ Monaſterio erat; D. Ligorius per ſemetipſum acceſſit, quem
„ territando, & latus ejus pulſando ſuſcitavit dicens: quare
„ tantum ſoporaris? Cui infantulus: Et tu qui es, qui me
„ mendicum, & in tam gravi languore territas? Cui S.: Ego
„ ſum Ligorius M. Cujus infantulus audito nomine exanimis
„ effectus eſt. Cui denuo S.: Surge celeriter, feſtina, dic Ab-
„ batiſſæ Monaſterii S. Laurentii; quia tertia dies eſt hodie,
„ quæ mea feſtivitas antecedit. Nam 13. die Septembris an-
„ nua mihi feſta celebrabitis; & poſtquam hæc narraveris
„ recipies tui corporis ſanitatem. Et hoc dicto abſceſſit. Tunc
„ infantulus vocans ad ſe matrem ſuam fecit ſe duci ad Mo-
„ naſterium, & cœpit per ordinem exponere Abbatiſſæ ſicut
„ illi fuerat a S. Ligorio intimatum. Quo bene cognito Ab-
„ batiſſa ſtuduit hanc revelationem indicare. Tunc Epiſcopus
„ arripiens Martyrologium ita invenit, ſicut ab infantulo ſue-
„ rat prædictum. Nec minus ſub eodem fere tempore mira-
„ culum exortum eſt; Presbyter quidem alienigena Genuen-
„ ſis, ad regionem Venet. eſt devolutus, cumque ibi mora-
„ retur multis oppreſſus afflictionibus, inſuper & lumen ocu-
„ lorum ſuorum perdiderat, & intra ſemetipſum cogitans, &
„ multum ejulans anxiando, gemendoque dicebat: Heu quis
„ vitæ meæ auxilium præbebit, quis in egeſtate poſito ſubve-
„ niet? niſi tu Domine, qui latroni pepercisti, & Petrum
„ lacrymantem ſuſcepiſti, & chananeam, & publicanum re-
„ cepiſti; Tu Domine per Angelum tuum Raphaelem To-
„ biæ oculos illuminaſti, & per temetipſum cœcum a nati-
„ vitate illuminare dignatus es. Cum vero intrinſecus his
„ verbis conſortatus ad Eccleſiam B. Levitæ Laurentii, ubi
„ & B. B. M. m. Ligorii, & Barbari corpora requieſcunt in-
„ dubitanter, acceſſiſſet, & introgreſſus veſtibulum Eccleſiæ
„ fixos habens oculos in Cœlum clauſo ore oravit ad Domi-
„ num, ut per S. S. ſuffragia dignaretur ei aliquod ſtipen-
„ dium vitæ impendere. Completaque oratione ad januam

„ forinſecus Eccleſiæ cœpit progredi, & proſpiciens hinc, & „ inde claritatem Solis cœpit intueri, qui multis temporibus „ nihil potuit videre, denuoque reverſus ad Eccleſiam pro il- „ luminatis ſibi oculis Domino cœpit gratias agere, qui per „ ſuos martyres tanta dignatus eſt beneficia exhibere. Amen.

Caput Sancti Platonis celeberrimi Martyris, qui Ancyræ in Galatia poſt exantlatos alios, atque alios immanes cruciatus, tandem abſciſſo capite agonem complevit. In antiquis lectionibus ejus officii, quod ſolemni ritu celebrant Sanctimoniales die 23. Julii, ejus acta afferuntur ex probatiſſimis Hagiographis deſumpta, & ad calcem lectionis VIII. hæc appoſita leguntur. *Ejus caput in Eccleſia S. Laurentii Venetiis magna veneratione aſſervatur.*

Reliquiæ SS. Theoneſti Epiſcopi, Tabræ, & Tabratæ Martyrum, de quibus ita Dandulus in Chronico lib. IV. cap. XIV. par. I. “ Theoneſtus cum reliquis in Altinam urbem venientes ab Arianis ſupra pontem marmoreum tranſeuntem ramum Sileris decollati ſunt, quorum corpora ſub Primogenio Patriarcha Paulus Epiſcopus in Torcellum deduxit; „ ſed aliqua pars in Monaſterio S. Laurentii Diœceſis Caſtellanæ nunc requieſcit.

Digitus carne adhuc ſuperſtite S. Athanaſii Alexandrini Patriarchæ, de quo in tranſlatione ipſius S. Doctoris Operis hujus Tom. I. pag. 24. dictum eſt, *ab antiquo ſervari in Eccleſia S. Laurentii Venetiis.*

Os S. Florentii Epiſcopi Confeſſoris, de quo agunt Sanctimoniales officium ſub ritu duplici de Communi die 23. Jan.

Caput S. Cordulæ Virg. Mart. ex ſociis S. Urſulæ, cujus feſtum duplex colunt cum V. Lectione propria hujuſmodi.

„ Lectio V. Cordula Virgo una ex ſodalibus Sanctæ Urſulæ fuit. Quæ cum aliarum virginum ſuppliciis, ac cæde „ fuiſſet perterrita in unam navium per noctem ſe occultavit. Sed mane, facti pœnitens ſe ultro patefacit, ac noviſſima omnium fortiter martyrium conſumavit. Ejus caput „ Venetiis in Eccleſia Sancti Laurentii magna veneratione „ aſſervatur.

Unde ſacrum hoc caput acceperint incompertum, cum vero hujus Divæ caput in pluribus Eccleſiis Venetæ, & Torcellanæ Diœceſis excultum ſciam, in Eccleſia enim B. M. V. de

Mon-

Monte Carmelo Venetiis, & in Eccleſia S. Mariæ de Valle Viridi in Majurbii Inſula caput oſtenditur Sanctæ Cordulæ Coloniæ poſt Divam Urſulam martyrio affectæ, jure dubitandum cenſeo, non uni ex ipſarum Martyrum capiti Cordulæ nomen impoſitum fuiſſe.

Coſta, atque ex oſſibus, & adipe Sancti Laurentii Levitæ Martyris.

Os S. Andreæ Apoſtoli.

Oſſa SS. Innocentium Bethleemitarum M. m.

Oſſa SS. Hermagoræ, & Fortunati M. m. Pauli primi Eremitæ aliorumque Sanctorum.

Ex Velo capitis Deiparæ Virginis.

Duo Spinæ ex Dominica Corona, quæ publicæ fidelium venerationi ſolemniter exponuntur Feria IV. Majoris hebdomadæ.

In adjacente D. Sebaſtiani Eccleſia, in qua ut dictum eſt condita fuerunt D. Candidæ lipſana, requieſcunt etiam honorificis recondita monumentis D. Leonis Bembi Epiſcopi, atque B. Joannis Presbyt. corpora, de quorum vita ea, quæ ex antiquis Monaſterii ſcripturis haurire potuit Paulinus Fiamma, in lucem encomiaſtice potius, quam hiſtorice Italico ſermone proferre voluit, ego vero ſtrictiori uſus compendio in latinam linguam converſa, ut Divorum Concivium cultus augeatur, exhibeo, aliqua adnectens documenta de ipſorum corporum inventione, & translatione, quæ Paulinus Fiamma vel ignoravit, vel ommiſit.

DE SANCTO LEONE REMBO
Epiſcopo Mothonenſi.

Leo ex nobiliſſima Familia Bemba Venetiis ortus inter ipſa infantiæ primordia gravitate morum, & orationis ſtudio futuræ ſanctitatis ſpecimen dedit. Adoleſcens Venetam Claſſem, quam in ſacram expeditionem adverſus Barbaros Dominicus Michael ducebat, aſcendit anno circiter 1123, atque ipſum Ducem ſociatus Hieroſolymam perrexit, ubi ea loca ſanguine, & ſudoribus Chriſti Redemptoris conſecrata effuſus in lacrymas incredibili ſuavitate veneratus eſt. Mox cum ad reprimendos audaces Caloiannis Græci Imperatoris conatus

Dux in Græciam deflexiſſet, ibique nonnullas in Ægeo mari Inſulas, atque in Peloponneſi Regno Methonem urbem muniтiſſimam expugnaſſet, ei urbi, & populi frequentia, & commercio clariſſimæ Leonem (cujus ſanctimoniam perſpectam habebat) Epiſcopum præponi curavit. Commiſſam ſibi Eccleſiam venerabilis vir per multos annos ſanctiſſime adminiſtravit, donec juſſu Emmanuelis Imperatoris Conſtantinopolitani (qui ſumma perfidia bellum proditorie adverſus Venetos moverat) in vincula conjectus, duriſſimas pœnas diu ſuſtinuit. E manibus tandem Græcorum Deo protegente mirabiliter elapſus in patriam reverſus eſt, ubi ſub peregrini habitu deliteſcens, ad Monaſterium S. Laurentii regularis vitæ obſervantia eo temporis illuſtri ſe contulit, ibique Sanctimoniales, ut in Monaſterii famulum, ſeu converſum (quod ea tempeſtate in uſu erat) reciperetur, humilibus præcibus exoravit. Voti compos factus Venerabilis vir nec avitæ nobilitatis, nec ſuſceptæ dignitatis memor in aſſiduo demiſiſſimæ humilitatis ſtatu mundi, ac ſui contemptor hortos colere, pauperibus, ac peregrinis miniſtrare, ac viliſſima quæque munia amplecti in deliciis habuit, quidquid a labore manuum, atque a domeſtico famulatu ſupererat temporis orationi, & cæleſtium rerum contemplationi tribuens. Poſt continuata tandem virtutum exercitia annis gravis, & laboribus fractus dum quadam nocte genibus flexis, manibusque ad Cœlum protenſis ferventius oraret, placidiſſime animam efflavit. Prætioſam ejus mortem, traditum eſt, per iteratos æris campani ſponte ſonantis ictus vulgatam fuiſſe, ad inſolitum quorum ſtrepitum excitatæ Sanctimoniales ipſarumque miniſtri; cum hoc nullo impellente contigiſſe comperiſſent, de viri Sancti obitu, (hoc enim titulo ob perſpectam vitæ integritatem adhuc vivens inſigniebatur) dubitare cæperunt. Ad anguſtam itaque cellam accurrentes, quam vir Dei ob ſolitudinis amorem in extremo horti angulo ſibi delegerat, ipſum ſuper genua ſtantem, manuque ſchedam tenentem invenerunt, quam nulla unquam vi e digitis educere potuerunt, donec Abbatiſſa ſanctæ obedientiæ mandatum interponente ipſam ſponte e manibus dimiſit, ex qua viri nomen & dignitas Epiſcopalis innotuit.

Vulgata ipſius morte, frequens ſtatim viſendi cauſa, ad Monaſterium acceſſit hominum multitudo, qui conſtantem

viri

viri Venerabilis humilitatem admirantes ſacrum ipſius cadaver exoſculari, & venerari certabant. Corpus in eadem cellula ubi expiraverat, ut populi ſtudiis, ac deſideriis fieret ſatis, per tres dies ſervatum eſt, plurimique infirmi, ad ſacras exuvias advolantes ſanitatem, ejus patrocinii ope, receperunt. Hæc cum Joanni Polano tunc Caſtellano Epiſcopo innotuiſſent, ad locum feſtinavit, rerumquæ veritate comperta, ſolemnes exequias viro ſanctiſſimo celebrari mandavit, quibus mira populi frequentia completis Venerandum Corpus in marmorea arca, ſub Eccleſiæ S. Laurentii porticu depoſitum fuit, donec ipſius ſanctimonia, rite peracto prodigiorum examine, probaretur.

Poſt hæc Civitas Veneta acerrimis bellis, ſævoque peſtilentiæ morbo miſerime vexata, adeo in Sancti Viri cultu tepeſcere cæpit, ut parum abſuerit, quin ipſius nomen ab hominum memoria excideret. Deus tamen Omnipotens, qui eſt humilium celſitudo, famulum ſuum in eo loco inglorium diu quieſcere non eſt paſſus, ſed quanti meriti in Cælis eſſet, prodigiis conteſtantibus innoteſcere voluit: Anno itaque MCCVII. ab obitu Sancti viri circiter vigeſimo, Monaſterium regente Agnete Quirino, nonnullæ ex Monialibus Sacrario præſectæ non ſemel aureum ſtellarum circulum per noctem in Cælo micantem conſpexerunt, & in medio circuli manum marmoreum Sacri Corporis depoſitum digito ſignantem, hocque Divinæ providentiæ munere factum eſt, ut illo, cui dum in vivis ageret, præcipuum ſemper latendi ſtudium fuit, in ſepulcro deliteſcens ſyderum indicio proderetur. Hæc cum frequenter in profundo noctis ſilentio iiſdem Monialibus viſa fuiſſent, rem totam antiſtitæ aperiunt, quæ convocatis Eccleſiarum Monaſterii Præsbyteris ſepulcrum aperiri juſſit, in quo Divi corpus incorruptum adeo, vividumque, & tractabile invenerunt, ac ſi eadem die inhumatum fuiſſet. Rei novitate per urbem vulgata, frequentiſſimi facti ſunt ad tumulum devotionis, & curioſitatis intuitu hominum concurſus, quorum multi variis vexati infirmitatibus, dum ejus interceſſionem implorant, ſanitati reſtituuntur. His rite examinatis probataque ex teſtibus viri ſanctitate Epiſcopus Caſtellanus eum a tumulo illo amoveri, atque in decenti loculo ſuper aræ menſam

ſam

ſam in Eccleſia S. Sebaſtiani (apotheoſis hæc erat illis temporibus, ut ex Eccleſiaſticis hiſtoriis patet, uſitatiſſima) collocari mandavit. In ipſius arcæ operculo, quod ab anteriori parte ſacrum depoſitum claudit, Divi Leonis imaginem, & prodigia repreſentari juſſit Thomaſina Victuri Abbatiſſa anno MCCCXXI. ut patet ex inſcriptione tabulæ appoſita *Factum fuit hoc opus anno* 1321. Ex qua chronica nota deprehenditur Rodulphi error in vitis pictorum, qui ejus tabulæ picturas manu Caroli Crivelli factas fuiſſe aſſerit, iſte enim ſui ævi laudatiſſimus Pictor floruit circa annum 1450.

In ea itaquæ tabula medius ſtat Divus Leo Epiſcopali veſte, pallioque (leucophæi illa, hoc vero fulvi coloris) ad pedes usque protenſis indutus; cujus tegit humeros breve ex atra pelle palliolum, caput vero lineo albo inferiori, ſericoque purpureo ſuperimpoſito biretto tectum conſpicitur. Ad ejus pedes ſuperius citata Epigraphe extat. *Factum fuit hoc opus anno* 1321. Reliquum tabulæ in quattuor partes dividitur, in una quarum Divus Leo viſitur in loculo poſitus, copioſo populi, & Monialium numero circumdatus, inferius hæc verba poſita ſunt. *Qualiter Sanctus Leo ſepultum fuit, & tota Civitas fuit, & cum multitudo maxima Clericorum, & multa miracula fecit.*

Exhibet ſecunda Divi Leonis Corpus in Sepulcro collocatum, atque a ſtellæ radio ſignatum. Sepulcrum his verbis notatur: *Corpus Beati Leonis:* inferius vero legitur: *Qualiter Corpus Beati Fratris Leonis poſitum fuit in arca ſub porticu Præsbyterorum ut apte in ipſa Eccleſia colocaretur, & circa annum Domini* 1207. *fuit repertum.*

In alia parte effigies viſitur Catharinæ Rugerii de Roconcellis filiæ, quæ ex implorato Divi Leonis patrocinio lumen oculorum recepit, aliaquæ mulier pariter depicta eſt, quæ morti proxima ſanitati reſtituitur.

Ultima puellulam exhibet, quæ dum ex graviſſimo morbo animam ageret, matre ejus orante incolumis ſurrexit. Hæc porro miracula annis 1207. 1218. 1221. Divi Leonis interceſſione patrata fuerunt. Sancti Epiſcopi veneratio per quinque & amplius indeſinenter ſæcula perduravit, ejusque imagines, tum in enuntiata tabula, tum aliis in locis depictæ nimbo

irra-

irradiatæ conſpicinntur; Harum unam, ex celebri olim Petri Cardinalis Bembi Muſæo depromptam per calcographi opus ære inciſam exhibemus.

Ex adverſo aræ, in qua jacet S. Leo, exſurgit ara Divo Laurentio dedicata, in cujus menſa collocatum quieſcit integrum incorruptumque Corpus Beati Joannis Olini aſſerti Eccleſiæ S. Joannis Decollati Plebani, cujus acta a Paulino Fiamma Crucifero Italicæ vulgata, atquæ typis ædita anno 1645. in latinum ſermonem invertit Joannes Marangonius Presbyter Vicentinus, & in ſuo libro cujus titulus *Theſaurus Parochorum* Tom. I. pag. 308. inter Parochos ſanctimonia illuſtres inſeruit. Ipſa ex Clariſſimo Authore damus, quæ tamen ſeveriori cenſura indigere noſcuntur.

DE BEATO JOANNE OLINI.

„ B. Joannes (1) Presbyter, Plebanus S. Joannis Decolla-
„ ti Venetiarum. Venetiis anno 1325. (2) piis ortus paren-
„ tibus eſt, eorumque optima inſtitutione, ac diſciplina exor-
„ natus, a puero virtutibus, ac moribus ſanctis clarere cæ-
„ pit. Studiis præcipue ſacris incumbens, nunquam otioſus
„ apparuit, immo a voluptatibus ſæculi, ab honorum, digni-
„ tatumque illecebris maxime abhorrens, jejuniis, aſperitati-
„ bus, & jugi oratione Corpus edomuit; vilibus etiam, craſ-
„ ſiorisque operis, ac laceris veſtibus, tam æſtivo, quam
„ brumali tempore utebatur, quæ nec frigus repellere, nec
„ ardores temperare valerent. Conſortia hominum valde de-
„ clinans, florentiſſima in urbe Anachoretæ vitam ducebat.
„ Humilitate eximia, ſummoque ſui, rerumque terrenarum
„ contemptu adeo refulſit, ut Sacerdos jam factus, ac vacan-
„ te Eccleſiæ S. Joannis Decollati de Rivo alto Plebania,
„ a cuncto Populo Parochiæ illius, fama ejus Sanctitatis per-
„ moto, in Paſtorem, ac Plebanum fuerit electus. Hanc di-
„ gnitatem Dei Servus primum modeſte rejecit; ſed enixius
„ populo deprecanti, divino lumine illuſtratus, præbuit aſ-
„ ſenſum. Hinc una cum pupulo, ad Calerum (3) Caſtella-
„ num Epiſcopum, cui nota erat Sanctitas Viri, profectus,
„ ab eo maxime commendatus, rata electione, fuit in poſ-
„ ſeſſionem Parochialem immiſſus.

„ Quo

„ Quo ſpiritu, & zelo ſalutis Animarum injunctum ſibi
„ miniſterium Joannes ſuſceperit, & adminiſtrarit, ſatis elice-
„ re libet ex his quæ, non diu poſt, peſtilentiæ tempore,
„ egit. Anno etenim 1348. (4) Cum totam fere Italiam de-
„ popularetur ſæviſſima lues, ac præcipue Venetias, ubi non-
„ dum purgationis loca erant conſtituta, (5) & compita ur-
„ bis illius omnia mortuorum cadaveribus ſtrata cernebantur,
„ juſſuque Principis, quattuor in loca, ſeu Cæmeteria infer-
„ rebantur, in Inſulis videlicet S. Georgii in Alga, (6) San-
„ cti Marci Oris lamæ (7) nuncupatæ (nunc autem ſubmer-
„ ſæ) S. Felicis de mani, (8) ac S. Eraſmi; Pius Plebanus,
„ poſt præſtita morituris officia, & Sacramenta, mortuos e-
„ tiam ad Cæmeteria, Orationi ſemper intentus comitabatur:
„ deinde S. Sebaſtiani Eccleſiam, ſitam in Inſula S. Lauren-
„ tii, ingreſſus, pias pro tot languentibus præces, ingenito
„ cordis fervore, ad miſericordem Deum effundebat. Per
„ triennium, (9) quo lues perduravit, hiſce Charitatis, &
„ miſericordiæ exercitiis incubuit Joannes. Ceſſato autem mor-
„ bo, enixe Dominum præcatus, ut in præmium tot labo-
„ rum, ſe e corporis ergaſtulo, ac hujus vitæ miſeriis eri-
„ pere dignaretur, voti compos factus, paulo poſt, (10) ad-
„ ſtantibus ſibi chariſſimis amicis, teſtamento mandavit, cor-
„ pus ſuum tumulandum in Cæmeterio S. Sebaſtiani in In-
„ ſula S. Laurentii, ac deinde animam Creatori ſuo placi-
„ de reddidit. (11) Anno vero 1393. (12) Sacrum pignus
„ repertum fuit, ſub regimine Joannæ Zini (13) Abbatiſſæ
„ S. Laurentii, quod plurimis coruſcans miraculis in Eccle-
„ ſia exteriori publicæ venerationi expoſitum fuit. Sed ju-
„ bente Leonardo Delphino Epiſcopo Caſtellano inde abla-
„ tum in interiorem Cænobii Eccleſiam delatum fuit. Inte-
„ rim conſulta Sede Apoſtolica, delegatus cauſæ, ab ea con-
„ ſtitutus eſt Franciſcus Bembo, tunc S. Marci Primicerius:
„ qui anno 1397. (14) Delphino ad Patriarchatum Graden-
„ ſem elato ſuffectus, & ſumptis juridice informationibus,
„ tandem a Bonifacio IX. obtinuit (15) Diploma Beatifica-
„ tionis: ut apparet ex Bulla ejuſdem Pontificis anno 1400.
„ qua Joanni venerationem, & cultum impertitus eſt. Hinc
„ in Eccleſiam S. Laurentii delatum, ſub Altare honorifice

„ con-

„ conditum fuit, ac plurimis miraculis (16) claruit, & etiam „ num claret, quæ in tabulis ejuſdem Monaſterii adnotata „ leguntur. Anno vero 1632. ſub die 9. Auguſti ſacrum cor- „ pus recognitum fuit, ac ſub eodem anno 1644. denuo col- „ locatum magna veneratione colitur.

„ Vitam Beati Joannis ſcripſit Paulinus Fiamma Ordinis „ Crucigerorum quæ ms. ſervatur apud nobiles Moniales Cæ- „ nobii S. Laurentii in quodam Codice pag. 14. eamque En- „ comiaſtice potius, quam hiſtorice edidit idem Fiamma in „ quodam opuſculo Venetiis impreſſo anno 1645. in 4. tit „ de vera origine Eccleſiarum Sanctorum Laurentii, & Seba- „ ſtiani. Tandem de ejuſdem Chonologia non fidendum me „ admonuit Clar. Vir Nicolaus Coleti. (17) Ejus etiam me- „ minit Sanſovinus in ſua Hiſtoria edita 1663. pag. 60. Mo- „ numenta vero B. Joannis hic relata ex tabulis S. Lauren- „ tii, & S. Joannis Decollati, adm. R. P. Mag. Jo: Benedictus „ Zuanelli Ordinis Prædicatorum; (18) Eruditiſſimus Biblio- „ thecæ Caſanatenſis in Urbe Cuſtos, mihi communicavit.

---

(1) Ex authenticis documentis conſtat B. Joannem ex Veneta Familia Olini ortum traxiſſe.

(2) An hic fuerit ejus Nativitatis annus ex mox dicendis valde dubitandum eſt.

(3) Michaelem Calergum ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini Caſtellanæ Sedi præſuiſſe, ab anno 1332. uſque ad annum 1338. docet Ughel. Ital. Sac. Tom. V. col. 1279. Ven. Ædit. qui ex picturis Aulæ Patriarchalis, & ex Sanſovino accipiens, eum inter Caſtellanos Antiſtites inſeruit. Si itaque Michael hic Caſtellanam Eccleſiam rexiſſet, ejus aſſerti Præſulatus extremo anno, Chriſti nempe 1338. Joannes, qui natus dicitur anno 1325, ætatis annos tresdecim tantum modo numeraſſet, ideoque impoſſibile eſt adeo juvenem ad animarum curam aſſumptum fuiſſe. Ex ea temporum collatione Fiammæ error deprehenditur, qui Joannis electionem confirmatam aſſerit ab eo Epiſcopo, qui, ut optime notat loco citato emendator Ughelli, ab Antiſtitum Caſtellanorum albo expungendus eſt.

(4) De ſæviſſimo hujus Peſtilentiæ morbo, quo tota ferme Europa deſolata fuit, mentio facta eſt ad Sodalitium S. Mariæ de Charitate, eamque fuſe deſcripſit Joannes Boccaccius, & Raphaynus Careſinus in Chron. Tom. XII. Rerum Ital. col. 419. *Quæ quidem epidemia* (ita Codex Ambroſianus) *Venetiis incboata anno* MCCCXLVII. *die* XXV. *Januarii bora Veſpertina*, perſeveravit *uſque ad annum* MCCCXLVIII. *per totum menſem Auguſti, ob quam tertia pars Venetorum deceſſit*.

(5) Operis hujus Tom. I. pag. 210. attulimus decretum, quo ſupremum Conſilium *propter infectionem terræ factam cauſa peſtilentiæ tres pro ſalute terræ proviſores* elegit.

(6) Nunquam (quod ſciam) Monaſterium S. Georgii in Alga excipiendis defunctorum cadaveribus tempore peſtis deſtinatum fuit.

(7) S. Marcus Boccalama, ſeu de Boccalame Monaſterium olim in finibus ſtagni Veneti ex adverſo agri Patav. erectum viſebatur in Inſula, ad quam tempore hujus peſtilentiæ deducta fuiſſe mortuorum corpora conſtat ex publicis Codicibus. Sepulturæ enim defunctorum ex publico decreto aſſignatæ fuerunt Inſulæ S. Eraſmi, S. Marci de Boccalame, & S. Leonardi pariter de Boccalame.

(8) Nec in S. Felicis de Ammiano Monaſterio ſtatutum fuiſſe Cæmeterium pro peſte ſublatis ex ullo documento accepimus.

(9) Per viginti circiter menſes Venetias peſtifera lue afflictas fuiſſe ex ſuperius allato Codicis Ambroſiani fragmento addiſcimus.

(10) *Si, ceſſato morbo, paulo poſt* Joannes e vivis exceſſit, conſequens eſt, ut obierit anno ætatis ſuæ XXIV. vel XXV. cum enim peſtilentia anno 1348. vel juxta Fiammam anno 1349. ceſſaverit, Joannes natus anno 1325. annum agebat 24. vel 25., quod inveriſimile eſt, tum quia aliquot annos in Plebanatu vixit, tum quia ipſius imagines virum referunt ſexagenario majorem.

Maxima autem difficultas in eo eſt, quonam tempore Eccleſiam S. Joannes Decollati adminiſtraverit, ſiquidem ex exploratis Notariorum Codicibus habemus Victorem Danerium Eccleſiæ S. Joannis præfuiſſe Plebanum anno

no 1343. ut conſtat ex rogitis Felicis de Merlis Plebani S. Simonis Apoſtoli & Notarii, itemque Marcum Brunum Plebanum S. Joannis Decollati habemus ad annum 1347. ex rogitis Nicolai Roſſo Plebani S. Simeonis Proph. & Not. ad annum 1348. ex rogitis Gerardi Presbyteri S. Euſtachii & Not. ad annum 1352. ex rogitis Victoris Gaſſaro Plebani S. Mariæ Matris Domini, & Not. In tot difficultatum tenebris, quibus res undequaque offunditur, quid pro certo ſtatuendum ſit non apparet, ea etenim, quæ ex Fiamma affert Marangonius, erroribus & repugnantiis ſcatent, nullaque nobis documenta ex Monaſterii Archivo ſuperſunt, quibus lux aliqua ad tenebras haſce expellendas effulgeat.

(11) Hucusque ea, quæ protulit Marangonius, ex Paolino Fiamma Ordinis Cruciferorum pio, ſed minus accurato ſcriptore excerpſit; quæ ſequuntur ex Tabulis S. Laurentii, & S. Joannis Decollati ſibi communicatis hauſiſſe fatetur; In Archivo S. Joannis Decollati nullum modo extat documentum, quod Beati Joannis memoriam ingerat, unaque tantummodo extat in S. Laurentii Archivo vetuſta carta Veneto ſermone exarata ſacri corporis revelationem exhibens, quam criticis animadverſionibus communitam proferam.

(12) In Archivi ſcheda inventio ſacri corporis aſſignatur ad annum 1403, quod tamen falſum eſſe ex authenticis documentis evincitur.

(13) Anno 1393. Monaſterium regebat Joanna Zeno Abbatiſſa.

(14) Anno 1401. ut docet Ugh. Franciſcus Bembo Leonardo Delphino ad Patriarchalem Alexandrinam Sedem evecto ſuffectus fuit. Nunquam vero Gradenſem Sedem adminiſtravit, ut fuſe oſtendimus Operis hujus Tom. III. pag. 37.

(15) Diploma Bonifacii Papæ IX. ad præces Abbatiſſæ Joannæ Zeno latum fuit adverſus Leonardum Epiſcopum, qui cultum ſacro corpori præſtari inhibuerat.

(16) Miracula in calce enuntiatæ ſchedæ relata mox afferemus.

(17) Jam ex dictis compertum eſt, quo jure erudiſſimus Coletus Marangonium monuerit, hujusmodi Chronologiæ fidendum non eſſe.

M 2 (18) Po-

(18) Poſtea Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter, & Cajetani Zuanelli Epiſcopi Bellunenſis, qui in hujus Monaſterii Ecclesia maximo cum Urbis plauſu conciones quadrageſimales non ſemel habuit, digniſſimus Frater.

Queſta ſi e l' Invenzione del Corpo del Beato Zuanne Piovan di S. Zuanne Degolado con alcuni ſuoi miracoli.

Inventio corporis Beati Joannis Plebani S. Joannis Decollati ſimul cum nonnullis miraculis ipſius.

Eſſendo portado el Corpo de un Venerabile religioſo a ſepelire ſotto il portego della Chieſa del Glorioſo M. S. Lorenzo accompagnato da molte chiereſie, e Battudi, e grande commitiva di perſone. E per la grande moltitudine, che era attorno el Corpo alcuni putti montorno ſuſo un Arca poſta ſopra due modioni ſotto al ditto portigo per veder detto corpo, & accadette, che per il cargo delli putti i ditti modioni ſi ſpezzarono, & l'Arca cadette ſopra un' altra arca, e rompela in molti pezzi e queſta rimaſe intiera, la qual fu tolta, e portata dentro el Moneſtier nel noſtro Cimiterio, e fu poſta ſotto un Archivolto, la qual ſtette molt' anni incognita. Et nell' anno 1403. (1) eſſendo Abbadeſſa M. Zuanna Zen piaque all' Onipotente Dio revelar la ſantità di queſto Venerabile, & devoto corpo in queſto modo miracoloſo. Eſſendo in queſto tem-

Cum delatum fuiſſet corpus cujusdam Venerabilis Sacerdotis, ut inhumaretur, ſub porticu Eccleſiæ glorioſi Domini S. Laurentii multis Clericorum & Verberatorum ſodalitiis, maximaque populi frequentia comitantibus, pueri aliqui, qui præ turbarum multitudine feretrum circumdante funus aſpicere nequibant, ſepulcrum duobus projecturis ſub dicto porticu innixum, ut corpus aſpicerent, aſcenderunt. Factum eſt autem, ut præ nimio puerorum pondere dictæ projecturæ frangerentur, arca vero ſuper aliud ſubjectum marmoreum monumentum decideret, quod in fruſta confregit, ipſa autem illæſa & integra permanſit; Ex eo itaque loco ſublata, ad interiora Monaſterii delata fuit, atque in Sanctimonialium Cæmeterio repoſita, ſub quoddam arcu, ubi diu ignota permanſit. Anno deinde MCCCCIII. ſub Joanna Zeno Abbatiſſa Omnipotens Deus

tempo medeſimo Sagreſtane M. Suor Orſa Falier, & M. Suor Cattarina Soranzo ; andando le dette per ſonar Mattutino apparſe miracoloſamente una ſtella, diſcorer ſopra la detta Arca, e non ſolamente una volta, ma più volte fu viſto queſto miracolo, e parendo a eſſe che queſto ſignificaſſe qualche gran miracolo andorno dall' Abbadeſſa, e narronli quello, che avevano viſto pregandola con inſtanza che li deſse licentia d' aprir quell'Arca, ſicchè con gran fatica ebbero queſta grazia, e aperta queſta tal Arca trovarono queſto Beato Corpo apparato con una pianetta ſanguinea, Camiſo, e Zinzolo, el qual rendeva ſoaviſſimi odori, (2) e con grande riverenza fu cavato fuora, e poſto ſotto un'arca ch'era lì, e finito, ſparſa la voce per tutta la terra venne gran moltitudine di perſone a vederlo, e per gran divozione ogni uno toleva delle ſue veſtimente, per modo che non ne rimaſe niente, e queſto durò per tre giorni continui, e dopoi vedendoſi ogni giorno molti, e continui miracoli che moſtrava queſto benedetto corpo mediante la grazia di Dio fu tolto da quel luogo con proceſſione ſoleniſſima, e devotion, fu poſto in una caſſa di legno, e col-

Deus venerabilis hujus, & devoti corporis ſanctitatem revelare hac mirabili ratione diſpoſuit. Sorores Urſa Faletro, & Catharina Superantio, eo tempore ſacrarum rerum cuſtodes, dum ad matutinas horas pulſandas accederent, ſtellam ſupra ſepulcrum, illud prodigioſe diſcurrentem conſpexerunt, quæ cum frequenter ipſis viſa eſſet, mirabile quid ex hoc ſibi ſignificari intelligentes rem totam Abbatiſsæ pro fide retulerunt, enixe orantes, ut ſibi facultas aperiendi tumuli tribueretur. Cum itaque precibus fatigata Abbatiſſa annuiſset, aperto tumulo corpus hoc Beatum caſula ſanguinei coloris, albaque linea, & cingulo ornatum, ſuavemque odorem late fundens invenerunt. E monumento reverenter elatum, atque in arca ibidem poſita collocatum fuit, quibus actis, cum rei fama per urbem vulgata eſset, mirus repente factus eſt civium concurſus, tantoque ardore ſacrarum veſtium aliquid, quibus corpus illud tegebatur, certatim ab omnibus expetitum fuit, ut penitus expoliaretur. Ibidem per triduum remanſit, cumque in dies prodigia, quæ hujus benedicti corporis intuitu divina clementia patrabat, augerentur, e loco ſolemni ſuppli-

e collocato nella Capella di S. Sebaſtian, & eſſendo il nome ſuo incognito per eſſer molto tempo ch'era ſtato ſepolto eſſo beato Corpo, apparve in viſione ad una Ven. Donna di queſto Convento chiamata Suor Nicoletta Gradenigo, e diſſeli, va a Madona, e dilli come il mio nome ſi è Zuanne (3), e ſubito queſta Donna la mattina riferì a Madonna queſta viſione, e a tutte l'altre Donne le quali con diligentia cercando, e domandando a perſone antiche chi era quel Sacerdote, ch'era ſtato ſepolto in quel loco: ſeppero veramente che era ſtato Piovan de S. Zuanne Decollado, (4) chiamato per nome Zuanne homo di ſanta vita, il quale era ſtato ſepolto in queſto loco, e volendo Iddio eſaltarlo, eſſendo ſtato per più di 50. anni tenuto ſenza riverenza, e non ceſſando la moltitudine, e concorſo del popolo per li grandi miracoli. Un zorno il Veſcovo di Venezia, ch'era in quel tempo Miſier Leonardo (5), el qual determinò di voler venire a vedere queſto, ma non con buona intenzione, & eſſendo venuto quaſi con sdegno manazando queſto Corpo, lo fece levar, e metter in luogo manco conveniente, & commandò all'Abbadeſſa, & all' altre Donne, che

plicatione delatum, atque in arca lignea depoſitum ad Sacellum Divi Sebaſtiani deductum fuit. Porro cum ipſius nomen omnibus eſset ignotum, a multis enim retro annis inhumatum fuerat, ipſum beatum Corpus per viſionem Venerabili cuidam Sanctimoniali hujus Cœnobii Nicoletta Gradonico nomine apparuit, eique dixit; Accede ad Abbatiſsam, & dic ei, quod Joannes eſt nomen meum. Mane facto Monialis viſionem Abbatiſsæ cæteriſque Monialibus aperuit, quæ diligenter inquirentes, atque a viris ſenioribus ſciſcitantes, num aliquid de eo Sacerdote ſcirent, qui in eo loco ſepultus fuerat, certiores factæ ſunt ipſum Plebanum S. Joannis Decollati Joannemque appellatum fuiſſe ſanctæ converſationis virum, qui ibidem tumulatus fuerat. Igitur cum Deus ipſum exaltare vellet, indecore enim per ultra L. annos latuerat, & populi concurſus ob crebra miracula perduraret, Epiſcopus Venetus, qui eo temporis erat Dominus Leonardus quadam die ſtatuit minus æquo animo ad hoc corpus viſendum ſe conferre, cumque acceſſiſſet, ſacro corpori veluti ex ira minitans ipſum e ſacello abduci, atque in minus decenti loco collocari juſ-

che ſotto pena di Eſcommunica non doveſſero mai più moſtrar il detto Corpo, & imponer perpetuo ſilenzio d'eſſo (6), e partendoſi da lì per divino giudizio li venne una doglia in un braccio tanto grande, che credeva morire. Et conoſcendo il ſuo errore penſando queſto non eſſer avvenuto ſe non per la pocca riverenza, che aveva avuto a queſto corpo, tornò indietro, e fece ritornar il detto corpo nel ſuo primo luogo con gran riverenza, e impetrò da Bonifacio IX. Papa (7) come appare per Bolla della ſua Beatitudine, la quale è in queſto Monaſterio, che ſi poteſſe moſtrar il detto corpo, e celebrar Meſſa ſopra (8), e venerarlo come ſanto per li miracoli, i quali ſi vedono de giorno in giorno manifeſtamente, delli quali ne diremo alcuni per teſtimonianza di queſto benedetto corpo.

Un Zovene di anni 18. oppreſſo dal Demonio venne a viſitar queſto Corpo, e fu liberato in quell'inſtante.

Una donna da Ca Barbaſella, qual era tant'arſirata venne con le Crozole a viſitar queſto corpo ricevè perfetta ſanità laſciando ivi le Crozole.

Un

juſſit, mandavitque inſuper Abbatiſſæ, cæteriſque Monialibus, ne ſub excommunicationis pena de cætero unquam corpus illud oſtenderent, perpetuumque de eo ſilentium ipſis indixit. Poſt hæc, cum e Cœnobio recederet, juſto Dei judicio tanto brachii dolore correptus eſt, ut ſe brevi moriturum putaret; ex quo reatum ſuum agnoſcens, hoc ſibi ex irreverentia, qua ſacrum corpus nimis acerbe habuerat, eveniſſe putavit. Reverſus itaque juſſit ſacrum corpus ad priſtinum locum reverenter reduci, indeque a Bonifacio IX. impetravit, (patet hoc ex Beatitudinis Suæ diplomate adhuc in Monaſterio aſſervata) ut dictum ſacrum corpus oſtendi, atque ſuper eum Miſſas celebrari, ipſumque, ut ſanctum coli liceret ob miracula, quæ in dies manifeſte conſpiciuntur, quorum nonnulla exhibebimus in teſtimonium hujus benedicti corporis.

Quidam juvenis annorum 18. a Dæmone vexatus, dum ſacrum corpus veneraturus accedit, repente liberatur.

Mulier ex gente Barbaſella nervorum algore ſtupida ac ſine motu fulcris ligneis innixa ad hoc corpus veniens perfectam ſalutem conſequuta eſt, ibique lignea fulcimenta reliquit.

Fran-

Un. Fiol di Miſ. Luca Donado per nome Franceſco, avea un piè retratto che di quello non ſi poteva aggiutar niente: fu diſteſo ſopra queſto benedetto corpo, e fu liberato.

Una Putta d' anni 6. Fiola di Miſ. Vido Coltrin inferma di tutto il corpo, allorchè fu poſta ſopra queſto corpo ricevette la ſanità.

Una donna la quale con poca fede toccò queſto Corpo ſubito li venne una doglia grandiſſima nella ſpalla, e nel Braccio e ravedendoſi, diſſe ſua colpa, e fu liberata.

Madonna Suor Lucrezia Michiel, la quale e Priora di queſto Moneſtier, aveva una natta grande su una man con dolore grandiſſimo. Et una mattina dovendo venir il Medico a tagliarla con pericolo di perder la man, e la ſera precedente andò al Santo, e la Mattina ſeguente trovò la mano ſana del tutto.

Miſ. Marco Bondumier eſſendo a Damiata livenne una infermità che tutto ſi perſe, e avanti ſi partiſſe, una ſua Sorella Monacha in queſto Monaſterio l' avea dato un Vanzelo ch' avea tocato queſto Corpo, e ricordandoſi di eſſo, ſi ſegnò, e parſe, che minoraſſe, tamen procedendo il male

vene

Franciſcus filius Dom. Lucæ Donati attractum adeo pedem habens, ut illo uti penitus nequiret, dum ſupra hoc benedictum corpus extenditur, ipſius pedis uſum recepit.

Puella annorum 6. Domini Viti Coltrini filia toto corpore ægra ſacro huic corpori impoſita, ſanitati reſtituitur.

Mulier, quæ incredula corpus hoc tetigit, maximo confeſtim humeri brachiique dolore corripitur, dum vero culpam ſuam pœnitens fatetur, dolor evanuit.

Soror Lucretia Michael hujus Cœnobii Prioriſſa ex carnis protuberantia ſuper manum ejus exorta, acri dolore afficiebatur; cumque Medicus protuberantiam ipſam, cum manus amittendæ periculo, abſcindere decreviſſet, Lucretia nocte præcedente ad ſanctum corpus ſe contulit, mane vero ſequenti manum ex integro incolumem reperit.

Dominus Marcus Bondumerius Thamaiti degens acri adeo infirmitate ægrotavit, ut membrorum uſum omnino amiſerit, cum vero antequam ab urbe diſcederet, a Sorore ſua hujus Cœnobii Sanctimoniali cingulo ad ſacrum corpus pridem appoſito donatus fuiſſet, ipſo, cujus meminerat ſe ſi-

gna-

vene a Venezia, e fattoſi portar in un ceſto al Corpo del B. Zuane, perchè da sè mover non ſi poteva, e ivi raccomandoſſi a quello, e ſubito fu liberato, e caminò con li ſuoi piedi.

gnavit, moxque aliquantulum convaluit; poſtmodum autem morbo vires augente Venetias rediit, atque ad Joannis corpus, cum per ſe accedere non valeret, in ciſta deferri voluit, cujus patrocinia dum implorat, confeſtim ab infirmitate ſolutus ſuper pedes ſtetit, & ambulavit.

Una Donna chiamata Perina Maſſara in queſto Convento avea del tutto perſo una man relita da Medici, e da tutti andò a queſto Corpo, e ricevete perfetta ſanità.

Mulier quædam *Perina* nomine hujus Cœnobii famula ex morbo manus facultatem amiſerat, cumque a Medicis de recuperando manus uſu deſperaretur, dum ſacro corpori ſe ſiſtit, perfecta ſanitate donatur.

Nuovamente la Donna di Maeſtro Zuanne da Mantoa Medico, oppreſſa da una ſciatica in una Gamba, e ricorſa a queſto Corpo fu liberata.

Noviſſime uxor Magiſtri Joannis a Mantua Medici Iſchiade in crure laborans, dum S. viri ad ejus corpus interceſſionem implorat, ſanatur.

Molti e aſſai altri Miracoli de zorno in zorno ſi vedono di queſto ſervo di Dio, che non ſemo menzione alcuna per brevità.

Plurima alia miracula hujus Dei famuli in dies conſpiciuntur, quæ tamen brevitatis cauſa reticentur.

Hucusque ſcheda Monaſterii, reliqua vero, quæ ſequuntur, miracula a Paulino Flamma in calce vitæ Beati Joannis Italico ſermone appoſita fuerunt.

„ Un figliuolo di Miſſier Triadan Gritti havea un'infermi-
„ tà ſopra la Teſta tanto grande, che molte volte delirava,
„ raccordatogli queſto Beato, ſi raccommandò con gran de-
„ votione a lui, & havendo toccato queſto corpo con un fi-
„ lo di azze, & legatoſi il capo con quello da tanta infermi-
„ tà fu liberato.

„ La Donna di Miſſier Alviſe da Peſaro, cadendo ſi arri-

„ ciò una gamba, & tanto crebbe l'infermità che ne rimaſe
„ priva di moto, riccorſe al Beato Giovanni, ſubito fu libe-
„ rata, & laſciò le crozzole in Chieſa.

„ Un figliuolo de Sier Polo Coltrer nato muto, doppo al-
„ quanti anni vedendo che non parlava lo portò ſopra que-
„ ſto benedetto corpo, dove addormentato, doppo alcun tem-
„ po riſvegliato, che fu cominciò liberamente a raggionare.

„ Una figliuola di Miſſier Zuane Pollani eſſendo tutta ar-
„ ſiderata, fu diſteſa ſopra di queſto benedetto Corpo, & ſu-
„ bito fu liberata, & nello ſteſſo tempo infiniti Figliuoli ſe-
„ gnati con queſto Benedetto Corpo, ſono ſtati da varie in-
„ firmitadi liberati.

---

(1) Diploma, quo cultus invento prodigioſo corpori a Bonifacio IX. ſtatuitur, datum fuit Pontificatus ejus anno XI. Chriſti nempe MCCCC., falſum itaque eſt an. MCCCCIII. repertum fuiſſe. Mage probabile eſt, cum Marangonio inventionem corporis hujus ad annum MCCCVIIC aſſignare.

(2) De hujuſmodi fragrantia mentionem ingerunt Apoſtolicæ Bonifacii IX. epiſtolæ mox afferendæ.

(3) Nomen tantummodo non dignitas viri ex Sanctimonialium viſione innotuerunt.

(4) Cum in ſerie Plebanorum S. Joannis Decollati, locus non inveniatur pro reponendo B. Joanne ad eos annos, quos innuit Fiamma in vita ipſius Beati, ut ſuperius dictum eſt, fortaſſe anteriori tempore Parœciam rexit, ſiquidem ab anno 1222. usque ad annum 1309. nullum ejus Eccleſiæ Plebanum invenire potui. Nihil autem pro certo ſtatuere auſim.

(5) Leonardus Delphinus Epiſcopus Caſtellanus.

(6) Hæc in Diplomate Bonifacii IX. referuntur, quæ autem ſequuntur, minus veritati congruunt, ſiquidem Pontificiæ epiſtolæ tradunt Epiſcopum Sanctimonialibus inhibuiſſe, *ne corpus amodo tangere attemptarent*, propter quod coactæ ſunt Apoſtolicæ Sedis patrocinium implorare.

(7) Abbatiſſa, & Sanctimoniales S. Laurentii, non autem Leonardus Epiſcopus, Apoſtolicas Papæ litteras implorarunt, & obtinuerunt.

(8) Intelligendum eſt, celebrare miſſam ſuper corpus Beati, non autem de Beato, ſiquidem adhuc Eccleſiaſtico hoc honore caret. Pontificiæ Bonifatii Epiſtolæ authographæ plumbeoque ſigillo munitæ adhuc aſſervantur in Archivo Monaſterii, quarum quidem litterarum tenor eſt hic.

„ Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio „ Primicerio Eccleſiæ S. Marci de Venetiis (1) Caſtell. Diœc. „ ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sane pro parte di„ lectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Mo„ naſterii S. Laurentii de Venetiis Ordin. S. Benedicti Caſtell. „ Diœceſ. nobis exhibita petitio continebat, quod cum du„ dum in quadam Capella S. Sebaſtiani (2) ipſi Monaſterio „ contigua, & annexa eiſdem Abbatiſſæ Monialibus inibi pro „ tempore ad hujuſmodi Capellam venientibus, mellifluus, „ infinitus odor ſentiretur (3), & propterea ipſæ Abbatiſſa, „ Moniales ſtupefactæ, murmureque inter eas exorto animad„ vertentes locum, unde ex quo hujuſmodi odor provenire „ poſſet, quadam die perquiri feciſſent, & tandem quodam „ corpore humano reperto, quod juxta antiquiorem, & com„ munem exiſtimationem jam quinquaginta, & ultra elapſis „ annis traditum Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſanum, & illæſum, „ & quemadmodum pulchrum in eo ſtatu, ſi recenter de me„ dio eſſet ſublatum, remanebat, & ab eo odor hujuſmodi, „ prout cernentibus evidenter apparuit, procedebat, ipſæque „ proinde Deo condignas gratias agendo cum devotione, & „ humilitate condecentibus ipſum corpus erripientes de hu„ juſmodi ſepultura, in altum elevari, & in quodam loco di„ ctæ Capellæ per eas ad hoc tunc deputato, gratia divina „ coadjuvante, reponi feciſſent, & ad ipſum etiam poſtmodum „ magna cum intima cordis devotione conveniret populi mul„ titudo.

„ Venerabilis Frater Noſter Leonardus Epiſcopus Caſtella„ nus, quo ductus animo neſcitur, præmiſſis ad ſuam noti„ tiam deductis, hujuſmodi corpus minus honeſte tractando de „ dicto loco recipi, & ut creditur in quodam loco recludi fe„ cit, ipſis nihilominus pœnis, & cenſuris interdictis expreſſe „ inhibendo, ne hujuſmodi corpus amodo tangere quomodo„ libet attemptarent (4); Unde ſicuti eadem petitio ſubjun-

„ gebat inter eaſdem Abbatiſſam, Moniales, pejus priori oritur
„ rumor, & confuſio. Ideo parte ipſarum Abbatiſſæ Monialium
„ nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc providere
„ paterna diligentia de benignitate Apoſtolica dignaremur.
„ Nos igitur attendentes, quod ſi eſt ita, condignis honori-
„ bus, laudibus, & exaltationibus ipſi corpori impendendis
„ humanæ conditionis nequaquam ſufficiunt facultates, ac hu-
„ juſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apo-
„ ſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus ſuper
„ præmiſſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per
„ informationem hujuſmodi ea reperiris veritate fulciri ſuper
„ quo conſcientiam tuam oneramus dictum corpus ad hujus-
„ modi vel aliquem alium locum ad hoc magis congruum,
„ & idoneum in eadem Capella reſtitui, & reponi, in quo
„ ab omnibus fidelibus exaltari valeat, & venerari eadem autori-
„ tate procures (5) eiſdem Abbatiſſæ, & Monialibus nihilominus
„ concedendo, ut ipſum corpus omnibus Chriſtifidelibus hoc pie
„ corde optantibus oſtendere valeant quoties fuerit opportu-
„ num, dicti Epiſcopi vel cujuſque alterius ſuperioris licen-
„ tia minime requiſita. Nonobſtantibus conſtitutionibus Apo-
„ ſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii, & Or-
„ dinis prædictorum, juramento confirmatione Apoſtolica,
„ vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis
„ quibuſcumque ſeu ſi Epiſcopo Caſtellano pro tempore exi-
„ ſtenti vel quibuſvis aliis comuniter, vel diviſim a Sede præ-
„ fata indultum exiſtat quod interdici, ſuſpendi vel excom-
„ municari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes
„ plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto
„ hujuſmodi mentionem, contradictores auctoritate noſtra ap-
„ pellatione poſtpoſita compeſcendo.

„ Dat. Romæ apud S. Petrum Non. Octob. Pontificatus no-
„ ſtri anno undecimo.

---

(1) Franciſcus Bembo, qui poſtea in Caſtellana Sede Leonardo Delphino ſuffectus fuit.

(2) In hoc diplomate Eccleſia S. Sebaſtiani alteri Divi Laurentii Eccleſiæ adhærens vocatur capella.

(3) Ex ſcheda ſuperius allata habetur odorem ex invento corpo-

corpore exhalaſſe, corpuſque ipſum in marmorea arca ſub arcu in Monialium cœmeterio extaſſe, ex hac vero bulla addiſcimus fragrantiam in Capella S. Sebaſtiani ſuaviter emanaſſe, ex cujus indicio corpus repertum fuit. Igitur cum Pontificio diplomati, quod autographum egomet vidi, fides ſit ex integro adhibenda, dicendum erit in Sacello potius S. Sebaſtiani, quam in Sanctimonialium Cœmeterio ſacrum cadaver inventum fuiſſe, Schedæ autem, quam recentiori ævo concinnatam eſſe cenſeo, ea fides ſit, quam promeretur.

(4) Si hæc Diplomatis bulla cum ſcheda conferatur, evidenter innoteſcet falſitas tot circumſtantiarum ibidem appoſitarum.

(5) Rem, ut Pontifici expoſita fuerat, *veritate fulciri* reperit Delegatus Apoſtolicus, ſiquidem inventum corpus in eodem Sacello, ſeu Eccleſia publicæ venerationi expoſitum fuit, comprobante merita ipſius mirabili incorruptione, quam ad hunc uſque diem conſtanter perdurare conſpicitur.

Aram Principem, atque alias duas S. Paulo Epiſcopo, Divoque Barbaro Martyribus dicatas conſecravit Franciſcus S. R. E. Cardinalis Vendramenus Patriarcha Venetiarum anno 1617. die IX. Januarii, cujus quoque menſis die 18. ſolemnem Templi conſecrationem peregit, in cujus memoriam interiori Eccleſiæ parieti epigraphe hæc marmorea affixa fuit.

D. O. M.

„ Divoque Mart. Laurentio Eccleſiam hanc Franciſcus Card.
„ Vendrameno Patriarcha Venet. Dalmatiæque Primas conſe-
„ cravit Joanne Bembo Duce, Andriana Contarena Abbatiſsa
„ An. ab Incar. Dom. MDCXVII. XV. Kal. Febr.

Januæ Templi S. Sebaſtiani, qua patet aditus ad aream, ab exteriori parte ſuperſtat alia Epigraphe.

„ Eccleſia S. Sebaſtiani Martyris in Inſulis Geminis, quæ
„ poſtea Venetiæ vocatæ ſunt, antiquiſſimis temporibus con-
„ ſtructa, & conſecrata a Monialibus S. Laurentii bis reſtau-
„ rata ab Innocentio Octavo, Eugenio Quarto, Leone Deci-
„ mo Summis Pontif. Eccleſiæ S. Sebaſtiani ad catacumbas an-
„ nexa Moniales ipſæ memoriæ cauſa Monumentum hoc po-
„ ſuerunt.

Hono-

Honorius III. Monaſterium Sancti Laurentii a ſolutione decimarum liberat.

A

1221. 7. Junii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe & Monialibus S. Laurentii de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorem benivolum impartiri. Eapropter, dilecte in Domino filie, veſtris juſtis precibus inclinati auctoritate vobis preſentium indulgemus, ut de novalibus, que propriis ſumptibus colitis, aut de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Data Laterani VII. Idus Jun. Pontificatus noſtri anno quinto.

Innocentius IV. concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii in die Dedicationis ejusdem.

B

1250. 7. Maii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii Venetiarum.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus ... Abbatiſſe & Conventui Monaſterii S. Laurentii Ordinis Sancti Benedicti Dioceſis Caſtellane Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundantia pietatis ſue, que merita ſupplicium excedit, & vota beneſervientibus multa majora retribuat, quam valeant promereri. Nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibusdam illectivis muneribus indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut veſtrum Monaſterium, quod, ſicut aſſeritis, damna pertulit graviora occaſione diſcordie, propter quod tantam inopiam ſuſtinetis, quod vix poteſtis de veſtris redditibus ſuſtentari congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui Monaſterium veſtrum in anniverſario die Dedicationis ipſius venerabiliter viſitaverint de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi quadraginta dies de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Lugduni Nonis Maii Pontificatus noſtri anno Septimo.

Guil-

Guillielmus Concordienſis Epiſcopus concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii, & eidem eleemoſynas erogantibus.

C. 1250. 31. Maii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

Guillelmus miſeratione divina Concordienſis Epiſcopus (1). Univerſis Chriſtifidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Quoniam, ut ait Apoſtolus: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod cum multiplicato fructu reddente Domino colligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet vitam eternam. Hinc eſt, quod cum Monaſterium S. Laurentii de Venetiis, adeo prematur ſarcina paupertatis quod .... Abbatiſſa, & Moniales ejuſdem Monaſterii non habeant ibidem unde poſſint commode ſubſtentari, niſi fidelium helemoſinis, & ſubſidio adjuventur. Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus de bonis vobis a Deo collatis eidem Monaſterio ad ſubſtentationem Monialium ibidem Domino famulantium pias helemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis. Ut per hec & alia bona, que domino inſpirante feceritis ad eterne poſitis felicitatis gaudia pervenire; Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus confiſi ſuffragiis omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad idem Monaſterium in conſecratione illius Eccleſie, que eſt tertio die intrante menſe Julii uſque ad octavum diem, devote ſingulis annis acceſſerint pias helemoſinas, & grata ibidem caritatis ſubſidia largituri quadraginta dies de injuncta eis penitentia miſericorditer relaxamus in Domino. Preſentibus uſque ad quinquennium valituris. In cujus rei teſtimonium preſentem paginam fecimus noſtri ſigilli munimine roborari.

Datum Venetiis Secundo Kalendas Junii Pontificatus Domini Innocentii Pape Quarti anno Septimo.

(1) De eo Ughell. inter Epiſcopos Concordienſes.

Ale-

Alexander IV. Monaſterium S. Laurentii Venetiarum a quibuscunque penſionibus immunem ſervari decernit.

D 1257. 28. Octobris.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe, & Conventui Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut inſinuantibus vobis accepimus Monaſterii veſtri adeo tenues ſint proventus, ut vix poſſitis ex eis commode ſuſtentari, nos neceſſitatibus veſtris paterno compatientes affectu vobis auctoritate preſentium indulgemus, ut ad receptionem vel proviſionem alicujus in penſionibus vel aliis Eccleſiaſticis beneficiis auctoritate litterarum Sedis Apoſtolice vel legatorum ipſius compelli aliquatenus non poſſitis absque ſpeciali mandato Sedis ejuſdem faciente plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii (1) v. Kal. Novemb. Pontificatus Noſtri Anno tertio.

(1) Anno 1257. Alexander IV. Viterbii degebat ex qua Civitate XII. Kal. Novembris divo Bonaventuræ celeberrima illa verba ſcripſit: *Quia pro certo tenemus, quod data ſit tibi celitus gratia regendi ſalubriter populum Sanctum Dei.* Wading. ad ann. 1257.

Clemens IV. Monaſterio S. Laurentii Venetiarum exemptiones, & privilegia concedit.

E 1267. 15. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii Venetiarum.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe Monaſterii S. Laurentii de Rivoalto de Venetiis ejus Sororibus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet aut robur, quod abſit, ſacre religionis enervet. Ea propter dilecte in Chriſto filie veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus. Et Monaſterium Sancti Laurentii de Rivoalto de Venetiis Caſtellane Dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipate, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones quecunque bona

ibi-

ibidem Monaſterium in preſentiarum juſte ac Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis & eis que vobis ſucceſſerint & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quindecim Maſos terre quos habetis in territorio plebis Sacci Dioceſis Paduane Salinas & Vineas quas in territoriis piliſtrine & clugie obtinetis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis (1) & paſcuis, in bono & pleno, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum que propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit; ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatiſſe ſue licentia, niſi artioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere. Diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina offitia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum & benedictiones Monialium a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem Sacroſancte Romane Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochie veſtre ſi eam habetis nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi, & veſtro Capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hoc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis & Epiſcopis Archidiaconis, ſeu decanis aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſecularibusve perſonis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni extreme voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti non ſint, aut publici etiam uſurarii, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa vel earum aliqua, que tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam providerint eligendam. Paci quoque tranquillitati veſtre, & paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas, nec non & libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indulctas auctoritate Apoſtolica confirma-

(1) Uſuagium nempe jus utendi, quod hoc loco potiſſimum intelligitur de uſu nemorum.

mamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis pro futura. Salva Sedis Apoſtolice auctoritate & Dioceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino juditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis, autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructus bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

L. S. ✠ Ego Clemens Catholice Eccleſie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Otho Tuſculanus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Stephanus Preneſtinus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Fr. Johannes Portuenſis & S. Rufine Epiſcopus ſs.
✠ Ego Henricus Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſs.
✠ Ego Andreas tt. S. Praxedis Presb. Card. ſs.
✠ Ego Guilelmus tt. S. Marci Presb. Card. ſs.
✠ Ego Fr. Hannibaldus Baſilice XII. Apoſtolorum Presb. Card. ſs.
✠ Ego Riccardus S. Angeli Diac. Card. ſs.
✠ Ego Octavianus S. Marie in via lata Diac. Card. ſs.
✠ Ego Gottifredus S. Georgii, ad velum aureum Diac. Card. ſs.
✠ Ego Ubertus S. Euſtachii Diac. Card. ſs.
✠ Ego Jordanus SS. Coſme & Damiani Diac. Card. ſs.

Datum Viterbii per manum Magiſtri Michaelis Sancte Romane Eccleſie Vice Cancellarii Dom. Julii Indict. x. Incarnationis Dominice anno MCCLXVII. Pontificatus vero Dom. Clementis Pape IV. Anno tertio.

Joannes Patriarcha Gradenſis concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii Venetiarum certis ſtatutis diebus.

F

1273. 20. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

JOhannes miſeratione Divina Sancte Gradenſis Eccleſie Patriarcha Dalmatieque Primas. Univerſis per Gradenſem Provinciam preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Quoniam igitur, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente

in Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce, & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam. Cum igitur inter Monaſteria Gradenſis Provincie Monaſterium S. Laurentii Monialium Dioceſis Caſtellane, ob converſationem earum, & merita ſanctitatis inter precipua a populo habeatur, & ad feſtum, & dedicationem ejusdem Eccleſie annis ſingulis magnus concurſus populi undique fiat, Univerſitatem veſtram rogamus inducimus, & hortamur in Domino vobis in remiſſionem veſtrorum peccaminum injungentes quatenus omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad ipſum feſtum in die anniverſario dedicationis ejusdem Eccleſie, usque ad octavas tam feſti quam dedicationis ejusdem devote acceſſerint, ac eidem Monaſterio manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum Venetiis Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio duodecimo Kalendas Julii prima Indictione Pontificatus Domini Gregorii Pape decimi Anno ſecundo.

Bonifatius VIII. viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii in feſto die ejusdem Sancti Indulgentias elargitur.

G 1295. 23. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem Vite perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat ætiam Civium ſupernorum a redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter que illud eſſe pregrande dinoſcitur, quod ubique, ſed precipue in Sanctorum Eccleſiis, majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cupientes itaque, ut Eccleſia Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis congruis honoribus frequentetur omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad Eccleſiam ipſam in feſtivitate ipſius Sancti unum annum, & quadraginta dies. Eis vero, qui per octo dies feſtivitatem ipſam immediate ſequentes, ac in anniverſario die dedicationis ejusdem Eccleſie causa devotionis acceſſerunt annuatim quadraginta dies de Omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Anagnie (1) x. Kal. Auguſti Pontificatus Noſtri Anno primo.

(1) Bonifacius VIII. in Civitate Neapolis creatus Pontifex dum Romam pergeret, in Civitate Anagniæ aliquandiu commoratus eſt.

Bonifacius VIII. Delegatis Apoſtolici mandat, ut judicent in cauſa appellationis, qua Monaſterium S. Laurentii ſuper impoſitione ſibi facta ab Epiſcopo Caſtellano, ad Sedem Apoſtolicam provocaverat.

H 1299. 14. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii Venetiarum.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis ... Archipresbytero & Buatino de Mantua, ac Matheo Oddonis de Columpna Canonicis Eccleſie Paduane Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis ... Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis petitione monſtrarunt... Venerabilis Frater B. Epiſcopus Caſtellanus aſſerens quod ipſe quaſdam collectas ſecundum taxationem reddituum & proventuum Eccleſiaſticorum Civitatis & Dioceſis Caſtellane a ſuis ſubditis, tam religioſis, quam Clericis ſecularibus ibidem beneficia obtinentibus infra certos terminos perſolvendas auctoritate ordinaria impoſuerat prefatas Abbatiſſam, & Conventum eadem auctoritate moveri fecit, ut partem de predictis collectis ipſis contingentem, ut dicebat, ſibi ſive officialibus ſuis ſine diminutione qualibet ſolvere procurarent. Alioquin in dictam Abbatiſſam, & ſingulas Moniales de dicto Conventu excommunicationis ſententiam promulgabat. Ex parte vero dictarum Abbatiſſe, & Conventus fuit coram eodem Epiſcopo excipiendo propoſitum, quod cum idem Epiſcopus abſque aliqua rationabili cauſa collectas hujuſmodi impoſuiſſet pro ſue libito voluntatis dicte Abbatiſſa & Conventus, ad ſolutionem alicujus pecunie pretextu impoſitionis hujuſmodi minime tenebantur, & ad id compelli de jure non poterant, nec debebant, & quia dictus Epiſcopus eas ſuper hoc audire denegans ipſas, ad ſolutionem hujuſmodi contra juſtitiam compellebat, dicte Abbatiſſa & Conventus ſentientes ex hoc indebite ſe gravari, ad noſtram audientiam appellarunt. Quo circa diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Datum Anagnie II. Idus Julii Pontificatus noſtri Anno quinto.

Ge-

Gerardus de Parma Judex Apoſtolicus abſolvit Moniales S. Laurentii ab excommunicatione contra ipſas lata a Bartholomæo Quirino Epiſcopo Caſtellano.

1301. 20. Octubris.

Ex Archivo S. Laurentii Venetiarum.

IN Dei Nomine Amen. Nos Gerardus de Parma Archidiaconus Tholoſanus in cauſa, ſeu cauſis ſubſcriptis Judex auctoritate Apoſtolica Subdelegatus, tenore preſentium notum fieri volumus has litteras, ſeu preſens Inſtrumentum Univerſis inſpecturis, quod cum in appellationis, ſeu appellationum cauſa, vel cauſis occaſione cujuſdam impoſitionis colecte vertentibus coram nobis inter Ven. Patrem Dom. B. Epiſcopum & ... Capitulum Eccleſie Caſtellane, ſeu Petrum Plebanum S. Johannis Chriſoſtomi, ac Presb. Marchum S. Luce de Veneriis Eccleſiarum Caſtellane Dioceſis, ac Petrum Fuſcarenum Canonicum Caſtellanum Procuratores & Sindicos ipſorum D. Epiſcopi, & Capituli Caſtellani ex una & religioſas Domina. . . . . Electam & adminiſtratricem ac . . . moniales Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis dicte Dioc. ſeu Magiſtrum Johannem Marcheſini ducatus Venetiarum Not. Sindicum, & procuratorem dictarum Dominarum procuratorio nomine ipſarum ex altera parte fuerit coram nobis per partes ipſas aliquandiu proceſſum idem Magiſter Johannes poſt libelli oblationem per eum exhibiti coram nobis propoſuit, quod dictus D. Epiſcopus poſt appellationem pro parte dictarum Dominarum ab impoſitione dicte collecte, quam idem D. Epiſcopus dominabus eiſdem impoſuerat, ad Sedem Apoſtolicam legitime interjectam, contra juſtitiam, & de facto electam adminiſtratricem, & Moniales excommunicavit eaſdem. Quare dictus procurator coram nobis in juditio conſtitutus preſentes parte adverſa ipſas Dominas in perſonam ſui ipſius procuratoris per nos abſolvi petiit ad cautelam. Nos igitur viſis & auditis petitis productis, & allegatis per partes in cauſis hujuſmodi coram nobis habitoque ſuper hii juris peritorum conſilio per nos ſpecialiter aſſumptorum nobiscunque deliberatione prehabita dictis D. Petro Fuſchareno, & Presb. Marcho ac ipſo Magiſtro Johanne procuratoribus & ſyndicis partium earumdem preſextibus in judicio coram nobis in termino eis per nos ſuper hiis, ad noſtram interlocutoriam audiendam ſpecialiter aſſignato juxta conſilium nobis datum per predictos juris conſultos, ut predicitur, per nos ſcriptos interloquendo pronuntiavimus ipſas eſſe Dominas abſolvendas, & ipſum Magiſtrum Johannem, ad hoc ab ipſis dominabus ſpeciale mandatum habentem nomine ipſarum dominarum, & per ipſum procuratorem ipſas dominas ... prefata excommunicationis ſententia recepto prius ab ipſo procuratore de parendo mandatis Eccleſie corporaliter juramento juxta formam Eccleſie abſolvimus, ad cautelam & eumdem procuratorem pro dominabus ipſis Eccleſiaſticis reſtituimus Sacramentis, in cujus rei teſtimonium preſentes litteras, ſeu preſens publicum Inſtrumentum ſcribi, & publicari mandavimus per Petrum Notarium infraſcriptum eaſque, ſeu ipſum preſens publicum Inſtrumentum noſtri ſigilli fecimus appenſione muniri.

Datum & actum Padue in Eccleſia Majori Anno Domini milleſimo trecenteſimo primo Indictione quartadecima die vigeſimo menſis Octubr. Preſentibus Domino Petro de Sviaria legum Doctore, Domino Cinthio de Urbe juris

ris perito D. Proſpero de Bergogis de Parma, & pluribus aliis teſtibus.

Et Ego Petrus Inſt. de Aquil. pub. Apoſtolica & Imperiali auctoritate Not. predictis interfui, & ea de mandato dicti Domini Archidiac. & rogatu dicti Magiſtri Johannis procuratoris, & in publicam formam redegi & ſignum appoſui.

Matthæus Venerio Primicerius S. Marci vigore litterarum Subdelegati Apoſtolici Monaſterium S. Laurentii, aliamque Monaſteria denuntiat abſoluta eſſe ab excomunicatione lata contra ipſa a Bartholomæo Quirino Epiſcopo Caſtellano.

1301. 22. Octobris.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

IN Dei Nomine Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo primo Indictione quarta decima die Dominico vigeſimo ſecundo intrante menſe Octubrio. In Eccleſia Sancti Marci de Venetiis. Preſentibus Dominis Raphaele pagano, Stephano Fuſcarino Nicolao delapunta, Jacobus Donusdeo Capellanis Eccleſie S. Marci predicte de Venetiis, Bonaventura de Buſcarino Not. S. Severi, Petro Baſſo S. Bartholamei, Uguzono Not. q. Cambii Paſtoris de contrata S. Hermacore de Venetiis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis & multis aliis Rev. Vir D. Mattheus Venerio Primicerius Eccleſie S. Marci de Venetiis Caſtellane Dioceſis ex vigore, & auctoritate infraſcriptarum litterarum Domini Gerardi de Parma Archidiaconi Tolloſani Judicis Subdelegati Dom. Pape ſigillatarum ſigillo cereo nubeo ipſius Domini Gerardi fecit per Presb. Dominicum Cuſtodem Eccleſie S. Marci in Eccleſia S. Marci predicta publice, & alta voce clero & populo in dicta Eccleſia exiſtenti denuntiari abſolutas Religioſas Dominas ... Abbatiſſam, & electam & legitimam adminiſtratricem, ac moniales omnes conventuum omnium infraſcriptorum Monaſteriorum videlicet S. Zacharie, S. Laurentii, S. Secundi, S. Servuli, & S. Blaxii Cataldi de Venetiis Caſtellan. Dioc. a ſententia excommunicationis, ſeu ſententiis lata vel latis in eas per Ven. Patrem D. Bartholomeum Quirinum Dei gratia Epiſcopum Caſtellanum poſt appellationem, ſeu appellationes interjectas, ad Sedem Apoſtolicam pro parte ipſarum Dominarum Conventuum & Monaſteriorum occaſione cujusdam collette vel collettarum impoſite vel impoſitarum eis per ipſum D. Epiſcopum de appellatione, ſeu appellationibus cauſa vertitur coram ipſo Dom. Gerardo Subdelegato inter ipſum Dom. Epiſcopum, & Capitulum Eccleſie Caſtellane, ſeu ſuos procuratores ex una, & ipſas Dominas Conventus & Monaſteria, ſeu earum ſindicum & procuratorem pro eis ex parte altera. Quarum litterarum tenor per omnia eſt talis. Gerardus de Parma Archidiaconus Tolloſanus judex in cauſis ſubſcriptis auctoritate Apoſtolica Subdelegatus Ven. ac diſcretis Viris Primicerio S. Marci ac univerſis & ſingulis Plebanis Eccleſiarum de Venetiis, & eorum cuilibet, ad quos vel quem preſentes littere fuerint preſentate ſalutem in Domino. Cum ſuper cauſis appellationis, ſeu appellationum, que ratione quarumdam collectarum inter Ven. Patrem Dominum D. Epiſcopum Caſtellanum, ſeu Dom. Petrum Plebanum Eccleſie S. Johannis Griſoſtomi, Dominum Petrum Fuſcarinum Canonicum Caſtellanum, & Presb. Marcum Eccleſie S. Luce de Venetiis Procuratore dicti D. Epiſcopi ex parte una, & Abbatiſſas electam Conven-

ven-

ventus & Moniales Monaſteriorum SS. Servoli, Blaxi Cataldi, Secundi, Zacharie, & Laurentii de Venetiis Caſtellane Diocesis, ſeu Magiſtrum Johannem Marchesini Not. procuratorem dictarum Dominar. Abbatiſſarum electarum Conventuum, & Monialium ex parte altera vertuntur, ſit coram nobis aliquandiu proceſſum, & nos dictas .... Abbatiſsas electas & Moniales, ab excommunicationis ſententia, quam dictus D. Episcopus propter interpoſitionem appellationis, ſeu appellationum hujusmodi juxta conſilium nobis datum per juris peritos ſuper productis, & petitis per partes coram nobis aſsumptos, ad cautelam duxerimus abſolvendas, ab excommunicationum ſententia, & ſententiis contra predictas Abbatiſsas electas & moniales latam, ut dicitur, per Dominum Episcopum antedictum propter interpoſitionem appellationis dictum Magiſtrum Johannem Procuratorio nomine ac vice dominarum hujusmodi abſolvendo vos, & veſtrum quemlibet pro primo ſecundo, & tercio ac peremptorie tenore preſentium requirimus, & monemus vobis & veſtrum cuilibet nihilominus, ſub excommunicationis pena quam ex nunc prout ex tunc ſi ſecus fecerint incurratis diſtricte precipiendo mandantes quatenus receptis preſentibus, & cum fueritis requiſiti dictas Abbatiſsas electas, & moniales abſolutas auctoritate noſtra in locis ubi expediens fuerit per vos vel alios publice nuncietis alioquin in vos & veſtrum quemlibet ſi ſecus feceritis ex nunc ut ex tunc excommunicationis ſententiam fertur in hiis ſcriptis.

Datum Padue die vigeſimo menſis Octubr. quartedecime Indictionis.

Ego Philippus filius D. Prandi Igizi Not. Imperiali auctoritate Not. & Judex ordinarius hiis omnibus interfui, & rogatus ſcripſi.

Monaſterium S. Laurentii ſimul cum aliis Monaſteriis appellant ab impoſitione ſibi indebite facta a Jacobo Epiſcopo Caſtellano.

I 1317. 25. Novembris.

Ex Atchivo Monaſterii S. Laurentii Venetiarum.

IN Nomine Domini Dei Eterni. Anno ejusdem Nativitatis milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo Indictione quintadecima die Veneris vigeſimo quinto Novembris Venetiis in Episcopali Palatio Caſtellano. Preſentibus Rever. & religioſo Viro D. Fratre Thoma Priore Monaſterii & Conventus Sanctorum Johannis & Pauli Ordinis Predicatorum de Venetiis, D. Johanne de Muſto de contrata S. Johannis Novi de Venetiis, D. Antonio Notario q. Domini Andree de contrata S. Severi, Bono Phylippi de Florentia de Societate Maciorum habitatore Veneciarum in contrata S. Appolinaris, Magiſtro Petro ab armis, Magiſtro Marcheſino Staniero Ambobus de contrata S. Julliani teſtibus, ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis. Coram Vener. in Chriſto Patre, & D. D. Jacobo Dei & Apoſtolice Sedis gratia Episcopo Caſtellano conſtitutus providus Vir Dominus Arvaſius de Caurige de Venetiis de contrata S. Jeminiani procurator, & ſyndicus Reverendarum & religioſarum Dominarum Abbatiſsarum Monialium Monaſteriorum Capitulorum & Conventuum locorum S. Zacharie, S. Secundi, & S. Laurentii de Venetiis Procuratorio & Syndicario nomine ipſarum Monialium, Monaſteriorum, & locorum, & nomine & vice quarumlibet

alia-

aliarum Abbatiſſarum Monialium Monaſteriorum capitulorum & Conventuum quorumcumque locorum Dioceſis Caſtellane huic appellationi infraſcripte, & contentis in ea adherentium, & adherere volentium, cum ea reverentia debita, qua debuit, eidem Vener. Patri D. Epiſcopo Caſtellano infraſcriptam appellationem ſcriptam in quadam carta bombacina dedit & exhibuit, & viva voce, ac in ſcriptis interpoſuit & appellavit, prout in ipſa appellatione infraſcripti tenoris & continentie continetur, petens inſtanter & inſtantiſſime, & cum maxima inſtantia ab ipſo D. Epiſcopo ſibi dari Appoſtolos, & litteras dimiſſorias. Qua appellatione ſic manibus propriis per ipſum Epiſcopum recepta idem Dominus Epiſcopus ſtatuit terminum ipſi procuratori procuratorio nomine ſupradicto, ad diem Jovis proximam, ſcilicet ad diem primam menſis Decembris proxime acceſſum, ad comparendum coram ipſo D. Epiſcopo in Eccleſia ſive Palatio Caſtellano, & ad accipiendum ſuper ipſa appellatione Apoſtolos, & litteras dimiſſorias, cui termino idem procurator procuratorio nomine prefato, & omnium aliarum adherentium & adherere volentium, in quantum ſibi & partibus prejudicaret non conſenſit, ſed in quantum pro eo faceret, & partibus eisdem approbavit & ratificavit. Tenor autem appellationis talis eſt: In Chriſti Nomine Amen. Coram vobis Vener. in Chriſto Patre, & D. D. Jacobo miſeratione divina Epiſcopo Caſtellano dico & propono. Ego Hervaſius de Caurige de Venetiis procurator ſyndicus reverendarum dominarum Abbatiſſe Monialium Monanaſterii Capituli & Conventus loci S. Zacharie de Venetiis veſtre Dioceſis Caſtellane, prout de dicta procuratione, & ſyndicaria conſtat publico & autentico inſtrumento ſcripto, ſub ſigno & nomine Johannis Peregrino Imperiali auctoritate Notarii In milleſimo trecenteſimo ſextodecimo Indictione quartadecima die tertio intrante menſis Aprilis, ac Procurator & Syndicus Reverendarum Dominarum Abbatiſſe Monialium Monaſterii Capituli & Conventus S. Secundi de Venetiis veſtre Caſtellane Dioceſis, prout conſtat de procuratione, & ſyndicatu predictis publico & autentico Inſtrumento ſcripto, ſub ſigno & nomine Antonii Notarii q. Andree de contrata S. Severi de Venetiis in milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo Indictione quintadecima die vigeſimo tertio menſis Novembris, ac Procurator & Syndicus Reverendarum Dominarum Abbatiſſe Monialium Monaſterii Capituli, & Conventus S. Laurentii de Venetiis dicte ejusdem veſtre Caſtellane Dioceſis ſubſtitutus a D. Antonio Notario q. Andree de contrata S. Severi de Venetiis Procuratoris & Syndici dictarum Dominarum Abbatiſſe Monialium Monaſterii Capituli, & Conventus loci S. Laurentii de Venetiis dicte ejusdem veſtre Caſtellane Dioceſis, prout de procuratione & Syndicaria ipſius D. Antonii conſtat publico & autentico Inſtrumento ſcripto, ſub ſigno & nomine Philippi filii q. D. Prandi Igizi auctoritate Imperiali Notarii milleſimo trecenteſimo duodecimo Indictione decima die Veneris nono intrante Junio, & de ſubſtitutione predicta conſtat publico & autentico Inſtrumento ſubſtitutionis ſcripto, ſub ſigno & nomine Virgilii Notarii q. D. Zamboni Notarii de contrata S. Baſſi de Venetiis Procuratorio & Syndicario nomine dictarum omnium Abbatiſſarum Monialium Monaſteriorum Capitulorum, & Conventuum ſupradictorum, & quarumlibet ipſarum, nec non & quarumlibet aliarum & aliorum huic appellationi adherere volentium & adherentium, & pro eis & quibuslibet ipſorum qui veſtris litteris noviter, & per Presb. Donatum Eccleſie S. Baſſi de Venetiis earum exhibitionem mandaſtis predictis D. Abbatiſſis Monialibus conventibus & Monaſteriis quod infra certum terminum nondum elapſum vobis, ſeu Domino Mejo Capellano veſtro D. Benedicto de lege Plebano S. Johannis Novi, & Domino Jacobo Civrano Canonico Caſtellano veſtre Dioceſis Caſtellane deberent ſolvere de qualibet libra reddituum, & proventuum ipſorum

rum Monaſteriorum quadraginta denarios per vos ut in dictis veſtris monicionibus mandatis, & preceptis dicitur contineri. Quas colectas in dictis veſtris monitionibus, & mandatis pro confirmatione veſtra & conſecratione, & aliis expenſis per vos factis tanquam in ſubſidium caritativum dicitis impoſuiſſe de communi conſilio & conſenſu veſtri Cleri, & Eccleſie Caſtellane pro certis expenſis quas dicitis factas eſſe utiliter & neceſſario prout hec, & alia in dictis veſtris mandatis monicionibus, & preceptis dicuntur plenius contineri. Quas quidem litteras monitiones, & mandata, ſalva reverentia veſtra mandare non debebatis nec potuiſtis de jure, cum nulla juſta legitima vel rationabilis cauſa exiſteret propter quam poſſetis, ſive potuiſtis vel poteſtis ipſas colectas de jure, & maxime Monaſteriis ſupradictis, que a veſtra lege Dioceſana in favorem religionis ſunt exempta ut jura teſtantur. Et cum non potuiſtis nec poſſitis de jure, immo vobis per jura ſit, & eſt omnino prohibitum, quod non poteſtis imponere veſtris ſubditis maxime Monaſteriis coletas, vel aliquas indebitas exationes colore quocumque queſito, & cum ipſe colte impoſite ſint ſine conſenſu & voluntate ipſorum Monaſteriorum, & cum alique expenſe non ſint facte per vos neceſſarie vel utiliter, que tangant factum univerſalis Cleri veſtri, nec que pertineant in aliquo ad ſtatum & utilitatem ipſorum Monaſteriorum, & cum ipſe colette, ſeu pecunia predicte impoſite ipſis Monaſteriis, ut in ipſis litteris monicionibus & mandatis continetur, ſi ſolverentur, redundarent in veſtram propriam & privatam utilitatem, & veſtrum proprium commodum, & ſic non poteſtis nec debetis eſſe jud ex in veſtro proprio & privato commodo. Quare predictis rationibus, & aliis ſuo loco & tempore proponendis ſenciens me dictis nominibus, & omnes alios adherere volentes indebite, & enormiter dictis nominibus agravari, & aggravatum eſſe, & ab ipſis veſtris litteris monicionibus & mandatis & preceptis, & ab omnibus contentis in eis, & ab omnibus impoſitionibus ipſarum colectarum & exactionum cujuſcunque conditionis exiſtant, tam nomine auxilii caritativi, quam etiam alterius cujuſcunque a vobis in hac parte infra terminum in dictis noſtris litteris monitionibus, & mandatis comprehenſum, & ante diem extantis conditionis in hiis preſentibus ſcriptis, ad Sedem Gradenſem dictis nominibus, & pro aliis quibuſcunque adherere volentibus appello & Apoſtolos peto, & iterum peto, & iterum cum inſtantia peto, & loco congruo & tempore competenti, cum competentibus intervallis. Subiciens me & illos, quorum nomine appello, & pro eis adherentibus eorumque jura deffenſioni & protectioni Sedis Gradenſis. Et peto inſtanter & inſtantiſſime & iterum peto Apoſtolos, & litteras dimiſorias, & non aſtringo me nominibus ſupradictis, ad omnia ſupradicta probanda, ſed ſolo modo, ad ea que noſtris juribus, & appellationibus dictis nominibus factis ſufficiant. Qua appellatione ſic producta non prejudicando alicui monialium ſupradictarum procurator & ſyndicus ſupradictus petiit a dicto Domino Epiſcopo ſibi copiam litterarum preſentatarum dictis monialibus dari & exhiberi, cum illico ſicut preſentate fuerunt a portatore earum ablate & accepte.

Ego Virgilius filius q. Dom. Zamboni Notarii de Andrea de contrata S. Baſſi de Venetiis auctor. Imperiali Notarius publicus predictis appellationi, & Appoſtolorum & dimiſſoriarum litterarum requiſitioni termini ſupradicti locationi vocatus preſens fui, & ut ipſe Dominus Harvaſius procurator & ſyndicus ſupradictus dixit petiit & appellavit copia dicte appellationis penes me retenta ſic fideliter hic ſcripſi meoque ſolito ſigno, & nomine roboravi rogatus.

Vicariis Gradenſibus præſentatur appellatio facta a S. Laurentii aliiſque Monaſteriis ſuper impoſitione ſtatuta ab Epiſcopo Caſtellano.

1317. 29. Decembris.

Ex Archivo S. Laurentii Venetiarum.

IN Nomine Domini Dei Eterni Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo treceenteſimo decimo ſeptimo Indictione prima die Jovis vigeſimo nono Decembris Venetiis in confinio S. Petri de Caſtello juxta rivum publicum in capite pontis poſiti ex oppoſito calis euntis, ad Epiſcopatum Caſtellanum. Preſentibus Rev. Viro Domino Bertucio Nani Canonico Caſtellano, Magiſtro Blaxio Marangono S. Proculi de Venetiis, Magiſtro Bartholomeo Murario dicti confinii, magiſtro abarmis & aliis. Conſtitutus in preſentia Rev. Viri Domini Anzoli Delphino una cum Domino Franciſco Michele abſente Canonicis & Convicariis Eccleſie & Capituli Gradenſis, paſtore vacantis, Dominus Hervaſius de Caurige de Venetiis de confinio S. Geminiani Sindicus & Procurator Dominarum Abbatiſſarum Monaſteriorum Conventuum, & Capitulorum S. Zacharie, S. Laurentii, S. Secundi, S. Servuli, S. Catherine, & omnium & ſingulorum Monaſteriorum adherentium, & adherere volentium de Venetiis Dioceſis Caſtellane. Cum ad aures ipſius Domini Hervaxii Sindici, & procuratoris predicti nuper pervenerit, quod per Ven. Patrem D. Jacobum Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopum Caſtell. formatis quibuſdam Apoſtolis ſive litteris dimiſſoriis ſuper quibuſdam gravaminibus ſive gravamine illatis vel illato contentis ſive inſertis in quibuſdam appellationibus legitime interpoſitis per ipſum ſindicum & procuratorem jamdictum nominibus predictis, & terminum octo dierum fuerit aſſignatum dicto ſyndico & procuratori, nomine quo ſupra, vel alium ad ſuam predictam appellationem proſequendam, cum effectu coram curia Gradenſi, ut in dictis Apoſtolis, ſeu litteris dimiſſoriis ſeriatim infraſcriptis plenius continetur ſcriptis per magiſtrum Fredericum de Gajardis de Senis Notarium Curie Caſtellane, & idem Hervaxius nominibus predictis, & cujuslibet ipſorum ſe perſonaliter preſentavit infra terminum ſibi ſtatutum per dictum Dominum Epiſcopum coram dicto Vicario dicens & proteſtans ſe proſequi velle dictam ſuam appellationem, cum effectu & dictos Apoſtolos obtulit & preſentavit dicto D. Anzolo Delphino convicario una cum Domino Franciſco Michaele Eccleſie & capituli predicti Gradenſis, & quia idem D. Hervaxius ſyndicus & procurator predictus copiam, & preſentiam Rev. Viri Domini Franciſci Michael Canonici & convicarii una cum dicto Domino Anzolo Delphino Eccleſie & Capituli predicti Gradenſis in Venetiis reperire non potuit propter ejus abſentiam dicentes ibi, & in preſentiarum ipſi Domini Anzolus Delphino & infraſcriptus Dominus Jacobus Civrano ipſum Dominum Franciſcum Michaelem eſſe abſentem a Civitate Venetiarum, & ne aliquod tempus dicto ſindico & procuratori prejudicare nominibus predictis non poſſit, nec debeat ibi & eadem hora ſupradicta in preſentia ſupraſcriptorum teſtium preſentavit ſe procuratorio & ſindicario nomine predicto coram Rev. Viro D. Jacobo Civrano Canonico Caſtellano tanquam publice & honeſte perſone offerens & proteſtans ſe nominibus predictis paratum proſequi dictam ſuam appellationem per eum legitime interpoſitam, ut ſuperius plenius continetur, & quod per eum ſindicum & procuratorem predictum non remanſit,

nec

nec remanet quin perſonaliter coram dicto D. Franciſco Michaele abſente a Civitate Venetiarum ſe conſtituat & preſentet, ad proſequendam dictam ſuam appellationem, prout tenetur de jure, cum effectu preſentans, & producens dictos Apoſtolos, ſeu litteras dimiſſorias in ſcriptis in manibus Dominorum Anzoli Delphino Canonici, & Vicarii predicto, & Jacobi Civrano dimiſit tamquam publice perſone & honeſte, & eosdem Apoſtolos tenentes ipſi Domini Anzolus Delphino & Jacobus Civrano Canonicus & Convicarius Ecclesie & Capituli Gradenſis receperunt, & dixerunt oretenus ipſi eos Apoſtolos recipere in tantum quantum debebant de jure & poterant, de qua preſentatione idem Dominus Hervaxius ſindicus & procurator predictus in preſentia dictorum Dominorum teſtium predictorum rogavit me, ut publicum conficere deberem Inſtrumentum.

Quorum Apoſtolorum predictorum tenor talis eſt, & ut infra ſeriatim continetur.

Noverint univerſi preſentes Apoſtolos inſpecturi, quod nos Jacobus Dei & Apoſtolice Sedis gratia Caſtellanus Epiſcopus nuper pro parte infraſcriptarum Abbatiſſarum & Conventuum & Monaſteriorum . . : . . . . proceſſibus interjecte, que talis eſt:

IN Chriſti Nomine Amen. Coram vobis Venerabili in Chriſto Patre & Domino D. Jacobo miſeratione divina Epiſcopo Caſtellano dico & propono ego Hervaxius de Caurige Procurator & Sindicus Reverendarum Dominarum Abbatiſſe Monialium Monaſterii Capituli & Conventus loci S. Zacharie de Venetiis veſtre Dioceſis Caſtellane, prout de dicta procuratione & ſindicaria conſtat publico & auctentico Inſtrumento ſcripto, ſub ſigno & nomine Johannis Peregrino Imperiali auctoritate Notarii in milleſimo trecenteſimo ſextodecimo Indictione quartadecima die tertio menſis Aprilis, ac Procurator & Sindicus Reverendarum Dominar. Abbatiſſe Monialium Monaſterii Capituli & Conventus loci S. Secundi de Venetiis veſtre Dioceſis Caſtellane, prout conſtat de procuratione & ſindicatu predictis publico & auctentico Inſtrumento ſcripto ſub ſigno & nomine Antonii Not. q. Andree in milleſimo trecenteſimo decimoſeptimo Indictione quintadecima die vigeſimo primo Novembris, ac procurator & ſindicus ſubſtitutus a Dom. Antonio Notario q. Andree de confinio S. Severi de Venetiis procurator & ſindicus Dominarum Abbatiſſe Monialium Monaſterii Conventus & Capituli S. Laurentii de Venetiis dicte ejusdem veſtre Dioceſis Caſtellane, prout de ſindicatu & procuratoria ipſius Domini Antonii conſtat publico & auctentico Inſtrumento ſcripto, ſub ſigno & nomine Philippi q. Domini Prandi ygici auctoritate Imperiali Notarii in milleſimo trecenteſimo decimoſeptimo Indictione decima die Veneris nono intrante Junio, & de ſubſtitutione predicta conſtat publico & auctentico Inſtrumento ſubſtitutionis ſcripto, ſub ſigno & nomine Virgilii Notarii q. D. Zamboni Notarii de contrata S. Baſſi de Venetiis procuratorio & ſindicario nomine dictarum omnium Abbatiſſarum Monaſteriorum Monialium Conventuum & Capitulorum ſupradictorum & quarumlibet ipſarum, nec non & quarumlibet aliorum & aliarum huic appellationi adherere volentium adherentium pro eis, & quibuslibet ipſarum pro veſtris litteris noviter per Presbyterum Donatum Eccleſie S. Baſſi de Venetiis earum exhibitorem mandaſtis predictis Dom. Abbatiſſis Monialibus Conventibus & Monaſteriis, quod infra certum terminum nondum elapſum vobis ſeu D. Meliore Capellano veſtro D. Benedicto de lege Plebano Eccleſie S. Johannis Novi, & D. Jacobo Civrano Canonico Caſtellano veſtre Dioceſis Caſtellane deberent ſolvere de qualibet libra redditum & proventuum ipſorum Monaſterior. quadraginta denariorum parvorum, prout in dictis veſtris monitionibus mandatis & preceptis dicitur contineri. Quas collectas in dictis veſtris litteris monitionibus & mandatis pro confirmatione ve-

ſtra & conſecratione, & aliis expenſis per vos factis tanquam in ſubſidium caritativum dicitis impoſuiſſe de communi conſilio, & conſenſu veſtri Cleri & Eccleſie Caſtellane pro certis expenſis, quas dicitis factas eſſe utiliter & neceſſario prout hec, & alia in dictis veſtris mandatis monitionibus & preceptis dicuntur plenius contineri. Quas quidem litteras monitiones & mandata ſalva reverentia veſtra mandare non debebatis nec potuiſtis de jure, cum nulla juſta legitima, vel rationabilis cauſa exiſteret propter quam poſſetis ſive potuiſtis vel poteſtis ipſas collectas imponere de jure, & maxime Monaſteriis ſupradictis, que a veſtra lege Dioceſana in favorem religionis ſunt exempta, ut jura teſtantur, & cum non potuiſtis, nec poſſitis de jure ymmo vobis per jura ſit, & eſt prohibitum, quod non poteſtis imponere veſtris ſubditis maxime Monaſt. collectas vel aliquas indebitas exationes colore quocunque queſito, & cum ipſe collecte impoſite ſint ſine conſenſu, & voluntate ipſorum Monaſteriorum, & cum alique expenſe ſint facte per vos neceſſario, vel utiliter que tangat factum univerſalis Cleri veſtri, nec que pertineant in aliquo, ad ſtatum & utilitatem ipſorum Monaſteriorum, & cum ipſe collecte ſive pecunia predicte impoſita ipſis Monaſteriis in veſtris litteris monitionibus & mandatis, ut continetur, ſi ſolverentur redundarent in veſtram propriam & privatam utilitatem, & veſtrum proprium commodum & ſic non poteſtis nec debetis eſſe judex in veſtro proprio, & privato commodo: Quare predictis nominibus & cauſis, & aliis ſuo loco & tempore proponendis ſentiens me dictis nominibus & omnes alios adherere volentes indebite, & enormiter dictis aggravari & aggravatos eſſe, & ab veſtris ipſis litteris monitionibus mandatis & preceptis, & ab omnibus contentis in eis, & ab omnibus impoſitionibus ipſarum collectarum, & exactionum cujuſcunque conditionis exiſtant, tam nomine auxilii caritativi, quam etiam alterius cujuſcunque a vobis in hac parte infra terminum in dictis veſtris litteris monitionibus & mandatis comprehenſum, & ante diem extantis conditionis in hiis preſentibus ſcriptis, ad Sedem Gradenſem dictis nominibus, & pro aliis quibuſcunque adherere volentibus appello & Apoſtolos peto & iterum peto, & iterum cum inſtantia peto in loco congruo & competenti cum competentibus intervallis ſubjciens me, & illorum quorum nomine appello & pro eis adherentibus eorumque jura deſſenſioni & protectioni Sedis Gradenſis & peto inſtanter & inſtantiſſime, & iterum peto Apoſtolos & litteras dimiſſorias & non abſtringo me nominibus ſupradictis, ad omnia predicta probanda & ſolummodo ea que noſtris juribus & appellationibus dictis nominibus ſatis ſufficiant.

Tanquam manifeſte & vere frivole, & penitus fruſtatorie non defferimus nec appellantes ipſas, vel earum Monaſteria a noſtra juriſdictione, aut coheretione quomodolibet, relaxamus, quin potius contra ipſas & Monaſteria ac bona ipſarum, ad inflictionem penarum & ſententiarum per nos in ſupradictis noſtris proceſſibus comminatarum & denuntiationem, ac obſervationem illarum & alias quantum de jure poterimus procedemus cauſis, & rationibus infraſcriptis, & aliis ſuo loco & tempore proponendis, ſeu etiam allegandis, & quia per nos ... ex cauſa ſeu ex cauſis veris manifeſtis & rationabilibus premiſſum ſubſidium fuit a dictis appellantibus ſicut, & a certis noſtris ſubditis poſtulatum caritative juris communis permiſſione, & demum debito juris ſervato ordine & ceteris legitime obſervatis impoſitum & per nos proceſſum ad exactionem illius. Secundo dicte appellantes ſicut & ceteri noſtri ſubditi per ſinodalem, ſeu communem & unanimem deliberationem & obligationem & per diverſos actus alios conſenſu cum expreſſa tamen tacito nobis ad preſtationem dicti ſubſidii ſunt aſtricte & hanc noſtram reſponſionem & litteras eiſdem appellantibus propter

hoc

hoc coram vobis per ſupraſcriptum earum ſindicum conſtitutum pro refutatoriis apoſtolis indulgemus. Verum licet non credamus appellantes [e]aſdem tam rebrobe appellationi inſ...... ad convincendam tamen ſuperſtitionem earum eis omnibus & ſingulis octo dierum terminum perhemptorie prefinimus, quo cum actis & monumentis cauſe & ad cauſam ſpectantibus & ſpecialiter cum preſentibus apoſtolis ſe Sedis Gradenſis Vicariis pro perſecutore appellationem hujuſmodi legitime repreſentent in cauſa ipſa, ut juris fuerit proceſſum, proteſtamus autem ex nunc ipſis appellantibus, ut contra tam de intereſſe noſtro & noſtre Eccleſie & ex dilatione contributionis preſate & alias undecunque provenienſe, ſeu etiam proventuro, quam de injuria nobis & noſtre Eccleſie per appellationem hujuſmodi fruſtratoriam & temerariam, quam etiam de expenſis in lite, vel extra litem occaſione appellationis hujuſmodi factis per nos inpoſterum faciendis.

Ego Philippus filius q. D. Zamboni de Andrea Imperiali auctoritate publicus Notarius hiis omnibus interſui, & rogatus fideliter ſcripſi, & meo ſolito ſigno roboravi.

Monaſterium S. Laurentii Venetiarum appellat ad ſummum Pontificem de quibuſdam decretis factis in Concilio Gradenſi contra ipſarum conſtitutiones.

K

1321. 24. Julii.

Ex Archivo S. Laurentii Venetiarum.

IN Chriſti nomine Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo primo Indictione quarta die Veneris vigeſimo quarto Julii Venetiis in capitulo Monaſterii infraſcripti. Preſentibus Magiſtro Paſqualino Marangono de Sancto Severio, Magiſtro Antonio Maragono de Sancta Maria Formoſa teſtibus, & aliis Convocato & congregato pleno capitulo Dominarum Monialium Monaſterii & loci S. Laurentii Caſtellane Dioceſis ad ſonum campane clauſtralis, ut moris eſt, in ipſo Capitulo, & ad infraſcripta pro infraſcriptis agendis & perficiendis. Ibique religioſa & honeſta D. D. Tomaſina Victurio Dei gratia Abbatiſſa Monaſterii & loci S. Laurenrii predicti, & D. Sorores Chatharina Marcella Priora, Maria de Chanali, Maria Belegno, Spariveria Michael, Maria Ruzini, Chatharina Cradonico, Anna Dandulo, Zanetta Capello, Franciſca Manoleſſe, Chatharina Malipetro, Chatharina Trun, Conſtanza Capello, Bertholota Zivrano, Chatharina Natichério, Nida Piſani, Anna Cotanto, Barbara Mengolo, Zenevre Pixanico, Chatharina Alberto, Jacomina Venerio, Maria Donato, Agnes Malipetro, Maria Victurio, Agnes Baroſi, Magdalena Natalis, Maria Superancio, Magdalena Barbaro, Chatharina Donato, Magdalena Mazamano, Margarita Donato, Albana Gradonico, Zanina Zeno, Aylix Lauredano, Donata Foſcharini, Maria Malipetro, Fantina Dandulo, Anna Malipetro, Agnes Mauroceno, Phylippa Sanudo, Conſtanza Quirino, Bigina Contarino, Maria Barbarico, Lucia Victurio Badoera Badoario, Marcheſina Bono, & Lucia Venerio omnes Moniales dicti Monaſterii. Cum hoc eſſet, quod a tribus diebus citra ad aures dicte Domine Abbatiſſe, & Do-

& Dominarum, & Capituli memorati perveniſſet, quod in concilio (1) ſive Sinodo Gradenſi proxime celebrato de menſe preſenti, dum quedam conſtitutiones ibidem fuiſſent publicate facte, ſeu confirmate per ipſum Dominum Patriarcham & ſuffraganeos ipſius, qui in detrimentum & gravamen non modicum ac indebite proceſſerunt, & facte fuerunt, & contra earum conſuetudines, & ſtatum intendendo ipſe Dominus Patriarcha, licet de facto, cum de jure non poſſet dictas Dominas artare ultra ſolitum, & contra jus tam modo vivendi, ſtandi, habitandi, eundi, ſeu converſandi, ſicut in ipſis conſtitutionibus declaratur, in quarum conſtitutionum publicatione, ſeu confirmatione aſſeritur Dominum Presbyterum Johannem Plebanum Eccleſie S. Malgarite de Venetiis, & Dominum Armanum de Agazotis Judices, ſeu alterum eorum ſyndicario, & procuratorio nomine ipſarum aſenſiſſe, quod quidem intencionis ipſarum nullatenus fuerat, nec eſt, unde ad cautelam, & pro conſervatione cujuslibet ipſarum juris revocaverunt, & revocant omnem, & quemlibet conſenſum confeſſionem, ſeu approbationem quecunque reperirentur eſſe facte per dictos Dominos Plebanum & Armanum, ſeu alterum eorum, earum quocunque nomine. Et cum quedam appellacio interpoſita fuerat, & extiterit ad ſummum Pontificem per Dominum Johannem Boniolo decretorum doctorem procuratorem & ſindicum, & ſyndicario & procuratorio nomine Dominarum Abbatiſſe, & Monialium Monaſterii S. Johannis de Torcello, & vice, & nomine omnium adherere volentium, ſicut apparet in carta ipſius appellationis ſcripta per me Notarium infraſcriptum de anno & menſe preſentibus die Veneris decimo ſeptimo ipſius menſis, certiorate de forma ipſius appellationis & ſingulis contentis in ea dictam appellationem, & omnia & ſingula in ipſa contenta approbaverunt, & approbant, & confirmant & eidem adherent & adherere intendunt, & volunt. Inſuper etiam cum per dictum Dominum Plebanum Syndicum, & procuratorem earum die Sabbati decimo nono Julii menſis preſentis approbata fuiſſet appellatio memorata proteſtando & dicendo idem Plebanus, quod intendebat adherere eidem appellationi & eidem adheſit, ut in carta ſcripta per me Notarium infraſcriptum plenius continetur, dicta Domina Abbatiſſa Conventus, & Domine ratificaverunt & approbaverunt, & approbant & confirmant quicquid dictus Plebanus in adherendo approbando dictam appellationem, & adherendo eidem earum dicto nomine feciſſet. Intendentes ipſe Domine per ſuos legitimos ſyndicos & procuratores coram Domino Summo Pontifice proſequi appellacionem predictam.

Et ibidem etiam incontinenti dicto capitulo congregato, & preſentibus teſtibus ſupraſcriptis dicta Domina Abbatiſſa, & dicte moniales & Sorores cum voluntate & conſenſu dicte earum Abbatiſſe nemine diſcrepante fecerunt conſtituerunt & ordinaverunt Dominum Presbyterum Marcum Eccleſie S. Laurentii de Venetiis preſentem & volentem ſuum, & dicti Monaſterii & loci actorem & procuratorem ſpecialem & ſpecialiter ad infraſcripta videlicet ad approbandum, & ratificandum quamdam appellationem interpoſitam ad Summum Pontificem per Dominum Johannem Boniolo decretorum doctorem ſyndicario & procuratorio nomine Dominarum Abbatiſſe & Monialium Monaſterii S. Johannis de Torcello, & nomine & vice omnium adherentium, & eidem adherere volentium occaſione quarumdam conſtitutionum factarum, ſeu que fieri intendebantur per Dominum Patriarcham Gradenſem, & ejus ſuffraganeos in Concilio Gradenſi celebrato in Civitate Gradenſi, & anno & menſe preſentibus in prejudicium & gravamen maximum dictarum Dominarum S. Laurentii. Et ad adherendum

(1) Concilium hoc Gradenſe prætermiſſum fuit, tam in Collectione Labbeana, quam in ſupplemento Clariſs. Viri Joannis Dominici Manſi.

dum eidem appellationi & ſingulis contentis in ea. Et ad approbandum, & ratificandum quicquid factum eſt per Dominum Presbyterum Johannem Plebanum Eccleſie S. Margarite nomine ipſarum Dominarum & Monaſterii S. Laurentii ſolummodo in adherendo appellationi predicte. Et ad revocandum omnem & quemlibet conſenſum approbationem, ſeu ratificationem quamcunque facta fuerunt, ſeu reperirentur de dictis conſtitutionibus, vel aliquibus earum capitulis promulgatis, ſeu ſtatutis in dicto concilio ſupra vita & modo vivendi ſtandi habitandi eundi, ſeu converſandi ultra ſeu preter modum ſolitum earum Dominarum in predictis obſervatum volendo ipſas Dominas artare, & earum vitam ultra debitum & decentem per Dominos Armanum de Agazotis Iudicem & dictum Dominum Plebanum ſyndicario nomine earum, ſeu per alterum eorum. Et generaliter ad omnia alia & ſingula facienda & complenda, que in predictis & circa predicta fuerint facienda. Dantes & concedentes earum nomine & vice & nomine dicti Monaſterii eidem ſuo ſyndico & procuratori plenam & liberam poteſtatem faciendi omnia & ſingula ſupradicta, & ab eis pendencia. Promittentes mihi Notario infraſcripto ſtipulanti & recipienti pro omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poterit, & cum expenſis & obligatione omnium bonorum ſuorum, & dicti Monaſterii firmum & ratum debere & tenere quicquid dictus earum Syndicus & procurator in predictis, & circa predicta duxerit faciendum. Volentes ipſum earum ſyndicum & procuratorem ab omni ſatisdationis onere relevare promiſerunt de judicio ſiſti & judicatum ſolvendo ſub ſuarum, & dicti Monaſterii rerum omnium ypothecha.

Ego Johannes de Carrariis de Tarviſio ſacri Palatii Not. inteſui & ſcripſi

Angelus Delphino Epiſcopus Caſtellanus plurima decernit pro bono regimine Monaſterii S. Laurentii Venetiarum opportuna.

L 1330. 15. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

ANgelus Delphino Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Caſtellanus Dilectis in Chriſto. Abbatiſſe Monialibus & Sororibus Capitulo, & Conventui Monaſterii S. Laurentii de Venetiis noſtre Caſtellane Dioceſis Salutem in Domino fructuoſam. Religioſam vitam eligentibus nos oportet congrua conſideratione proſpicere, ne verſuti hoſtis aſtucia valeat Monaſterii veſtri unitatem reſcindere, & caritatem debitam vulnerare. Bonorum quoque operum dulcedinem invidie felle turbare. Unde oportet quantum fragilitati veſtre conceditur, ut omnes aditus nocendi ejus verſutie minuamus, ne mors ingrediens per portas veſtras deſides vos faciat, aut robur quod abſit, veſtre religionis infringat. Nobis igitur Monaſterium veſtrum & Vos, ut tenemur, nuper viſitantibus nonnullas veſtrum invenimus contra bonum obedientie temere venientes, Abbatiſſe veſtre in multis nullactenus obedire, ac ipſum Monaſterium circa multa reformandum exiſtere, ſuper quibus deliberatione prehabita diligenti, ac maturo conſilio, & penſatis que invenimus in actu viſitationis predicte decernimus ſuper infraſcriptis articulis certas reformationes facere, quas

quas precipimus, & mandamus per vos humiliter obſervari in virtute ſancte obedientie & obteſtatione divini juditii. Et primo precipimus & mandamus, quod vos omnes moniales ſorores alieque degentes in Monaſterio Domine Abbatiſſe humiliter pareatis, & intendatis ejus ſalubria monita recipientes devote juxta ſanctorum Patrum decreta, & veſtre regule obſervantiam. Tuque filia Abbatiſſa eaſdem Moniales & Sorores caritative tractes & benigne ſoveas ſicut decet, & maxime circa infirmas monachas in melius procurandas, quam hucuſque feceris, curam & ſolicitudinem te habere volumus diligentem, ita quod de te non habeant ulterius materiam conquerendi. Cum ſcriptum ſit in regula veſtra, (1) quod ſicut Chriſto ſic & infirmis fratribus providendum eſt. Sanas autem moniales in refectione tibi precipimus melius & plenius, quam conſueveris procurare maxime in pane bono & vino, & in ſufficientia ferculi, ſeu coquine cum ad hoc, ſicut credimus, Monaſterii ſuppetant facultates. In aliis caritativis actibus tamquam pia mater eisdem univerſaliter omnibus exiſtens miſericors & benigna ne de tua duritia ulterius querelentur. Nec unquam moniales recipias, & alia magna negotia loci pertractes abſque convenientia & conſenſu capituli tui, vel majoris partis ipſius, ſuper quibus ſorores quamplurime conqueruntur, alioquin quod per te factum fuerit, curabimus irritare. Inſuper volumus & mandamus tibi Abbatiſſe, quod per te vel aliam, ſeu alias explicite ſingulis menſibus juxta formam Gradenſis Concilii tenearis in capitulo tuis congregatis Sororibus ad id ſpecialiter de receptis & expenſis integram reddere rationem, & in fine anni ſummatim de toto. Et ut puritas conſcientie in te niteſcat, & ſcandali materia auſeratur, volumus & mandamus quod quicquid receperis vel expenderis de bonis dicti Monaſterii, recipias & expendas ſub teſtimonio tuarum Camerariarum vel alterius earumdem, quod quidem receptum vel expenſum ſcribi facias ipſa die vel ſequenti in quaterno earum per aliquam de eisdem alium ſimilem quaternum concordantem cum illo apud te ſi volueris habitura. Quas quidem Camerarias earum ratione facta debeas & tenearis de biennio in biennium mutare in capitulo more ſolito, que quidem Camerarie ſic mutare uſque ad tertiam creationem, ſeu mutationem Camerariarum ſubſequentium ad dictum offitium ſeparatim, vel ſimiliter aſſumi non poſſint. Et ut omnibus tuis Sororibus ſtatus & facultates Monaſterii innoteſcant, volumus, quod inventarium facias de omnibus bonis ipſius Monaſterii tam mobilibus, quam immobilibus ac ſe moventibus, ac juribus, actionibus, & obligationibus, ac de omnibus, que tibi vel ipſi Monaſterio a quibuſcunque debentur, vel aliis tentaris, aut dictum Monaſterium vel tu fueris obligata, & qua forma. Quod inventarium uſque ad ſex menſes tuo Capitulo debeas preſentare in Archivo, in quo alia jura Monaſterii reponuntur fideliter conſervandum. Invenimus etiam in dicto Monaſterio, quod quedam moniales per se in caminis vel cameris continue vivunt ſeparatim, aut ſimul due vel tres morantur ſibi certas ſerviciales apropriantes, quas ſibi adeo familiares fecerunt, quod antequam conventui propinetur volunt dictis monialibus eaſque ſuas Dominas appellantes prius de coquina & aliis victualibus Monaſterii propinari vel miniſtrari, que reformare intendimus in hac forma. Videlicet quod de cetero nulle tales ſorores, nec moniales ſimul morentur, aut ſeparatim in Camino vel Camera clauſis hoſtiis, nec ibi dormiant vel comedant, ad quas omni hora liber pateat acceſſus vel ingreſſus. Quibus Sororibus ſi contrarium duxerint faciendum, & in refectorio vel in infirmaria non comederint, vel communi Dormitorio vel infirmaria non dormierint, de coquina pane, vino & aliis victualibus Monaſte-

(1) Ita in regula S. Benedicti cap. xxxvi.

naſterii in toto vel in parte nullatenus provideatur, nec aliquid miniſtretur, quamdiu in dicta pertinatia duxerit perſiſtendum. Nam ſcriptum eſt utilius exurienti panis tollitur, ne de cibo ſecurus juſtitiam vilipendat, niſi de licentia tui Abbatiſſe aliqua die, earum alique, vel tu cum ipſis cauſa pictantie vel recreationis extra refectorium aliquo loco honeſto ad comedendum ſimul convenerint. Mandantes omnibus, quod ſilentium debitis horis & locis omnino debeant obſervare. Et ad Matutinum ſurgere melius, quam faciant ſub pena quam eis tu Abbatiſſa duxeris imponendam. Volumus inſuper & mandamus, quod ſuperflue ſervitrices, que per te Abbatiſſam pro communibus ſervitiis tui capituli conventus, & Monaſterii aut obſequiis infirmarum aſſumpte non fuerunt, vel conducte propter ſcandalum ſtatim licenties, & infra quindenam excludas de Monaſterio ſub pena, que tibi videbitur vel illis imponenda, que contra juſſionem tuam vel illas receptare, defenſare, aut retinere vel excluſas admittere preſumpſerint quoquomodo. Mandamus inſuper, quod porte que ſunt ſupra rivum & cavanam continue ſint clauſe, nec aperiantur niſi in caſibus neceſſariis de licentia Abbatiſſe. Nec alique moniales vel ſorores ſub pretextu cujuſlibet ſervitii, vel factionis de nocte egredientur clauſtrum interius vel Eccleſiam, obſervantes in omnibus & per omnia conſtitutionem per nos ſuper editam generaliter ſuper clauſuris Monaſteriorum ſub penis in ipſa conſtitutione contentis. Super cujus obſervatione Deo auctore attentiſſime vigilabimus, qua non obſtante tibi Abbatiſſe & Camerariis tuis pro rationibus faciendis cum penſionariis & laboratoribus, ac aliis perſonis neceſſariis Monaſterii in domo majori poſſitis convenire, ſicut eſt hactenus conſuetum licentiam impartimur. Super quibus vel aliquo predictorum, ſi aliquis vel alique cujusvis condicionis exiſtant, tibi non paruerint, ad penitentiam per te ipſi vel ipſis delinquentibus impoſitam non peregerint ſeu fecerint, aut ſine licentia noſtra vel Vicarii noſtri tibi oſtenſa extra Monaſterium exiverint, intra triduum nobis vel Vicario noſtro per tuas litteras vel nuncium certum ſignificare procures, nominatam ipſam exprimendo, & earum exceſſus, ac penitentiam eiſdem impoſitam, per nos acrius puniendas, corrigendas, ut pena docente diſcant a ſuis perverſitatibus abſtinere. Ne igitur, que obſervare debetis, affectata negligentia negligatis, precipimus, ut ſingulis menſibus hora capituli hanc reformationem & conſtitutionem de clauſuris ſuperius nominatam legatis ad intelligentiam, ſeu legiſfaciatis, contentaque in eis memorie commendantes opere compleatis, ſi Dei, & noſtram vitare volueritis ultionem.

Datum in Epiſcopali Palatio Caſtellano die quintodecimo menſis Septembris ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo. Indictione tertiadecima. In quorum omnium ſupradictorum teſtimonium preſentes litteras, ſeu reformationem ad cautelam regiſtratas ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri, de quarum preſentatione latori earum nuncio noſtro jurato dabimus plenam fidem.

Guido Cardinalis S. Ceciliæ legatus Apoſtolicus concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii.

M 1348. 6. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii Venet.

GUuido miſeratione Divina titul. Sancte Cecilie Presb. Card. Apoſtolice Sedis Legatus (1) Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Monaſterium S. Laurentii de Venetiis Caſtellane Dioceſis a Chriſtifidelibus perpetuis futuris temporibus congruis honoribus frequentetur, & ut ipſi Chriſtifideles eo libentius ad ipſum confluant, quo ibidem uberiori dono celeſtis gratie conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui predictum Monaſterium feria quarta totius anni, & in Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti. Quatuor Sancte Marie Virginis dies, Apoſtolorum, & Evangeliſtarum ac S. Laurentii ipſius Monaſterii vocabuli feſtivitatibus devote viſitaverint anuatim Quadraginta dies de injunctis eis penitentiis auctoritate, qua fungimur miſericorditer relaxamus.

Datum Terviſii. Id. Aprilis Pontificatus Domini Clementis Pape VI. anno ſeptimo.

(1) Guido Archiepiſcopus Lugdunenſis Sedis Apoſtolicæ in Italia Hungaria & Gallia Legatus, poſtea Epiſcopus Patuenſis.

Bonifacius IX. Monialibus S. Laurentii concedit, ut in prædiis ſui juris in diſtrictu, ſeu Paduano, ſeu Tarviſino poſitis Oratorium, ſeu Eccleſiam erigere poſſint.

N 1395. 24. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

BOnifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe, & Conventui Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis Eccleſiam promeretur, ut petitionibus veſtris, in hiis preſertim que divini cultus augmentum conſpiciunt, quantum poſſumus favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod in Paduan. & Terviſin. Dioc. nonnulla territoria, & poſſeſſiones ad Monaſterium veſtrum pertinen-

tinen-

tinentia conſiſtunt, ad que culture territoriorum & poſſeſſionum predictorum, ac eorum fructuum recollectionis & aliis neceſſitatis temporibus aliquas ex honeſtioribus monialibus ipſius Monaſterii, ne Monaſterium ipſum defraudetur, annuatim deſtinare conſueviſtis. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis in altero ex dictis territoriis oratorium cum altari, in quo divina Officia dicere ac miſſas celebrari facere valeatis, edificandi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis premiſſa faciendi plenam & liberam licentiam auctoritate preſentium elargimur. Jure tamen parrochialis Eccleſie, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire preſentem. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum VIII. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno Sexto.

Bonifatius IX. Delegatis Apoſtolicis committit, ut bona ablata Monaſterio S. Laurentii Venetiarum reſtituere faciant, ejuſque jura tueantur.

O ·· ● 1396. 18. Auguſti.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii Venetiarum.

BOnifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis.. Abbati Sancti Georgii Majoris & .. Priori Sancti Clementis per Priorem ſoliti gubernari Monaſteriorum ac .. Primicerio Eccleſie Sancti Marci de Venetiis Caſtellane Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem Militanti Eccleſie licet immeriti diſponente Domino preſidentes, circa ſtatum Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, ut juxta debibitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis, & profectibus divina clementia cooperante ſalubriter intendamus. Sane dilectarum in Chriſto filiarum.. Abbatiſſe & Conventus Monaſterii Sancti Laurentii de Venetiis ordinis S. Benedicti Caſtellane Diοceſis conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi Epiſcopi aliique Eccleſiarum prelati & clerici, ac Eccleſiaſtice perſone tam religioſe quam ſeculares necnon Duces, Marchiones Comites Barones Nobiles Milites, & Laici, Communa Civitatum Univerſitates Opidorum Caſtrorum Villarum, & aliorum locorum, ac alie ſingulares perſone Civitatum & Dioceſum & aliarum partium diverſarum occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra Villas, & alia bona terras domos poſſeſſiones jura & juriſdictiones, nec non fructus cenſus redditus & proventus dicti Monaſterii & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ſpiritualia & temporalia ad Abbatiſſam & Conventum predictas ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus preſtant auxilium conſilium vel favorem nonnulli etiam Civitatum & Dioceſum, ac partium predictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant eiſdem Abbatiſſe & Conventui ſuper dictis Caſtris Villis & locis aliis terris domibus poſſeſſionibus juribus, & juriſdictionibus ad eaſdem Abbatiſſam, & Conventum ac Monaſterium predi-

cta ſpectantibus multiplices moleſtias, & injurias inferunt & jacturas. Quare dicta Abbatiſſa & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eisdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum providere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur advrtſus occupatores detentores preſumptores moleſtatores & injuriatores hujuſmodi illo volentes eisdem Abbatiſſe & Conventui remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia precludatur diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores, & Judices prefatis Abbatiſſe & Conventus efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non permittatis easdem ſuper hiis, & quibuslibet aliis bonis juribus, & jurisdictionibus ad Abbatiſſam & Conventum, ac Monaſterium hujuſmodi ſpectantibus ab eisdem, vel quibusvis aliis indebite moleſtari, vel eis gravamina ſeu damna aut injurias irrogari facturi dictis Abbatiſſe & Conventui, cum ab eis vel procuratoribus ſuis, ſeu eorum aliquo fueritis requiſiti de predictis, & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum Villarum Terrarum, & aliorum locorum jurium jurisdictionum, & bonorum mobilium & immobilium reddituum quoque, & proventuum & aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet moleſtiis injuriis, atque damnis preſentibus & futuris in illis videlicet, que judicialem requirunt indaginem ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, in aliis vero prout qualitas eorum exegerit juſtitie complementum, occupatores ſeu detentores moleſtatores preſumptores, & injuratores hujuſmodi, nec non Contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcunque dignitatis ſtatus gradus ordinis, vel condicionis extiterint, quandocunque & quocienſcunque expedierit auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Pape VIII. predeceſſoris noſtri, in quibus cavetur ne aliquis extra ſuam Civitatem & Dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſue Dioceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices & conſervatores a Sede deputati predicta extra Civitatem, & Dioceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, ſeu alii, vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Dioceſis earumdem trahere preſumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate preſentium non trahatur. Seu quod de aliis quam manifeſtis injuriis & violentiis, que juditialem requirunt indaginem penis in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis Conſervatores ſe nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque Conſtitutionibus a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de judicibus delegatis & Conſervatoribus, quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis que veſtre poſſent in hac parte jurisdictioni, aut poteſtati ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim a predicta ſit Sede indultum quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum perſonis locis ordinibus & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia indulgentia dicte Sedis generali, vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtre jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum volumus & Apoſtolica aucto-

auctoritate decernimus quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico prepeditus quodque a data preſentium ſit vobis, & unicuique veſtrum in premiſſis omnibus, & eorum ſingulis ceptis, & non ceptis preſentibus, & futuris perpetuata poteſtas & jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in premiſſis omnibus ceptis, & non ceptis preſentibus & futuris, & pro predictis procedere, ac ſi predicta omnia & ſingula coram vobis cepta fuiſſent & jurisdictio veſtra, & cujuslibet veſtrum in predictis in omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet. Conſtitutione predicta ſuper conſervatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Preſentibus poſt decennium minime valituris.

Datum Rome apud Sanctum Petrum xv. Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Viſitatores Apoſtolici Monaſteriorum multa decernunt ad bonum regimen Monaſterii S. Laurentii ſpectantia.

P

1397. 6. Martii.

Ex Archivo S. Laurentii Venetiarum.

CArolus Dei & Apoſtolice Sedis gratia Abbas S. Georgii Majoris & Johannes eadem gratia (1) Prior S. Salvatoris per Priorem ſoliti gubernari Monaſteriorum de Venetiis S. Benedicti & S. Auguſtini Ordinum Caſtellane Dioceſis viſitatores correctores reformatores & reparatores Monaſteriorum Prioratuum, & piorum locorum, tam virorum, quam mulierum religioſorum ordinum quorumcunque exemptorum, & non exemptorum in Caſtellan. Clugien. & Torcellan. Civitatibus & Dioceſibus conſiſtentium & perſonarum Eccleſiaſticarum in eis degentium a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati Rev. in Chriſto Domine .... Abbatiſſe Monialibus & Conventui Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymo verius Apoſtolicis firmiter obedire. Cum nos una cum nobilibus Viris Dominis Nicolao Fuſcolo q. D. Andree, & Laurentio Contareno q. Domini Andree Venetiarum civibus per Sereniſſimum Principem Dom. Antonium Venerio Ducem & communitatem Venetiarum, ad hec Apoſtolica auctoritate ellectis & adſumptis, ad vos & veſtrum Monaſterium, nuper viſitationis gratia eadem auctoritate perſonaliter accedentes, per viſitationem eandem invenerimus aliquid vel aliqua que etiam oculata fide didicimus, que correctione, & reformatione egere putamus. Ea propter, quia virginitatis privilegium maximum eſt, & obedientiam etiam ſuo ſuperiori ſervare non modicum bonum exiſtat, & proprietatis voluntarie abdicatio multum eſt accepta omnium Creatori, Ideo vos Dominam Abbatiſſam & omnes moniales ipſius Monaſterii, tam preſentes, quam futuras auctoritate Apoſtolica, qua fungi-

(1) Joannem hunc Priorem S. Salvatoris, quem ſine agnomine retulimus ad Eccleſiam Salvatoris, ex familia Bono Nobili Veneta prodiiſſe nos edocuit Codes ms. Eccleſiæ S. Mariæ de Humilitate, cui titulus *Cimiteriale di S. Setvolo.*

gimur in hac parte, tenore preſentium requirimus, ac vobis in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus hec tria principaliter, & alia ſtatuta ſalubria regule veſtre, etiam quoad jejunia & ſilentium, ſtudeatis efficaciter obſervare, & divinum officium diurnum pariter & nocturnum Beate Marie, & mortuorum in Eccleſia horis competentibus, prout tempus exigit decantare, ac moroſe & punctatim dicere procuretis. Item vos & quamlibet veſtrum hortamur in Domino, & vobis auctoritate Apoſtolica diſtricte precipiendo mandamus, quatenus conſtitutiones ordinationes reformationes & ſtatuta, tam per Concilia Patriarchalia Gradenſia, quam per quoscunque alios viſitatores auctoritate Apoſtolica edita, ſalva ſemper Apoſtolice Sedis, ſi qua habetis, indulta circa egreſſum extra Monaſterium veſtrum & ejusdem Monaſterii clauſuram, & alia concernentia ipſius Monaſterii clauſuram ſtudioſe obſervare curetis, ſi penas in ipſis contentas cupitis evitare. Item quia reperimus ipſum Monaſterium ſatis bene Monialium numero decoratum. Vos hortamur in Domino, ut circa conſervatione & ampliationem hujusmodi numeri, ut cultus divini nominis augeatur, inſiſtere procuretis. Vobis nihilominus in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunicationis pena tenore preſentium mandamus, quatenus nullam de cetero in monialem recipiatis Monaſterii prelibati procedente, aut interveniente aliqua pactione, aut pravitate prohibita Symonie, inhibendo nihilominus quod non niſi tot in ipſo Monaſterio Moniales recipiantur, quot valeant de ipſius Monaſterii redditibus commode ſuſtentari. Item vobis preſentium tenore mandamus, quatenus ſingulis annis deputentur due ipſius Monaſterii ſolicite, & deum timentes moniales, que curam ſolicitam habeant Monialium infirmarum. Quibus infirmis de bonis ipſius Monaſterii ſi prefate infirme non habeant, abunde volumus ſubveniri. Item vobis preſentium tenore inhibemus, quod domos, aquas, terras, manſos, aut poſſeſſiones aliquas dicti Monaſterii de cetero non niſi de quinquennio in quinquennium affictare valeatis. Alioquin affictationes ultra predictum terminum fiende ſint nullius efficacie roboris vel momenti. Item vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obedientie mandamus, quatenus de cetero non per vos, aut aliquam veſtrum, ſeu converſam, vel aliam mulierem, ſed per Clericum, aut alium ydoneum Sacerdoti vobis celebranti ſerviatur in miſſa, demum quia per viſitationem eamdem comperimus dictum Monaſterium fore, & eſſe certis debitis obligatum quod ſatis nobis videtur diſſonum, cum per viſitationem ipſam invenerimus ipſum Monaſterium multis bonis temporalibus habundare, & id expenſas non excedere, mandamus vobis preſentium tenore, & ſub excommunicationis pena quatenus infra unum annum a preſentatione preſentium vobis facta proxime numerandum ipſum Monaſterium, ab hujusmodi debitis omnimode liberetis & nihilominus ipſum Monaſterium, & ejus edificia in ſtatum debitum conſervetis. Et taliter in premiſſis vos habentes, ut de vera obedientia futuris viſitationis temporibus valeatis in Domino merito commendari. Et ſi predictis mandatis & monitionibus noſtris non parueritis cum effectu, vos ad id faciendum per alia juris remedia compellemus. Per premiſſa autem non intendimus ſic noſtre jurisdictionis & auctoritatis potentiam terminare, quin ſi expedire viderimus, poſſimus minuere addere mutare, ac etiam declarare, prout experientia judicaverit, oportunum. In quorum omnium teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus, & noſtrorum ſigillorum juſſimus appenſionibus roborari.

Data Venetiis Caſtellane Dioceſis anno a Nat. Domini MCCCXCVII. Ind. V. die VI. menſis Martii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Bonifatii divina providentia Pape IX. anno Octavo.

Mar-

Martinus V. Martino Epiſcopo Mothonenſi mandat, ut privilegia a Vicario Coſmatis Cardinalis Legati Vicario Monialibus S. Laurentii conceſſa diligenter examinet, & ſi vera eſſe invenerit, confirmat.

Q

1429. 11. Maii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Martino Epiſcopo Mothonenſi Venetiis Caſtellane Dioceſis reſidenti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis, ad nos & Romanam gerunt Eccleſiam, non indigne meretur, ut petitionibus ipſarum, illis preſertim que animarum ſalutem, ac ipſarum quietum ſtatum reſpiciunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sane pro parte Abbatiſſe & Conventus predictarum nobis nuper oblata petitio continebat, quod olim quondam Antonius de Belancinis Plebanus Plebis S. Thome de Venetiis, ac Vicarius bone memorie Coſmatis tunc tt. S. Crucis in Jeruſalem Presb. Card. & adminiſtratoris in ſpiritualibus & temporalibus Eccleſie Caſtellane (1) auctoritate Apoſtolica deputati in eisdem ſpiritualibus generalis quoque Cardinalis in eisdem partibus Apoſtolice Sedis legitionis officio fungebatur, ex commiſſione, & de mandato ejusdem Cardinalis, & adminiſtratoris per eum ſuper hoc ipſi Antonio, ut aſſerebat, vive vocis oraculo factis Abbatiſſe predicti Monaſterii, que tunc erat, conceſſit, ut ipſa & ſucceſſores ſue ejusdem Monaſterii Abbatiſſe pro tempore exiſtentes aliquos Presbyteros ydoneos religioſos vel ſeculares, qui in Eccleſia dicti Monaſterii in divinis officiis deſervirent, ac illius Abbatiſſe & monialibus Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrarent, earumque confeſſionibus diligenter auditis ipſas a commiſſis per eas nec non quibus propterea ligate exiſterent excommunicationum ſententiis abſolverent, quotiens eis videretur eligere, quodque artifices, Medicos, & alias perſonas pro earum miniſterio & ſervitio neceſſarios, quotiens opportunum foret, ad dictum Monaſterium introducere poſſent, licentiam conceſſit, prout in ejusdem Vicarii litteris inde confectis, & ejus ſigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Abbatiſſe & Conventus predictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe conceſſionibus hujusmodi hactenus pacifice uſe fuerint, providere eis, quod perpetuis futuris temporibus illis libere uti valeant, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de premiſſis certam notitiam non habentes hu-

jus-

(1) De hac adminiſtratione Eccleſiæ Caſtellanæ, quam tenuit Coſmas Melioratus Cardinalis, qui poſtea Innocentius VII. Pontifex Maximus fuit, nullam mentionem jugerit Ciaconius Tom. II. col. 707. ſed neque Ughello, neque ejus illuſtratori innotuit. Antonius de Belanzinis, ſeu Ballanzonus ſupradicti Cardinalis adminiſtratoris Vicarius Paræciam S. Thomæ rexit ab anno 1389. usque ad annum 1403. ut in Operis hujus dec. III. pag. 339. In hoc annorum ſpatio collocanda eſt Coſmatis Cardinalis adminiſtratio, quæ fortaſſe ei demandata fuit vacante Sede Epiſcopali, ſiquidem per hæc tempora non ſemel eam Sedem vacaſſe ex Italia Sacra Ven. Ædit. addiſcimus.

juſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de premiſſis omnibus & ſingulis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujusmodi de litteris & conceſſionibus predictis, & quod ipſe Abbatiſsa & Conventus illis pacifice uſe fuerint hactenus, ut prefertur, tibi legitime conſtiterit, eisdem Abbatiſse & Conventui, quod ipſe conceſſionibus predictis dummodo peccata pro tempore confeſsa hujusmodi talia non fuerint, propter que Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, & alias excommunicate abſolvende hujusmodi primitus illis quibus forſan propterea erit ſatisfactio impendenda ſatisfecerint competenter, & in abſolutione impendenda eisdem injungantur penitentia ſalutaris, & alia que de jure fuerint injungenda, libere & licite uti valeant, auctoritate noſtra concedas non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Rome apud Sanctos Apoſtolos v. Idus Maii Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Petrus Card. Barbo Epiſcopus Vicentinus indulgentias peccatorum concedit viſitantibus Eccleſiam Monaſterii S. Laurentii Venetiarum certis ſtatutis diebus.

R 1451. 27. Septembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

Petrus Barbo miſeratione divina tit. Sancti Marci Sacroſante Romane Eccleſie Presb. Cardinalis (1) Venetiarum Epiſcopus Vicentinus. Univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus preſentes litteras intellecturis Salutem in Domino ſempiternam. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de ipſius clementiſſima majeſtate ſperantium tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum meritis, ac precibus adjuvatur. Juſtis igitur Abbatiſse & Monialium Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Diocefis Caſtellane Ordinis S. Benedicti ſupplicationibus inclinati, atque ut Eccleſia prelibati Monaſterii a Chriſtifidelibus jugiter veneretur, omnibus & ſingulis vere penitentibus & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam in ſingulis Nativitatis, Circumciſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, atque Corporis D. N. J. C. & Trinitatis, ac etiam Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Viſitationis, Nivis, Aſsumptionis, & Nativitatis Beatiſſime Virginis Marie Matris ſue, nec non Nativitatis S. Joannis Baptiſte, duodecim Apoſtolorum, quattuor Evangeliſtarum, quatuorque Eccleſie doctorum, Omniumque Sanctorum, & ipſius Eccleſie dedicationis, ac ſignanter in S. Laurentii feſtivitatibus, & celebritatibus cauſa devotionis vel orationis acceſserint, & qui pro Conſervatione ornamentorum, ac fabrice manus porrexerint adjutrices, quotiens premiſsa vel aliquod premiſsorum fecerint ratione Cardinalatus centum, ratione vero Epiſcopatus quadra-

(1) Poſtea Summus Pontifex Paulus II.

draginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer in domino relaxamus, preſentibus in perpetuum duraturis. In quorum fidem & teſtimonium has patentes litteras confici, & noſtri Pontificalis ſigilli juſſimus appenſione communiri.

Datum Venetiis anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo die vero Martis xxvii. Septembris Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris Domini Noſtri D. Nicolai divina providentia Pape v. anno quinto.

Pag. 129.



Pius II. Indulgentias Monaſterio S. Laurentii Venetiarum ab Eugenio IV. conceſſas Apoſtolica auctoritate confirmat.

1461. 16. Februarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, que in favorem religioſarum perſonarum regulari obſervantie deditarum provide conceſſa ſunt, libenter intendimus, illaque approbamus & confirmamus, ac de novo concedimus, prout earum animarum ſaluti conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fel. record. Eugenio Pp. IV. predeceſſori noſtro pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Fontane Abbatiſſe & Monialium profeſſarum, ac cum propoſito profitendi novitiarum, & Converſarum Monialium Sancti Laurentii de Venetiis Ordinis Sancti Benedicti in regulari obſervatia viventium humiliter ſupplicato, quod eis preſentibus & futuris, ut Confeſſor ydoneus, quem ducerent eligendum, in ſinceritate fidei, unitate Sancte Romane Eccleſie, ac obedientia & devotione dicti predeceſſoris, ac ſucceſſorum ejus Romanorum Pontificum Canonice intrantium perſiſtentibus, omnium ſuorum, de quibus corde contrite, & ore confeſſe forent, plenariam remiſſionem peccatorum ſemel duntaxat in vita, & etiam in mortis articulo concedere valeret, indulgere dignaretur, ſic tamen quod ſi alicui foret ſatisfactio impendenda per ſe vel alios, prout melius fieri poſſet, facere competenter tenerentur, addito quod ſupplicantes ipſe ex confidentia remiſſionis hujusmodi aliqua illicita non committetent, & quamprimum de ſignatura ſupplicationis hujusmodi notitiam haberent, ſingulis ſextis Feriis infirmitate, aut alio legitimo impedimento ceſſante per unum annum, vel loco feriarum hujusmodi, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejusdem anni ſeptem pſalmos penitentiales, cum letaniis & orationibus, alie vero non ſufficienter litterate quadraginta pater noſter & totidem Ave Maria recitarent. Et ſi in anno predicto, vel aliqua ejus parte legitime impedite forent, anno ſequenti vel alias quamprimum poſſent modo ſimili hujusmodi pſalmos & orationes ſupplerent. Aut ſi alias forte illos in toto vel in parte quomodocumque adimplere nequirent, alia per Confeſſorem ydoneum, qui illos & illas continuare valeret eis injungenda pietatis opera adimplere tenerentur, & cum hoc etiam, quod in regulari obſervantia vivere tenerentur, alioquin hujusmodi conceſſio nullius eſſet roboris, aut momenti. Et deinde etiam pro parte dicte Abbatiſſe prefato Eugenio predeceſſori ſupplicato, quatenus ſibi nec non dictis profeſſis & Converſis ac commiſſis perſonis in dicto Monaſterio, ſub obſervantia regulari, ut premittitur, viventibus, preſentibus & futuris, ut in illis diebus, in quibus ſtationes in Eccleſiis Alme Urbis viſitantibus Altaria dicti Monaſterii, que tamen intra clauſuras ejusdem exiſtebant, illas indulgentias, & peccatorum ſuorum remiſſiones conſequerentur, quas conſequerentur ſi eisdem diebus prefatas Eccleſias dicte Urbis perſonaliter viſitarent. Ita etiam, quod coram ipſis Altaribus tenerentur dicere quinque duntaxat vicibus pſalmum Miſerere mei, cum uno Pater noſter & Ave Maria, & cum orationibus Deus omnium fidelium paſtor, & Eccleſie tue queſumus Domine preces, & reliqua. Converſe vero, que litteras neſciebant quinquies Pater noſter, & totidem Ave Maria coram Altaribus prefati Monaſterii dicere tenerentur, & ſi contingeret aliquam earum ita graviter infirmari in dicto tempore, quod

ad

ad dictam Eccleſiam non valeret accedere, dictos pſalmos, cum ſupradictis orationibus, & Converſe ſive Commiſſe ſeptem Pater Noſter & Ave Maria dicerent, & ſic dictam indulgentiam conſequerentur, de dono gratie ſpecialis concederet, & indulgere dignaretur. Idem Eugenius predeceſſor hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus predictam, tam ſemel in vita & in mortis articulo, quam ſtationum hujuſmodi indulgentias per ſignaturam ſuam Apoſtolica auctoritate conceſſit, & indulſit, prout ſuperius enarratur. Quare pro parte dicte Abbatiſſe & Monialium predictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut indulgentias prefatas approbare & confirmare, ac eaſdem indulgentias Abbatiſſe & Monialibus profeſſis, ac cum propoſito profitendi Novitiis, & Converſis in regulari obſervantia viventibus, tam preſentibus, quam futuris, nec non dilecte in Chriſto filie Franciſchine de Barotiis Nobili Mulieri Venetiarum, que aſſidue, cum dictis Monialibus habitat, & licet ſub habitu ſeculari degat tamen obſervantie regulari favet de novo concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui regularem obſervantiam in Monaſteriis preſertim Monialium vigere, & augeri ſummopere deſideramus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati prefatas indulgentias per dictum Eugenium predeceſſorem, ut prefertur, conceſſas auctoritate Apoſtolica approbamus & confirmamus, ac viribus ſubſiſtere decernimus, & nihilominus eaſdem indulgentias ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, ac omnium ſtationum predictarum modo, & forma prout ſuperius enarratur Abbatiſſe & Monialibus profeſſis, ac cum propoſito profitendi Novitiis & Converſis in regulari obſervantia viventibus preſentibus & futuris, nec non Franciſchine prefatis auctoritate predicta tenore preſentium de novo concedimus pariter & indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum approbationis confirmationis conſtitutionis conceſſionis, & indulti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo quartodecimo Kal. Martii Pontificatus Noſtri Anno quarto.

Jo: de Tartarinis.

Paulus II. Patriarchæ Venetiarum mandat, ut bona Monaſterii S. Laurentii illicite alienata vel diſtracta ad jus dicti Monaſterii revocare procuret.

1465. 14. Januarii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii Venetiarum.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri ... Patriarche Venetiarum (1) Salutem & Apoſtolic. Benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod nonnulle Abbatiſſe, que fuerunt pro tempore, & dilecte in Chriſto filie Conventus Monaſterii S. Laurentii Venetiarum Ordinis S. Benedicti decimas, primitias, fructus, redditus, terras, domos, apothecas, magazenos, ortos, campos, vineas, lacus, ſtagna, aque ductus, piſcarias, piſces, jura, juris-

R 2

(1) Andreas Bondumerius Patr. Venetiarum.

riſdictiones, & nonnulla alia bona ad dictum Monaſterium legitime ſpectantia, datis ſuper hoc litteris confectis exinde publicis inſtrumentis interpoſitis juramentis factis renuntiationibus, & penis adjectis in gravem ejuſdem Monaſterii leſionem nonnullis Clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam (2) vel ſub annuo cenſu conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper hiis confirmationum litteras in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere Fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, que de bonis predicti Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtricta non obſtantibus litteris, inſtrumentis, juramentis, renuntiationibus, penis, & confirmationibus ſupradictis ad jus & proprietatem dicti Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto decimonono Kal. Februarii Pontificatus Noſtri Anno primo.

(2) *Perpetuo ad firmam* idem prorſus ac *manufirma*; ſeu *Firma perpetua* vel *Manufirmatio*. Vide Gloſſarium Cangii.

Paulus II. Placido Pavanelo Epiſcopo Turcellano mandat, ut Urſiam Fuſcareno a Monialibus Obſervantibus S. Laurentii Venetiarum electam Abbatiſſam auctoritate Apoſtolica confirmet, non obſtante appellatione Monialium Conventualium.

V

1468. 26. Auguſti.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri . . . Epiſcopo Torcellano Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſuſcepte ſervitutis offitio curis aſſiduis angimur, & continua meditatione pulſamur, ut vacantibus Eccleſiis & Monaſteriis quibuslibet de ceteris proviſionis remedio ſalubriter ſuccurratur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecte in Chriſto filie Urſie Fuſcareno Monialis Monaſterii S. Laurentii Venetiarum Ordinis S. Benedicti petitio continebat, quod olim dicto Monaſterio, in quo preter illas, que ſub regulari obſervantia vivunt, nonnulle alie Moniales, Conventuales nuncupate, fore noſcuntur, & cui quondam Eliſabeth Contareno ipſius Monaſterii Abbatiſſa, dum viveret, preſidebat, per obitum ejuſdem Eliſabeth, que extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante, dilecte in Chriſto filie Moniales ſub obſervantia hujuſmodi viventes, ad future inibi Abbatiſſe electionem procedentes vocatis Conventualibus Monialibus ſupradictis, ac omnibus aliis que voluerunt, potuerunt & debuerunt hujuſmodi electioni commode intereſſe, die ad eligendum prefixa, ut moris eſt, & Monialibus Conventualibus eidem electioni hujuſmodi intereſſe renuentibus, convenientes in unum ipſe Moniales obſervantes, ſive earum ſanior pars, eandem Urſiam

in

in ſuam, & prefati Monaſterii Abbatiſſam elegerunt, dictaque Urſia electioni hujuſmodi illius ſibi preſentato decreto conſentiens, eam per dilectos filios Capitulum Eccleſie Venetiarum illa tunc paſtore carente auctoritate ordinaria confirmari obtinuit, nec non electionis & confirmationis earumdem vigore corporalem poſſeſſionem, vel quaſi regiminis, & adminiſtrationis bonorum dicti Monaſterii aſſecuta, ex tunc illi prefuit, prout preſidet de preſenti. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicta Urſia dubitet electionem de ſe factam, & confirmationem hujuſmodi ex certis cauſis & preſertim, quia Moniales predicte Conventuales a premiſſis ad Sedem Apoſtolicam appellarunt, viribus non ſubſiſtere, & ſicut accepimus dictum Monaſterium adhuc, ut prefertur vacare noſcatur. Nos cupientes dicto Monaſterio, ne longe vacationis exponatur incommodis, de perſona ſecundum cor noſtrum utili & idonea, per quam circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeat, providere, ac de meritis & ydoneitate dicte Urſie apud nos, de religionis zelo, vite munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque virtutum meritis multipliciter commendate, certam notitiam non habentes fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de hujuſmodi meritis & ydoneitate auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi prefatam Urſiam, ad regimen & gubernationem ejuſdem Monaſterii utilem, & ydoneam eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, electionem & confirmationem predictas, ſi illas Canonicas fore inveneris, eadem auctoritate noſtra approbes & confirmes. Alioquin etiam pro tutiori cautela de perſona ejuſdem Urſie eidem Monaſterio, ſive, ut premittitur, ſive alias quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona vacet, & ex quavis cauſa ejus diſpoſitio, ad Sedem predictam ſpecialiter, aut generaliter pertineat, dummodo tempore date preſentium non ſit ei de Abbatiſſa Canonice proviſum, eadem auctoritate noſtra provideas, eamque illi preficias in Abbatiſſam curam, regimen, & adminiſtrationem dicti Monaſterii ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, ac faciendo ſibi a Conventu preſtari obedientiam & reverentiam debitas & devotas, nec non Vaſallis & aliis ſubditis dicti Monaſterii conſueta ſervitia, & jura alia, ab eis debita exhiberi, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, nonobſtante appellatione predicta. Aut ſi Conventui Vaſallis & ſubditis predictis vel quibusvis aliis communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nos enim eidem Urſie, ſi approbationem & confirmationem hujuſmodi per te fieri, aut de perſona ipſius Urſie dicto Monaſterio per te vigore preſentium provideri, ipſamque illi in Abbatiſſam prefici contigerit, ut prefertur, quod a quocunque maluerit catholico Antiſtitem gratiam, & communionem dicte ſedis habente munus benedictionis recipere valeat, ac eidem Antiſtiti, ut munus predictum ſibi impendere libere poſſit, plenam concedimus tenore preſentium facultatem. Volumus autem, quod idem Antiſtes, qui eidem Urſie prefatum munus impendet, poſtquam illud ſibi impenderit, ab ea noſtro & Romane Eccleſie nomine fidelitatis debite ſolitum recipiat juramentum juxta formam, quam ſub bulla noſtra mittimus intercluſam, ac formam juramenti, quod ipſam Urſiam preſtare contigerit nobis de verbo ad verbum per ejus patentes litteras, ſub ſigillo ſignatas per proprium nuntium quantocius deſtinare procuret, quodque per hoc Venerabili fratri noſtro Patriarche Venetiarum pro tempore exiſtenti, cui dictum Monaſterium ordinario jure ſubeſſe dinoſcitur, nullum impoſterum prejuditium generetur. Adjicientes nichi-

lomi-

lominus ſupradictis, quod ſi dicta Abbatiſſa aliquid ex bonis immobilibus, ſeu pretioſis mobilibus ipſius Monaſterii alienare preſumpſerit, regimine & adminiſtratione predictis ipſo facto privata exiſtat.

Datum Rome apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimooctavo. Septimo Kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Marcus Cardinalis Barbo Patriarcha Aquileienſis, viſitantibus Eccleſiam S. Laurentii Venetiarum, eique eleemoſinas erogantibus indulgentias concedit.

X

1472. 14. Martii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii Venetiarum.

MArcus miſeratione Divina Sacroſancte Romane Eccleſie titulo S. Marci Presb. Cardinalis, & Patriarcha Aquileienſis. Univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis, viſuris pariter & audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Glorioſus Deus & excelſus, qui ſua mundum illuminat claritate, commonet & excitat cunctos Chriſtifidales ad benefaciendum, ut per opera ſua bona, que in terris geſſerint, eterne beatitudinis retributionis premia, & munera valeant reportare in celis. Cupientes igitur, ut Monaſterium Monialium S. Laurentii Ordinis S. Benedicti de Obſervantia Venetiarum congruis frequentetur honoribus, & a Chriſtifidelibus in debita veneratione habeatur, ac luminaribus libris, calicibus, & aliis Eccleſiaſticis ornamentis congrue fulciatur, fidelesqne ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad ipſum, ac ad fulcimentum & conſervationem hujuſmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius ſe conſpexerint refectos. Supplicationibus Venerabilium Domine Urſe Foſcareno Abbatiſſe, & Conventus Dicti Monaſterii ſuper hoc inclinati, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus hominibus vere penitentibus & confeſſis, qui dictum Monaſterium in Annuntiationis glorioſiſſime Virginis Marie, Nativitatis ejuſdem, Sanctorum Laurentii Martyris, & Benedicti Abbatis, nec non Dedicationis Eccleſie dicti Monaſterii feſtivitatibus devote viſitaverint annuatim in primis Veſperis, uſque ad ſecundas incluſive, & ad reparationem & conſervationem edificiorum, calicum, librorum, luminum, aliorumque ornamentorum inibi pro divino cultu neceſſarlorum manus porrexerint adjutrices, Nos Cardinalis & Patriarcha prefatus in ſingulis feſtivitatibus ſupradictis, quibus id fecerint pro quolibet die ipſarum feſtivitatum, & celebritate hujuſmodi centum dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, preſentibus & futuris temporibus duraturi. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem, & teſtimonium preſentes noſtras litteras fieri, noſtrique ſigilli juſſimus, & fecimus appenſione communiri.

Datum Venetiis in Monaſterio S. Georgii Majoris. Anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Indictione quinta die vero Sabbati xiv. menſis Martii Pontificatus Summi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Sixti Divina providentia Pape Quarti anno Primo.

Ale-

Alexander VI. Monialibus S. Laurentii concedit, ut uno anniverſario poſt Commemorationem defunctorum celebrato, ſuppleant oblationibus Miſſarum, quas celebrari facere non potuiſſent.

Y

1494. 17. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurenti.

A tergo] *Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Laurentii Venetiarum Ordinis S. Benedicti.*

ALEXANDER PAPA VI.

DIlecte in Chriſto filie ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Supplicari nobis humiliter feciſtis, ut cum ſingulis diebus Mercurii totius anni plures oblationes in iſto veſtro Monaſterio fieri, cauſa miſſas pro ſalute animarum defunctorum celebrari faciendi contingat, nec in eodem Monaſterio ſint tot capellani, quod hujuſmodi oblationes facientium voluntati ſatisfieri poſſit, dignaremur vobis deſuper opportune adeſſe. Nos igitur attendentes ſanctum & ſalubre fore pro defunctis orare, ut a peccatis ſolvantur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ut ſingulis annis poſt diem commemorationis omnium Defunctorum aliquo die, quo feſtum duplex, aut ſolemne non occurrat, ratione dictarum oblationum unum anniverſarium celebrari facere libere & licite poſſitis & valeatis, nec propterea ad alias Miſſas celebrari faciendum teneamini, Apoſtolica auctoritate harum ſerie de ſpecialis dono gratie concedimus & indulgemus. Premiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque in contrarium facientibus Non obſtantibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris, die XVII. Junii MCCCCLXXXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Leo X. Privilegia Monaſterii S. Laurentii Venetiarum a Summis Pontificibus prædeceſſoribus conceſſa confirmat.

Z

1519. 18. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Laurentii.

LEo Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Franciſcine Barbaro, & Conventui Monaſterii S. Laurentii Venetiarum, Ordinis S. Benedicti de Obſervantia nuncupatis Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum

Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecte iu Domino filie veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates a fel. rec. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Julio II. aliiſque Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel indulgentias, ſeu indulta & litteras vobis & Monaſterio veſtro predicto, & illis annexas conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, Principibus, & aliis Chriſtifidelibus vobis & Monaſterio veſtro predicto rationabiliter indultas, ſicuti ea omnia & ſingula juſte & pacifice poſſidetis vobis, & per nos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare preſumpſerint indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice MDXIX. Quintodecimo Kal. Junii Pontificatus Noſtri Anno VII.

DE

DE
ECCLESIA PAROCHIALI
SANCTI SEVERI EPISCOPI.

PArentes Urſi Particiaci Epiſcopi Olivolenſis *Eccleſias Sancti Severi Epiſcopi, & Sancti Laurentii Martyris ſibi contiguas in Geminas* (Inſulas) conſtruxiſſe ſuperius ex Dandulo accepimus; a quo pariter addiſcimus Juſtinianum Particiacum Angeli Ducis filium Conſtantinopoli in patriam reverſum in Eccleſia S. Severi cum Felicitate conjuge degiſſe, donec a Patre in conſortium dignitatis admitteretur. Hæc ſunt laudatiſſimi Scriptoris verba in Chron. l. 8. c. 1. par. 17. " Hic Dux Venetiarum cum duos filios
„ haberet, Juſtinianum Conſtantinopolim miſit, qui ab Im-
„ peratore Leone votive ſuſceptus, honorem Hypati, ſeu Im-
„ perialis Conſulis ab eo obtinuit. Alterum quoque natum
„ Johannem nomine Dux ſibi conſortem Ducatus eſſe procu-
„ ravit. Poſt hæc repatrians Juſtinianus promotionem fratris
„ indigne ferens, Palatium intrare contempſit, & in Eccleſia
„ S. Severi, cum Felicitate Conjuge degere cœpit. Pater ve-

„ ro turbationem filii non diu ferens, Joanni dignitatem in-
„ terdixit, & apud Jadram eum relegavit, & non ſolum Ju-
„ ſtinianum, ſed etiam Angelum filium ejus conſortes Duca-
„ tus eſſe laudavit “. Eadem ferme refert Chronicon Sagornino attributum: “Juſtinianus dolens fratrem ſuum in hono-
„ re faſtigiatum contempſit adire palatium, ſed in S. Severi
„ Eccleſia, una cum conjuge ſua hoſpitatus eſt.

Ipſam deinde S. Severi Eccſeſiam, quam de jure, & proprietate patris ſui Joannis Ducis acceperat, ſupralaudatus Urſus Olivolenſis Epiſcopus *ſemper cum Eccleſia S. Laurentii* conjunctam permanere, ex teſtamento mandavit. Teſtamenti ipſius, (quod integrum ad Eccleſiam S. Laurentii dedimus) hæc ſunt verba: *De autem Baſilica Beati Severi Confeſſoris Chriſti volo, & jubeo, ut conjuncta permaneat ſemper cum Eccleſia B. Laurentii, ut nulla ſeparatio exinde fiat.*

Hæc itaque S. Severi *Baſilica*, quæ poſtmodum Parochiale jus ex Eccleſia S. Sebaſtiani Monaſterio S. Laurentii adjacente (ut refert ex traditione Paulinus Fiamma) ſuſceperat, pacifice in jure Eccleſiæ S. Laurentii, & Monaſterii ibidem per Romanam Urſi Epiſcopi ſororem extructi, diu ſtetit, donec circa finem XII. ſæculi *Georgius Laurentius Boni, Joannis de Morzano, & quidam alii domorum in Parochia S. Severi, quæ capella eſt Abbatiſſæ* S. Laurentii habitantes *jura Parochialia* ſolvere vel neglexerunt, vel detrectaverunt; De injuriis juri ſuo collatis conquæſta eſt Abbatiſſa (Sicara Caroſo) apud Urbanum III. Pontificem eo tempore Veronæ (ubi electus fuerat) degentem, qui ſollicitus de conſervanda *Eccleſiis juſtitia*, Marco Nicolai Caſtellano Epiſcopo, & Joanni S. Bartholomæi Plebano die XVII. Octobris anno MCXXC. *per Apoſtolica ſcripta* mandavit, ut *habitatores domorum illarum præſcriptam capellam pro audiendis quotidianis officiis* adire, *& ei eam in obſequiis mortuorum, quam in aliis reverentiam debitam* exhibere, & *Parochialia jura* perſolvere *eccleſiaſtica diſtrictione* compelleret (A).

Nec tamen a ſuſceptis deſtiterunt Parochiani, ſeu Vicini Parœciæ S. Severi, quinimmo impellentibus acriori conatu Marino Superantio, Marino Babilonio, Marco Baſadello, & Joanne Viviano nihil inexpertum reliquerunt, ut Eccleſiam

ipſam

ipſam ab obedientia Abbatiſſæ, & Monaſterii S. Laurentii ſubducerent. Eapropter Innocentius III., cujus authoritatem ſibi auxiliari exoraverat Tendia Abbatiſſa, Matthæo Cenetenſi Epiſcopo mandavit, ut *partibus convocatis* ſi rem ita ſe haberi, ut ab Abbatiſſa propoſitum fuerat, compererit, *dictos vicinos ab indebita moleſtatione* compeſceret. Datæ fuerunt Apoſtolicæ litteræ die XV. Maii anno Chriſti MCIIIC. *De cauſa* itaque, quæ vertebatur, inquirens Apoſtolicus Delegatus, cum *per idoneos teſtes* comperiſſet *Abbatiſſam*, *& Monaſterium* S. Laurentii *per quinquaquaginta annos*, *& plus Eccleſiam S. Severi pacifice*, *& quiete poſſediſſe*, *& Clericos in eadem Eccleſia inſtituiſſe*, *ac deſtituiſſe*, *& oblationes* perceptas *Clericis diſtribuiſſe* lata ſententia *ipſam Eccleſiam S. Severi*, *cum omnibus ad eamdem pertinentibus prælibatæ Abbatiſſæ*, *& Monaſterio competere* pronuntiavit die III. Octobris anno MCIIC, inhibuitque inſuper ſuperenuntiatis Parochianis, & Jacobo Viadro ipſorum procuratori, *ne prælibatam Abbatiſſam*, *vel Monaſterium ſuper prænominata Eccleſia S. Severi aliquo modo*, *vel occaſione* moleſtarent. Delegati Apoſtolici judicium per epiſtolas ad Tendiam Abbatiſſam S. Laurentii, ejuſque Conventum datas die XIV. Julii MCC. Pontificiæ confirmationis munimine roboravit idem ſupralaudatus Pontifex Innocentius III. Apoſtolicæ delegationis, & confirmationis epiſtolæ ipſumque Epiſcopi Cenetenſis judicium in altera Epiſcopi Mothonenſis mox efferenda ſententia relatæ leguntur.

Ut autem jura Monaſterii firma, & illibata ipſi ſervarentur, idem Pontifex anno MCCXIV. die XXIX. Junii Sanctimoniales, & Monaſterium ſub S. Petri protectione ſuſcepit, *ſpecialiter autem Eccleſiam S. Severi de Venetiis cum pertinentiis ſuis*, omniaque alia Monaſterii bona *juſte ac pacifice* poſſeſſa *Monaſterio* S. Laurentii *authoritate Apoſtolica* confirmavit (B).

Nec tamen quamvis Delegati Apoſtolici judicio, & Pontificia confirmatione fracti acquieverunt Parochiani, quinimmo *ſententiam ipſam pertinaciter contemnentes*, *aſcitis ſibi in* audacis facinoris partem *quibusdam ipſius Eccleſiæ Clericis*, *quos Abbatiſſa prædicta in eadem* Eccleſia *inſtituerat*, *quemdam Plebanum in ipſa intrudere* conati ſunt, ad ſe electionem pertinere aſſerentes *propter appellationem* ad Apoſtolicam Sedem

interpoſitam; ne igitur per interrogationem inutilem proſequutio juſtitiæ retardaretur Innocentius Pontifex Priori S. Mariæ de Charitate Caſtellanæ Diœceſis die XXI. Jan. anno MCCXV. mandavit *quatenus illos* (*Parochianos*) *ad obſervationem ipſius juſtæ ſententiæ per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compelleret* (C), eas inde controverſias, quæ adverſus Abbatiſſam, & Conventum Monaſterii S. Laurentii ſuper Eccleſia S. Severi excitaverant Parochiani, Apoſtolicæ Sedis authoritas Epiſcopo Equilino judicandas demandavit. Cum vero paulo poſt ad Honorium III., qui in Petri Sede Innocentio III. ſuffectus fuerat, easdem remiſiſſet Epiſcopus Delegatus, Pontifex Magiſtro Gregorio Capellano ſuo primum, mox die 21. Januarii anno 1217. Angelo Baroccio Patriarchæ Gradenſi ejusque collegis committendas eſſe duxit, ut cauſam inter eas partes vertentem infra duos menſes fine canonico terminarent, vel *ſufficienter inſtructam* ad Pontificem remitterent *præfigentes partibus terminum competentem*, *quo ſe* Pontifici præſentarent *juſtam auctore Domino ſententiam recepturæ* (D). Quid inde actum ſit, documentis deficientibus ignoratur, hoc autem ex Gregorii IX. Diplomate eruitur, Marcum Nicolai Caſtellanum Epiſcopum diffinitivam inter Abbatiſſam, & Conventum S. Laurentii *ex una*, & *Parochianos S. Severi ex altera parte ſuper eadem* (S. Severi) *Eccleſia*, & *rebus aliis*, *cognitis cauſæ meritis*, *authoritate propria* promulgaſſe, quam deinde anno 1235. die 27. Januarii ad ſupplices Abbatiſſæ, & Monialium præces idem Gregorius IX. Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communivit (E).

Neque vero poſt hæc conſequuta eſt plena tranquillitas, nec novi motus defuere, quibus inconcuſſa Monaſterii jura impeterentur, ſiquidem circa finem XIII. ſæculi Marcus Marcello aliique Presbyteri, *qui ſe gerebant pro clericis perpetuis beneficiatis in Eccleſia S. Severi* debitam Abbatiſſæ obedientiam præſtare, ipſiusque mandata exequi detrectarunt. Quapropter Joanna Zeno, quæ tunc Monaſterio præerat, pervicaces viros coram Antonio de Belanzinis Plebano S. Thomæ, atque Eccleſiæ Caſtellanæ Vicario per Capitulum Caſtellanum Sede vacante deputato evocari fecit, ut per Judicis ſententiam ad præſtanda debitæ obedientiæ, & ſubjectionis obſequia compellerен-

leren-

lereretur. Utriusque igitur partis jura, & rationes cum mature perpendiſſet Vicarius lata in ſcriptis ſententia die 17. Menſis Martii anno 1399. *definitivæ ſententiavit Eccleſiam Sancti Severi pleno jure ſpectare ad dictum Monaſterium Sancti Laurentii, & ejus capitulum, Clericoſque Capituli dictæ Eccleſiæ S. Severi, teneri ipſam Abbatiſſam in eorum Superiorem, & Dominam recognoſcere, & obedire in omnibus*. Ea, qua Eccleſiaſticos animos decet, reverentia juſto Vicarii judicio ſe ſubmittentes Clerici *ipſam cum omnibus, & ſingulis in ea contentis approbaverunt*, atque *omni appellationi renuntiantes ratificaverunt*; neque *volentes improbe ulterius litigare, coram dicta Abbatiſſa* poſiti *requiſiverunt ab ipſa veniam, & remiſſionem*. Acta fuerunt hæc die xxx. ejuſdem menſis, & per Petrum Zambonini de Bononia Civem, & Notarium Venetum in actorum Codices redacta.

Sententiæ Vicarii Capitularis interfuit inter cæteros Petrus de Ancharano egregius Legum Doctor, a qua cum dicti Presbyteri, & Clerici primum appellaſſent, poſtea vero receſſiſſent, ipſamque ſententiam laudantes Abbatiſſam in Superiorem recognoviſſent, debitamque ſubjectionem ſuam, & Eccleſiæ S. Severi confeſſi fuiſſent, ſupralaudatus Clar. Vir de Ancharano lepidum ſermonem edidit inter ſua conſilia poſitum num. 151, qui incipit: *Mulier volens drachmam perditam invenire*. Nec Ancharanus tantummodo, ſed & celeberrimus Cardinalis Zabarella ſuper jura Monaſterii Conſilium protulit, quod inter ſua conſilia eſt num. 112, & quidem probabile eſt, circa ea tempora latæ ſententiæ conſilium ſuum ſcripſiſſe, nondum enim inter S. R. E. Cardinales, (quod contigit anno 1411. ſub Joanne XXIII.) cooptatus fuerat.

Ipſam deinde Vicarii Capitularis ſententiam ampliſſimo diplomate confirmavit Bonifacius Papa IX. die 24. Junii anno MCCCVIIC. (F).

Anno deinde MCCCVC. cum apud ipſum Pontificem conquæſtæ eſſent Sanctimoniales, ſe ſæpeſæpius perſonas idoneas Epiſcopo Caſtellano præſentaſſe, ut eas in Eccleſia S. Severi inſtitueret, & ad ſacros ordines promoveret, tamen ipſe loci ordinarius in Eccleſiæ, & beneficiorum hujuſmodi Rectores inſtituere, ac ordines eis conferre injuſte recuſaverat. Juribus

itaque

itaque Monaſterii *paterna diligentia providere* cupiens Pontifex die 24. Junii ejusdem anni dato diplomate ſtatuit, *quod ſi ordinarius pro tempore exiſtens easdem perſonas idoneas per Abbatiſſam, & Conventum præſentatas admittere, & inſtituere, ac ordines eis conferre diſtulerit debita reverentia requiſitus, ex tunc Patriarcha Gradenſis pro tempore exiſtens, vel ejus Vicarius ſic præſentatas perſonas admittat, & inſtituat, eisdemque ordines ſtatutis a jure temporibus conferre valeat*. Haſce poſtmodum Pontificiæ liberalitatis indulgentias auxit Bonifacius anno 1399. die 20. Septembris Apoſtolicis enim epiſtolis ad Presbyteros, & Clericos *Curatæ, & Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Severi* datis, *ipſos & ſucceſſores ſuos*, & *Eccleſiam S. Severi de Venetiis ab omni jurisdictione, & poteſtate Epiſcopi Caſtellani* pro tempore exiſtentis exemit, & liberavit, *ac ſub B. Petri, & Romanæ Eccleſiæ protectione* ſuſcepit, *eo tamen jure ſalvo*, quod Abbatiſſa, & Monaſterium S. Laurentii in ipſis, & dicta S. Severi Eccleſia habere noſcebatur. Ne autem *difficile nimis, & oneroſum* ipſis evaderet pro beneficiorum inſtitutione *ad Sedem Apoſtolicam habere recurſum*, *de uberioris dono gratiæ* conceſſit, quod Patriarcha Gradenſis pro tempore exiſtens vel ejus Vicarius electiones ad beneficia vacantia in dicta Eccleſia confirmare, electosque inſtituere, & litteras dimiſſorias pro ordinibus ſacris ſuſcipiendis concedere poſsent, & deberent. Nec vero tot Apoſtolicæ clementiæ indultis ſatis proviſum fuit, contigit enim, ut aliquando *inſtitutio hujusmodi propter præmiſſa quandoque retardaretur in Eccleſiæ ipſius, & perſonarum Eccleſiaſticarum incommodum*, quæ cum per ſupplices Abbatiſsæ libellos Pontifici innotuiſsent, ſanxit, & ordinavit altero diplomate Romæ dato die 27. Maii anno 1401., *quod de cætero* perpetuis futuris temporibus perſonæ ad quodcunque beneficium per Abbatiſsam admiſsæ *eo ipſo authoritate Apoſtolica inſtitutæ* eſsent, & cenſerentur (G).

Interea cum Epiſcopus Caſtellanus (erat is Franciſcus Bembus nuper ad eam Sedem evectus) Presbyteros, & Clericos S. Severi, ſi quos graviter deliquiſse inveniſset, punire, & corrigere vellet, hocque ad juriſdictionem, & libertatem ſui Epiſcopatus pertinere aſsereret, Abbatiſsa, & Sanctimoniales, *& aliqui Parochiani Eccleſiæ S. Severi coram Michaele Steno*

Duce

Duce, *&* *ſuis Conſiliariis comparuerunt favorem*, *&* *auxilium Ducis*, *&* *Dominii implorantes*, ut Epiſcopus non *ſe intromitteret*, *nec impediret de Eccleſia Presbyteris*, *&* *Clericis S. Severi*, *contra tenorem* Pontificii ſuperenuntiati Diplomatis, quo Bonifacius Papa IX. Eccleſiam, & Clericos S. Severi *ab omni jurisdictione*, *&* *poteſtate Epiſcopi Caſtellani* exemptos eſse ſtatuerat. Re itaque prudenter expenſa *Dux ex conſilio*, *conſenſu*, *&* *deliberatione omnium ſuorum Conſiliariorum*, *&* *Capitum de XL. declaravit*, die XXI. Aprilis anno Mcccci.. quod Epiſcopus ipſos Sancti Severi Presbyteros, & Clericos pro gravi crimine penis mulctare, & ad debita ſolvenda compellere authoritate Epiſcopali poſset, atque valeret (H). Circa ea tempora (ut traditum eſt) Senatus decreto jura Monaſterii Sancti Laurentii ſuper Eccleſiam Sancti Severi, ut illibata futuris temporibus ſervarentur ſub Dominii protectione recepta fuerunt, quod ut omnibus innoteſceret, in exteriori Templi Sancti Severi proſpectu, ſuper laterales januas duos Leones marmori inciſos publica authoritas affigi mandavit.

Ut ad recentia Bonifacii privilegia, quibus Monialium jus ſuper Eccleſia Sancti Severi firmatum auctumque fuerat, accederent etiam vetuſtiora documenta, quæ fortaſse temporum injuriis deperdi poterant Martinus V. die III. Julii Pontificatus ſui anno XI. Chriſti videlicet MccccXXVIII. ad preces Claræ Gradonico Sancti Laurentii Abbatiſsæ, Martino Epiſcopo Mothonenſi Venetiis eo tempore commoranti mandavit, ut ſententiam (jam ſuperius enuntiatam) Epiſcopi Cenetenſis, ſi de ea ipſi conſtiterit, authoritate Apoſtolica approbaret; Hoc die XXVII. Novembris ejuſdem anni in Apoſtolici præcepti obedientiam actum fuiſse, ex ipſo approbationis judicio cognoſcitur, quod Pontificius Exequutor in publicas tabulas redigi, & ſigilli ſui appenſione muniri mandavit; anno vero ſequenti die I. Aprilis Martinus Epiſcopus ſupradictus Exequutor Apoſtolicus Delegatus litteras Martini V, ſuamque inde ſequutam ſententiam Franciſco Maripetro Epiſcopo Caſtellano, Clericiſque Sancti Severi, & Monialibus Sancti Laurentii per ſuas litteras indicavit, in quibus Primicerio Sancti Marci, aliiſque Eccleſiaſticis per Civitatem Venetiarum, & Diœceſim Caſtellanam conſtitutis vices ſuas commiſit,

miſit, donec eas ad ſe duxiſset revocandas. Alias inſuper Martini V. epiſtolas ſibi die xix. Maii anno Mccccxxix. datas exequutioni demandavit ſupradictus Epiſcopus Mothonenſis, quibus ſibi commiſsum fuerat, ut antiquam conſuetudinem Abbatiſsæ, & Conventus Sancti Laurentii ponendi, & amovendi in Eccleſia Sancti Severi Capellanos, *absque ordinarii loci requiſitione* authoritate Apoſtolica approbaret, & confirmaret (I).

Poſt hæc Cypriana Michael Abbatiſsa, quæ anno Mdlxi. de aſsenſu ſui Conventus Capellanum quemdam ab officio deſtituerat Apoſtolicas Pii IV. litteras impetravit, quibus noviſſimæ confirmationis munimine antiquiſſima Monaſterii jura ſuper S. Severi Eccleſiam confirmata fuerunt die vii. Julii anno Mdlxi. (K).

Eccleſia, quæ ex vaſtiſſimo incendio anni Mcv. fœde combuſta fuit, ac poſtmodum reſtituta eximiis ornatur picturis, quas inter intuitu, & admiratione digniſſima eſt tabula Chriſti Redemptoris Crucifixionem exhibens Jacobi Tinctoretti manu depicta.

Dedicatio hujus Eccleſiæ celebratur die quinta Junii.

Hæc de Eccleſia S. Severi certiſſima ſunt documenta, quæ autem aſserit Sanſovinus, Eccleſiam hanc antiquitus fuiſse Abbatiam Divo Gallo dicatam, ex jam allatis falſa eſse manifeſto oſtenduntur.

Urbanus

Urbanus III. Marco Nicolai Epiſcopo Caſtellano committit, ut Parochianos S. Severi ad jura Parochialia perſolvenda compellat.

A 1185. 17. Octobris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii Venetiarum.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Caſtellano Epiſcopo (1) & dilecto filio J. Plebano S. Bartholomei Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Significavit nobis dilecta in Chriſto filia Abbatiſſa S. Laurentii, quod licet Georgii Laurentii boni Johannis de Morzano, & quorumdam aliorum domus in Parrochia S. Severi, que eſt capella predicte Abbatiſſe, conſiſtant, habitatores tamen domorum ipſarum eidem capelle jura Parrochialia non exolvunt. Quoniam igitur noſtre ſollicitudinis eſt & offitii ſingulis Eccleſiis ſuam juſtitiam conſervare diſeretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiſita plenius veritate, ſi rem ita per ſe habere conſtiterit, habitatores domorum illarum, ut preſcriptam capellam pro audiendis quotidianis offitiis adeant, & eis tam in obſequiis mortuorum, quam in aliis reverentiam debitam exhibeant & Parochialia jura perſolvant, contradictione & appellatione ceſſante Eccleſiaſtica diſtrictione cogatis, verum ſi aliquid ſuper hoc emerſerit queſtionis, id a vobis diligenter audiri volumus, & ſine appellationis diffugio mediante juſtitia terminari.

Datum Verone XVI. Kal. Novembris.

(1) Marcus Nicolai Epiſcopus Caſtellanus.
(2) Joannes Plebanus S. Bartholomæi de quo Operis hujus Tom. I. pag. 318. memoratur in Epiſtola Innocentii III.

Innocentius III. Monaſterium S. Laurentii ſub Apoſtolicæ Sedis protectione recipit, & Eccleſiam S. Severi eidem, ſicut juſte poſſidet, confirmat.

B 1214. 29. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe & Monialibus Monaſterii S. Laurentii Caſtellane Diocesis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem offitii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in Domino filie veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Monaſterium ipſum, in quo divino mancipate eſtis obſequio, cum omnibus bonis, tam Eccleſiaſticis, quam mundanis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiam S. Se-

S. Severi de Venetiis, cum pertinentiis ſuis, nec non poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii III. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno ſeptimodecimo.

Innocentius III. Priori S. Mariæ de Charitate mandat, ut vicinos Eccleſiæ S. Severi ad obſervantiam ſententiæ contra eos latæ ab Epiſcopo Cenetenſi compellat.

C

1215. 21. Januarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Priori S. Marie de Karitate Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa & Moniales Monaſterii S. Laurentii de Venetiis ſuam nobis querimoniam deſtinarunt, quod cum vicini & Parochiani Eccleſie S. Severi de Venetiis, ad eorum Monaſterium pertinentis eas ſuper Eccleſia indebite moleſtarent, eedem ſuper hoc ad Venerabilem Fratrem noſtrum Cenetenſem (1) Epiſcopum noſtras litteras impetraverint, qui tandem cognitis cauſe meritis diffinitivam pro earum Monaſterio ſententiam promulgavit, quam obtinuerunt poſtmodum auctoritate Sedis Apoſtolice confirmari. Illi autem ſententiam ipſam pertinaciter contempnentes, aſcitis ſibi quibusdam ipſius Eccleſie Clericis, quos Abbatiſſa predicta inſtituerat, in eadem quemdam Plebanum in ipſa intrudere maluerint, ac ſi ad eos electio pertineat propter appellationem ad nos legitime interpoſitam eligendo in hiis, & in aliis injurioſi exiſtentes eisdem. Ne igitur per interrogationem inutilem proſecutio juſtitie retardetur, diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus illos ad obſervationem ipſius ſententie, ſicut eſt juſta, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellas, vel partibus convocatis audias cauſam, & ſi de partium fuerit voluntate, decidas. Alioquin eandem ad nos remittas ſufficienter inſtructam prefigens partibus terminum competentem, quo noſtro ſe conſpectui repreſentent, juſtam auctore Domino ſententiam recepture.

Datum Laterani XV. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno octavodecimo.

(1) Matthæus Senenſis Epiſcopus Cenetenſis de quo in Ital. Sac. Tom. V. col. 182.

Hono-

Honorius III. Patriarchæ Gradenſi ejuſque Collegis Delegatis Apoſtolicis mandat, ut controverſiam inter Monaſterium S. Laurentii ex una, & Parochianos S. Severi ex altera parte vigentem lata ſententia decidant.

D

1217. 21. Januarii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Patriarche (1) & dilectis filiis Archidiacono Gradenſi, & Philippo Ruſſo Canonico S. Marci de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum cauſam, que inter Abbatiſſam & Conventum Monaſterii S. Laurentii ex parte una, & Parochianos Eccleſie S. Severi de Venetiis ex altera, ſuper ipſa Eccleſia S. Severi vertitur, ac nos a Ven. Fratre Noſtro Epiſcopo Equilino, cui fuerat a Sede Apoſtolica delegata remiſſam, utriuſque partis procuratoribus in noſtra preſentia conſtitutis, Dilecto filio Magiſtro Gregorio Capellano noſtro commiſſerimus audiendam, quia minus ſufficienter inſtructa non poterat terminari, eam vobis duximus committendam per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus audiatis, que utraque pars duxerint proponenda, & ipſam ſi de partium voluntate proceſſerit infra duos menſes poſt receptionem preſentium fine Canonico terminetis, facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, alioquin eamdem ad nos remittatis ſufficienter inſtructam prefigentes partibus terminum competentem, quo noſtro ſe conſpectui repreſentent, juſtam auctore Dom. ſententiam recepture. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnibus hiis exequendis potueritis intereſſe, Tu Frater Patriarcha cum eorum altero ea nichilominus exequaris.

Data Laterani XII. Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno primo.

(1) Angelus Baroccius Patr. Gradenſis.

Gregorius IX. ſententiam a Marco Nicolai Epiſcopo Caſtellano latam, ad favorem Monaſterii S. Laurentii ſuper Eccleſiam S. Severi Apoſtolica auctoritate confirmat.

E

1235. 27. Januarii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe & Conventui Monaſterii S. Laurentii Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitu-

citudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in Chriſto filie veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu diffinitivam ſententiam, quam bone memorie M. Caſtellanus Epiſcopus inter vos ex parte una, & Parochianos Eccleſie S. Severi Caſtellane Dioceſis ex altera, ſuper eadem Eccleſia, & rebus aliis cognitis cauſe meritis auctoritate propria promulgavit, prout in ejuſdem litteris plenius continetur, ſicut eſt juſta, nec legitima provocatione ſuſpenſa, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Data Peruſii VI. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno octavo.

Bonifatius IX. ſententiam Antonii Bellancini Vicarii Capitularis Caſtellani pro Monaſterio S. Laurentii contra Presbyteros S. Severi latam Apoſtolica auctoritate confirmat.

F 1393. 24. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Laurentii Venetiarum.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sacre religionis, ſub qua dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis devotum & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut votis earum, illis preſertim, per que ipſarum, & dicti Monaſterii ſtatui conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus petitio continebat, quod cum olim Eccleſia S. Severi de Venetiis dicte Dioceſis eidem Monaſterio Canonice unita, & pleno jure ſubjecta eſſet, ac ratione unionis, & ſubjectionis hujuſmodi Clerici antequam ad perpetua beneficia in ipſa Eccleſia inſtituerentur, primo & ante omnia Abbatiſſe dicti Monaſterii pro tempore exiſtenti ejus ſolo arbitrio admittendi, vel reppellendi preſentari conſueviſſent, & deberent, ac conſtitutio, ac ammotio procuratoris dicte Eccleſie, ad hujuſmodi Abbatiſſam pertineret, idemque procurator de exactis per eum nomine ipſius Eccleſie predicte Abbatiſſe rationem reddere teneretur, ac ipſe procurator inconſulta eadem Abbatiſſa, & preter ejus conſenſum nomine prefate Eccleſie nichil expendere poſſet ſeu deberet, nec non Clerici pro tempore perpetui beneficiati in dicta Eccleſia, ad requiſitionem Abbatiſſe & Conventus predictarum in Eccleſia prefati Monaſterii Miſſam, & alia divina officia celebrare, ac Abbatiſſe & Monialibus ejuſdem Monaſterii pro tempore exiſtentibus Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare tenerentur, idque obſervatum fuiſſet a tempore, cujus contrarii memoria non extabat, ac dilecti filii Marcus Marcello, Theodorus de Durathio, Andreas Deſchapuitiis, Johannes de Apulia, & Jacobus S. Proculi Presbyteri, qui ſe gerebant, prout gerunt, pro Clericis perpetuis beneficiatis in dicta Eccleſia S. Severi falſo aſſerentes premiſſa non eſſe vera, quo minus ea fierent contra juſtitiam, impedirent prefate Abbatiſſa & Conventus eoſdem Clericos ſuper hoc petendo pronunciari, decerni, & declarari dictam Eccleſiam S. Severi eidem Monaſte-

ſterio unitam & ſubjectam fore , ac Clericos ad hujuſmodi beneficia in eadem Eccleſia inſtituendo predicte Abbatiſſe preſentari debere , ac conſtitutionem & amotionem hujuſmodi procuratoris , ad eamdem Abbatiſſam pertinentem, ipſumque procuratorem de geſtis per eum preſate Eccleſie S. Severi nomine ipſi Abbatiſſe reddere rationem teneri, ac ipſum inconſulta eadem Abbatiſſa, & preter ejus conſenſum nomine ipſius Eccleſie S. Severi nichil expendere poſſe vel debere , ac clericos in eadem Eccleſia S. Severi pro tempore perpetuos beneficiatos , ad requiſitionem Abbatiſſe & Conventus predictarum in prefata Eccleſia ipſius Monaſterii Miſſam , & alia divina officia celebrare , ac Abbatiſſe & Monialibus prefatis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare teneri , eoſque ad hoc condemnati compellere coram dilecto filio Antonio de Belanzinis Eccleſie Caſtellane in ſpiritualibus Vicario generali per dilectos filios capitulum Caſtellan. Sede vacante deputato, non ex delegatione Apoſtolica fecerunt, ad judicium evocari, idemque Vicarius legitime, ac juris ordine obſervato in hujuſmodi cauſam procedens diffinitivam pro dictis Abbatiſſa & Conventu , & contra prefatos Clericos ſententiam promulgavit, prout in Inſtrumento publico inde confecto , cujus tenorem de verbo ad verbum preſentibus inſeri fecimus , plenius continetur . Quare pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi ſententie , que nulla provocatione ſuſpenſa in rem tranſivit judicatam , robur Apoſtolice confirmationis adiicere de benignitate Apoſtolica dignaremur . Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ſententiam ipſam auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus , & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus , ſi qui forſan intervenerint in premiſſis . Et nichilominus eiſdem Abbatiſſe & Conventui concedimus , quod preſentes littere ad probandum plene omnia , & ſingula premiſſam ubique ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Tenor vero dicti inſtrumenti eſt talis: In Chriſti nomine amen . Orta dudum coram nobis Antonio de Belancinis Plebano S. Thome Caſtellane Eccleſie Vicario generali inter Rev. D. Johannam Geno Abbatiſſam, ac Ven. D. D. Sophyam deleze Prioriſſam , & nec non Moniales Capitulum & Conventum Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis , ſeu providum virum ſ. Maſinum de fano juriſperitum Syndicum & Procuratorem , Sindicarioque & Procuratorio nomine predictarum Dominarum Abbatiſſe & Prioriſſe Monialium Capitulique & Conventus Monaſterii ſupradicti ex parte una, agentes & Clericos ac Capitulum Eccleſie S. Severii de Venetiis ſeu providum Virum D. Antonium de placentinis juriſperitum ſindicum & procuratorem ſindicario , & procuratorio nomine ipſorum Clericorum & Capituli Eccleſie ſupradicte, prout de earum ſufficientibus & ydoneis mandatis in actis Epiſcopalis curie Caſtellane , & preſentis cauſe plene conſiſtat ex parte altera, defendentes materia queſtionis tandem comparentibus in juditio coram nobis prenominatis ſ. Maſio & Dom. Thoma ſindicis & procuratoribus quomodolibet pro parte ſua idem ſ. Maſius , quibus ſupra nominibus , quemdam libellum in ſcriptis judicialiter exhibuit & produxit , cujus tenor ſequitur ſub hiis verbis . Coram vobis Venerabili Viro Antonio de Belancinis Plebano S. Thome Caſtellane Eccleſie Vicario generali Maſius q. D. Antonii de Fano Procurator & Procuratorio nomine ſubſtitutus per providum Virum ſ. Petrum Procuratorem Domine Abbatiſſe Capituli & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis dicit & proponit contra & adverſus Dominum Presb. a Scaputia, Presb. Johannem de Apulia , & Presb. Jacobum S. Procoli de Venetiis aſſerentes ſe Clericos minus legitime inſtitutos in Eccleſia S. Severi de Venetiis , nec non contra dicte Eccleſie Capitulum & ſ. Johann. Pincinum de Vene-

ne-

netiis procuratorem ſe pretendentem Eccleſie S. Severi ſupradicte, & contra omnem aliam perſonam pro eis coram vobis legitime parentem dicens, quod predicta Eccleſia S. Severi a tanto tempore citra, cujus contrarii memoria non exiſtit, fuit & eſt ſubjecta & unita Monaſterio S. Laurentii pleno jure dicit etiam pro ratione dicte ſubjectionis & unionis Clerici qui per tempora retroacta fuerunt in predicta Eccleſia S. Severi inſtituti fuerunt per Clericos dicte Eccleſie ante inſtitutionem de eis fiendam primo & ante omnia preſentati D. Abbatiſſe Monaſterii S. Laurentii, que pro tempore fuerit, & cujus Domine Abbatiſſe conſuevit ſemper pendere arbitrio admittere, vel repellere preſentatos dicit, & quod a predictis tempotibus citra conſtitutio procuratoris in dicta Eccleſia S. Severi ſemper pertinuit & ſpectavit, & ad preſens pertinet atque ſpectat de jure, ad Abbatiſſam prefati Monaſterii, & eidem idem procurator de temporalibus & omnibus, que ejus manus perveniunt, tenetur reſpondere rationem, nec debet de bonis vel denariis expendere inconſulta D. Abbatiſſa, ſet potius ejus requirere conſilium & conſenſum. Cum conſtitutio & remotio ejuſdem Procuratoris, ab ejus debeat voluntate, dicit etiam quod Clerici, qui per tempora fuerunt in Eccleſia S. Severi ad requiſitionem & voluntatem Capituli & Conventus, ac D. Abbatiſſe S. Laurentii ratione dicte ſubjectionis & unionis conſueverunt temporibus antedictis miſſas, & alia divina offitia celebrare in prefata Eccleſia S. Laurentii, & Dominabus Monialibus requiſiti, ab eis Eccleſiaſtica Sacramenta conferre, & quandoque unus, & quandoque alter ex eis, prout de voluntate Capituli & Conventus ac D. Abbatiſſe S. Laurentii proceſſit. Et hoc a tanto tempore citra contraria memoria non exiſtit, dicit etiam quod de predicta ſubjectione quoad preſentationem eis fiendam de Clericis inſtituendis ibidem de conſtitutione procuratoris & remotione, de Sacramento Eccleſie viſitandis, ut ſuperius eſt expreſſum, fuit & eſt notorium, & publica vox & fama & communis opinio in Clero Civitatis Venetiarum, & in populo & maxime in dicta Parrochia Eccleſie S. Severi, & inter homines & perſonas ipſius Parochie. Dicit & quod Clerici de preſenti degentes in Eccleſia S. Severi ſcientes & ſcire debentes ſubjectionem & unionem predictam, & ſe obligatos eſſe ad miſſas & divina offitia celebranda in Monaſterio S. Laurentii a tempore, quo ſe inſtitui & intitulari in predictis paſſi ſunt diebus ſingulis quandoque unus, quandoque alter ex eis juxta neceſſitatem injuncta a predicta D. Abbatiſſa & Capitulo requiſitus in dicto Monaſterio divinum offitium celebrant neceſſitatis tempore, & Eccleſiaſtica Sacramenta, & ſimiliter alii Clerici de preſenti in dicta Eccleſia commorantes a predicta obedientia, quam voverunt ſe ſubtrahere, & in libertate auſu temerario vendicare, divulgare non deſinunt in Clero & populo Venetiarum & Parrochianis Eccleſie S. Severi, quod predicta Eccleſia S. Severi, & Clerici ipſius Eccleſie & Clerici in preſentatione Clericorum, in ipſa Eccleſia inſtituendorum impoſterum, in conſtitutiones procuratoris, in Sacramentis Eccleſiaſticis miniſtrandis & divino offitio Monaſterio S. Laurentii D. Abbatiſſe & ejus Capitulo nullatenus ſunt ſubjecti, & ſibi & aliquo non tenentur, dicit etiam quod predicti Clerici a predicta obedieneia ſe taliter ſubtrahentes in predicta Eccleſia auſu temerario conſtituerunt predictum ſ. Johannem procuratorem contra jus & juſtitiam, & in prejuditium prefati Monaſterii S. Laurentii, ad quod ſpectat inſtitutio & remotio antedicti procuratoris. Dicit etiam, quod predicti Clerici & libertatem, ut dictum eſt tam in ſe quam in dicta Eccleſia vendicantes requiſiti pro parte D. Abbatiſſe, ut ipſam tanquam eorum ſuperiorem recognoſcant, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrent, & miſſas celebrent in Monaſterio antedicto, & etiam recognoſcant preſentationem Clericorum in prefata Eccleſia inſtituendorum impoſte-

ſte-

ſtorum fieri debere per ipſos principaliter D. Abbatiſſe, & etiam preſentationem & inſtitutionem ſibi oſtendere, & procuratorem de facto conſtitutum, ab eis revocare & removere. Omnia & ſingula predicta denegant & recuſant animis judicatis, non ceſſantes diffamare, & divulgare in populo & clero Venetiarum, & Parochiani quod in nullo fuere ſubjecti eidem Monaſterio contra propriam conſcientiam, & prejudicium animarum ſuarum. Similiter idem procurator denegat & recuſat eidem D. Abbatiſſe & Capitulo & Conventui de rebus, & juribus, pecuniis, introitibus, & expenſis reddere rationem exercens procurationis officium in eadem Eccleſia contra debitum rationis, dicit etiam quod de predictis ſubjectionibus, & aliis ſuperius narratis, & clericos, & procuratorem, ad predicta teneri apparent veriſſima inſtrumenta, & etiam alie ſententie inde poſtmodum ſubſecute, & preſentationes quamplures recognitiones antedicte ſubjectionis, & omnium predictorum, & in eorum quaſi poſſeſſionem obedientie, & omnium predictorum predicte moniales capitulum fuerunt a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, niſi quia forte propter ignorantiam Abbatiſſe, & non multo tempore citra aliqui Clerici ſine preſentatione eis fienda fuerunt in predicta Eccleſia Clerici, cujus forte occaſione frivola preſentes Clerici hanc ſibi libertatem vendicare conantur. Quare cum predicta vera ſint, idem procurator, nominibus quibus ſupra, petit etiam dictis nominibus, qui per vos & veſtrum officium dictos clericos primo, & ante omnia condemnari, ut miſſas more hactenus conſueto per eos debeant imposterum celebrare, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta conferre in prefato Monaſterio, & perſonis ibidem commorantibus: Petit etiam dictis nominibus pronuntiari, & declarari predictam Eccleſiam S. Severi pleno jure ſpectare, ad predictum Monaſterium S. Laurentii, & ejus Capitulum & Conventum & inſtitutionem & remotionem procuratoris, ad D. Abbatiſſam dicti Monaſterii libere pertinere, & etiam pronuntiari, quod Clerici, qui inſtituendi erunt de cetero in Eccleſia antedicta, debeant ante omnia preſentari prefate D. Abbatiſſe, nec aliquem ibidem recipi vel admitti, niſi illos, quos ſibi preſentatos D. Abbatiſſa duxerat admittendos. Inſuper etiam predictis Clericis ſuper dicta diffamatione perpetuum ſilentium imponi, & niſi fidem fecerunt, ſe forme legitime inſtitutos in predicta Eccleſia juſta illa, que ſuperius dicta ſunt; Petit eos per veſtram ſententiam removeri, & ſimiliter ſi predictus procurator denegat, recuſat adminiſtrationem dicte Eccleſie recognoſcere, ut predictum eſt, a predicta D. Abbatiſſa petit ipſum per ſententiam amoveri, petens predicta dictus Procurator dictis nominibus ſibi fieri per vos omni modo, via, jure & forma, quibus melius poteſt, una cum expenſis jam factis, quas ex nunc facit & exiſtimat quinquaginta ducatos, quam etiam de fiendis ſalvo ſemper dicto procuratori dictis nominibus jure addendi, mutandi, & corrigendi &c. Viſo igitur dicto libello coram nobis, ut premittitur producto, viſa litis conteſtatione, & juramento calumnie, viſis terminis & dilationibus datis ad probandum, viſis poſitionibus & articulis, & reſponſionibus ſuper eiſdem & atteſtationibus teſtium receptorum, ut dicta cauſa ac nonnullis inſtrumentis per dictum ſ. Manſium quibus ſupra nominibus productis de & ſuper unionem dicte Eccleſie S. Severi Monaſterio antedicto quibuſdam ſententiis poſtmodum ſuper hoc ſubſecuti, nec non proceſſu & in actis hujus cauſe aliiſque actis & agitatis in eadem, per que quidem omnia & ſingula liquide, & evidentiſſime nobis conſtat, predictam Eccleſiam S. Severi conjunctam & unitam fuiſſe, & eſſe Monaſterio S. Laurentii ſupradicto, & ad ipſum Monaſterium libere pertinere jure proprietatis & poſſeſſionis in omnibus & ſingulis in libello deductis & contentis, in termino igitur & hora dictis partibus per nos aſſignatis, & ipſis jam dictis partibus preſentibus & comparen-

ti-

tibus in judicio coram nobis, & dicto ſ. Maſio petenſem per nos ſententiam ferri, ad hanc noſtram diffinitivam ſententiam pro tribunali ſedentes proceſſimus in hunc modum, qui ſequitur in forma Chriſti nomine invocato, de cujus vultu prodeunt recta judicia, pro tribunali ſedentes in hiis ſcriptis diffinitive ſententiamus, ac ſententiando declaramus, predictum Monaſterium S. Laurentii fuiſſe, & eſſe in plena poſſeſſione omnium petitorum in dicto libello, clericosque capituli dicte Eccleſie S. Severi, ut ceſſent & deſiſtant a moleſtia & contradictione, & ut eidem D. Abbatiſſe, & ejus Conventui obedient in libello aductis per hanc noſtram ſententiam diffinitivam condepnamus. Item pronuntiamus & ſententiamus, quod predicti Clerici, & qui in futurum erunt ibi inſtituti, celebrent in futurum miſſas in dicto Monaſterio S. Laurentii, & conferant Eccleſiaſtica Sacramenta perſonis ibidem commorantibus, ipſamque Eccleſiam S. Severi pleno jure ſpectare, ad dictum Monaſterium S. Laurencii & ejus Capitulum, & conſtitutionem & remotionem procuratoris, ad D. Abbatiſſam dicti Monaſterii impoſterum libere pertinere, etiam pronuntiamus & ſententiamus, quod Clerici, qui inſtituendi erunt de cetero in Eccleſia antedicta, debeant ante omnia preſentari preſate D. Abbatiſſe, nec aliquem ibidem recipi nec admitti, niſi illos quos ſibi preſentatos D. Abbatiſſa duxit admittendos. Item ſententiamus & pronuntiamus, quod predicti Presbyteri & Clerici degentes, ad preſens in Eccleſia S. Severi, poſtquam eis innotuerit preſentem ſententiam latam eſſe, debeant feciſſe nobis fidem eorum, & cujuslibet eorum inſtitutione in Eccleſia ſupradicta, ipſamque Abbatiſſam in eorum ſuperiorem & Dominam recognoſcere, & obedire in omnibus & ſingulis in libello deductis. Alias ſi predicta non fecerint, & ſervaverint infra dies quindecim mediante ſequentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam ipſos privamus, & privatos pronuntiamus omni jure, quod in ipſa Eccleſia obtinerent, ipſosque Clericos, quos comperuimus temere litigaſſe, & eorum procuratorem nomine in expenſis in hac cauſa legitime factis condempnamus, quarum taxatione nobis impoſterum reſervamus. Adque omnia & ſingula predictos Clericos & Capitulum Eccleſie S. Severi & procuratorio nomine condempnamus omni modo & forma, quibus melius de jure poſſimus & debemus. Lecta, lata, & in ſcriptis ſententialiter pronuntiata promulgata fuit ſupraſcripta noſtra ſententia per nos Vicarium ſupradictum, ad banchum & juris, ut ſupra pro tribunali ſedentes, quam quidem ſententiam per infraſcriptum magiſtrum Johannem de Nivernis publicum Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notar. & dicti Epiſcopalis Curie Caſtellane ſcribam ſcribi & publicari mandamus, & ſigilli noſtri appenſione, quo utimur, fecimus communiri, ſub anno a Nativitate Domini milleſimo ccc. nonageſimo primo Indictione quartadecima, & die decimo ſeptimo menſis Martii Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Bonifatii divina providentia Pape IX. anno ſecundo preſentibus Rev. in Chriſto Patre Paulo Epiſcopo Emonenſi, nec non Venerabilibus & circumſpectis Viris Dominis Petro de Ancarano, & Eduardo de Tyanis legum egregiis doctoribus, & Johanne de Grioliis de Verona licentiato in decretis, & ſ. Leonardo de Benteregna D. N. Pape oſtiario teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Johannes de Nivernis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, dicteque Epiſcopalis Curie Caſtellane ſcriba ſupraſcripta diffinitive ſine lectione promulgatione, aliisque omnibus & ſingulis ſupradictis dum ſic ut premittitur per D. Antonium Vicarium & coram eo agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interſui, eaque propria manu ſcripta publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus una cum appenſione ſigilli Domini Vicarii ſupradicti in fidem & teſtimonium omnium premiſ-

miſsorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis communitionis ſupplementi, & conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum VIII. Kal. Julii Pontificatus Noſtri Anno ſexto.

Beneficiati Eccleſiæ S. Severi veniam poſtulantes ab Abbatiſſa S. Laurentii confirmant ſententiam Epiſcopi Caſtellani latam contra ipſos ad favorem ejusdem Abbatiſſæ.

1391. 30. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii Venetiarum.

IN Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo Indict. quartadecima die penultimo menſis Martii Venetiis in Contrata S. Severi in Sacriſtia loci, ſeu Monaſterii Monialium S. Laurentii preſentibus Nobilibus Viris D. Franciſco Bragadino q. D. Nicolai, Johanne Fuſcareno q. D. Franciſci, & Franciſco de Molino q. D. Rigi omnibus de dicta Contrata S. Severi, & aliis teſtibus ad infraſcripta vocatis ſpecialiter & rogatis. Cum lites diſcordie & queſtiones fuerint, & verſe ſint inter Ven. & religioſam Dominam D. Johannam Geno Dei gratia Abbatiſsam loci & Monaſterii S. Laurentii & Sindicos & procuratores ipſarum Dominarum Monialium & Capituli S. Laurentii ex una parte, & Presbyteros Marcum Marcello, Theodorum de Durachio, Johannem de Barri, & Andream de Scapuciis intitullatos, ſeu beneficiatos Eccleſie S. Severi de Venetiis & Capitulum ipſius Eccleſie ex altera parte. Super & de jure patronatus dicte Eccleſie S. Severi, & etiam ſuper & de facto recipiendi & acceptandi & refutandi Presbyteros, & alios Clericos ad titulos dicte Eccleſie repreſentantes & facientes totum Capitulum dicte Eccleſie S. Severi, & tandem lata fuerit ſententia in Curia Caſtellana a pauco citra, quod juspatronatus & refutatio & acceptatio ad titulos ipſius Eccleſie ſpectet & pertineat predicte D. Abbatiſse, & non ſolum ad predicta, ſed etiam ad alia plurima faciendum, prout convenit dicta ſententia lata in Curia Caſtellana, & predicti Presbyteri intitullati, ſeu beneficiati dicte Eccleſie S. Severi omnes concorditer fuerunt, ad obſtandum & contradicendum, ne dicta D. Abbatiſsa haberet dictum juspatronatus & alia jura, de quibus fit mentio in dicta ſententia & libello. Ideo predicti presbyteri in preſentia mei Notarii infraſcripti, & teſtium ſupraſcriptorum comparentes coram dicta Abbatiſsa poſtulaverunt & requiſiverunt, ab ipſa D. Abbatiſsa veniam & remiſſionem de eo, quod ipſi Presbyteri fuerunt ad litigandum & obſtandum ne adjudicarentur dicte D. Abbatiſse jura, de quibus fit mentio in dicta ſententia & libello, & ſuper multis aliis articulis, de quibus in libello pro parte Dominarum Monialium Capituli & Conventus S. Laurentii producto in Curia Caſtellana & ſententia lata poſtea ſuper contentis in dicto libello, de quibus omnibus contentis, tam in ſententia, quam in dicto libello predicti Presbyteri Capitulum & Conventus Eccleſie S. Severi aſseruerunt ſe habere plenam notitiam. Et ſcientes omnia & ſingula in dicta ſententia deducta dictis Dominabus Monialibus Capitulo & Conventui S. Laurentii de jure deberi & ſe obligatas fore ad omnia deducta in predicta petitio-

tione dictarum Dominarum Monialium & ſententia inde ſecuta, idcirco ex certa ſcientia, & non per errorem predicti Presbyteri & Capitulum volentes recognoſcere bonam fidem & non improbe ulterius litigare predicti Presbyteri, ipſam ſententiam cum omnibus & ſingulis in ea contentis approbaverunt & ratificaverunt. Renuntiantes omni appellationi & contraditioni per dictos Presbyteros, ſeu eorum nomine factis, quas ex nunc eſse voluerunt irritas & nullius valloris vel momenti, & maxime appellationi interpoſite pro parte dictorum presbyterorum & ſui Capituli Eccleſie S. Severi a predicta ſententia contra ipſas lata in Curia Caſtellana, ad Curiam Gradenſem, & quamlibet aliam expreſsa ſententia renuntiaverunt. Confirmantes predictam ſententiam latam in Curia Caſtellana tanquam juſtam rite & recte latam & conformem rationi. Quibus omnibus ſic auditis predicta D. Abbatiſsa dictam renuntiationem factam per dictos Presbyteros & appellationem dicte ſententie, cum contentis in ea expreſse acceptavit, de quibus omnibus, tam dicta Abbatiſsa, quam dicti Presbyteri rogaverunt me Notarium infraſcriptum, quod de predictis conficiam publicum inſtrumentum.

Ego Petrus q. ſ. Zambonini de Tibertinis, qui fuit de Bononia trahens originem, Civis & habitator Venetiarum in Contrata S. Severi publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius, & Officialis ad Officium Dominorum Capitaneorum poſtarum Venetiarum predictis omnibus & ſingulis preſens fui, & rogatus ſcribere ſcripſi, & in formam publicam redegi.

Bonifatius IX. decernit, ut Cappellani & Beneficiati Eccleſiæ S. Severi ab Abbatiſſa S. Laurentii electi, ſi eos inſtituere Epiſcopus Caſtellanus diſtulerit, Patriarchæ Gradenſi vel ejus Vicario inſtituendi præſententur.

G 1395. 24. Junii.

Ex Autographo in Tabulario Monaſterii.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Juſtis & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus eaque favoribus proſequimur opportunis. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum . . Abbatiſſe & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis nobis nuper exhibita continebat, quod licet ipſe ad Parrochialem Eccleſiam S. Severi Caſtellane Dioceſis & ejus beneficia, in quibus jus obtinent patronatus, cum illa vacare contingit, perſonas ydoneas loci ordinario, ut eas in eadem Eccleſia inſtituat, & ad minores ac Subdiaconatus Diaconatus & Presbyteratus ordines promoveat, obſervato juris ordine preſentare, ipſeque ordinarius perſonas eaſdem ſic preſentatas ſine aliqua contradictione admittere, & eas Eccleſie & beneficiorum hujuſmodi inſtituere in rectores, ac hujuſmodi ordines eis conferre, teneatur. Ita tamen interdum contigit, quod ipſe ordinarius hujuſmodi perſonas, ſic ei per eaſdem Abbatiſſam & Conventum preſentatas admittere, & in Eccleſie & beneficiorum hujuſmodi rectores inſtituere, ac hujuſmodi ordines eis conſerre recuſat indebite & injuſte, propter que Abbatiſſa & Conventus predicte opprimuntur plurimum & gravantur. Quare pro parte ipſarum Abbatiſſe, & Conventus no-

nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hiis eis providere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur ſuper premiſſis paterna diligentia providere cupientes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia tenore preſentium ſtatuimus & etiam ordinamus, quod ſi predictus ordinarius pro tempore exiſtens easdem perſonas, ad hoc ydoneas ei per easdem Abbatiſſam & Conventum communiter vel diviſim, prout ad eas pertinuerit, ut prefertur, preſentatas admittere, & eas in ejusdem Eccleſie & beneſitiorum Rectores & Miniſtros inſtituere, ac predictos ordines eis conferre, Canonico impedimento ceſſante, diſtulerit, cum debita reverentia requiſitus, ex tunc Venerabilis Frater noſter ... Patriarcha Gradenſis pro tempore exiſtens, ſeu ejus in ſpiritualibus Vicarius ea vice loco dicti Ordinarii hujusmodi in preſentatas perſonas, ſi aliud Canonicum non obſtiterit, auctoritate preſentium admittat, & eas in ejusdem Eccleſie & beneſitiorum, ad que per easdem Abbatiſſam & Conventum communiter vel diviſim, prout ad eas pertinuerit, preſentate fuerint, ut prefertur, inſtituat in Rectores, quodque dictus Patriarcha, ſeu quivis alius antiſtes gratiam & communionem Sedis Apoſtolice habens per easdem Abbatiſſam & Conventum, ad hoc eligendus hujusmodi ordines eisdem perſonis ſtatutis a jure temporibus conferre valeat, contradictione qualibet ac conſtitutionibus ordinationibus & indultis Apoſtolicis ſtatutis & conſuetudinibus, & aliis contrariis non obſtantibus quibuscunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum VIII. Kal. Julii Pontificatus Noſtri anno ſexto.

Bonifatius IX. Beneſitiatos Eccleſiæ S. Severi Venetiarum a juriſdictione Epiſcopi Caſtellani eximit, & Sanctæ Sedi immediate ſubiicit, decernens, ut electi impoſterum ab Abbatiſſa S. Laurentii per Patriarcham Gradenſem inſtituantur.

1399. 20. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis & Clericis beneſiciatis in curata & collegiata Eccleſia S. Severi de Venetiis Caſtellane Dioceſis (1) Salutem & Apoſto'icam benedictionem exigit veſtre devotionis ſinceritas qua nos & Romanam Eccleſiam reveremini ut eo vobis favore benivolo concedamus per que quieti & tranquillitati veſtre ſalubriter conſulatur. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vos & quemlibet veſtrum, & ſucceſſores veſtros

V 2

(1) Iis temporibus Eccleſia S. Severi Collegiata erat, duosque habebat Presbyteros, Diaconum & Subdiaconum, quorum aliquo cedente, vel decedente per Capitulum alius eligebatur, deinde electionem ſeu nominationem Abbatiſſæ S. Laurentii præſentabant, rogantes, ut ipſam electionem ſeu nominationem dignaretur admittere; exemplum ex Archivo Monaſterii, in quo authographum aſſervatur, exhibeo.

ſtros & Eccleſiam S. Severi de Venetiis Caſtellane Dioceſis que de jure dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſe, monialium, & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti dicte Dioceſis, & eidem Monaſterio ſubjecta exiſtit, ab omni juriſdictione & poteſtate Ven. Fratris Noſtri Epiſcopi Caſtellani, qui nunc eſt, & pro tempore erit, & quorumcunque aliorum ordinariorum, & judicum auctoritate Apoſtolica tenore preſentium eximimus & totaliter liberamus, ac ſub Beati Petri & Sedis Apoſtolice, ac ejuſdem Romane Eccleſie protectione ſuſcipimus atque noſtra, ac exemptos & liberos eſſe volumus & immunes, nobiſque, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Canonice intrantibus, & dicte Sedi immediate ſub eſſe, jure tamen quod preſcriptum Monaſterium ſeu Abbatiſſa & Conventus ejuſdem in vobis, & dicta S. Severi Eccleſia habere dicuntur, ipſis ſemper ſalvo. Et quia, ut aſſeritis, beneficia veſtra Eccleſiaſtica in dicta Eccleſia S. Severi ſunt adeo in redditibus exilia, quod vobis & ſucceſſoribus veſtris predictis redderetur difficile valde & oneroſum pro ſingulis inſtitutionibus, collationibus, ſeu confirmationibus faciendis perſonis quarumdam ſingula beneficia Eccleſiaſtica pro tempore vacantia in dicta Eccleſia preſentari, ſeu eligi contingerit pro ipſorum beneſitiorum collatione, ad Sedem predictam habere recurſum, volumus & de uberioris dono gratie auctoritate predicta concedimus, quod Ven. Frater noſter Patriarcha Gradenſis, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, vel ejus Vicarius Generalis in ſpiritualibus per ſe vel alium, quem in ejus abſentia ad hoc duxerit deputandum, cum ipſa beneficia ſint electiva, electiones ad beneſitia vacantia in dicta Eccleſia S. Severi Canonice, & de perſonis idoneis per vos factas ad preſentationem dictarum Abbatiſſe & Conventus auctoritate predicta confirmare, & ipſos, ſic electos & preſentatos in beneſitiis ipſius Eccleſie, ad que electi fuerint & preſentati, inſtituere & ipſis curam Parochianorum ipſius Eccleſie S. Severi committere, nec non litteras dimiſſorias pro ordinibus etiam ſacris ſuſcipiendis vobis & cuilibet veſtrum concedere debeant auctoritate predicta felicis recordationis Innocentii Pape III. predeceſſoris noſtri, & qualibet alia conſtitutione Apoſtolica, nec non ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſie S. Severi & Monaſterii S. Laurentii predictorum in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque, decernimus inſuper omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias, quas contra vos aut Eccleſiam hujuſmodi contra preſentium litterarum tenorem promulgari, & quicquid aliud in contrarium a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptari contigerit, irritas & inanes, ac irritum & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre exemptionis, liberationis conceſſionis, voluntatis, & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum XIV. kal. Octubris Pontificatus noſtri Anno decimo.

In Chriſti Nomine Amen Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto Indictione quarta die vigeſimo ſexto menſis Aprilis Venetiis in contrata S. Severi in domo habitationis Gregorii Subdiaconi dicte Eccleſie Congregato ibidem Capitulo dicte Eccleſie occaſione infirmitatis predicti Gregorii Subdiaconi. Preſentibus providis Viris ſ. Zanino Ravaguano q. D. Benintendi, ſ. Bartholomeo aculteliis q. ſ. Anthonii, & ſ. Nicoleto de Bonincontro Notario omnibus tribus de Contrata S. Severi teſtibus ad infraſcripta vocatis ſpecialiter & rogatis, & aliis. Ibique diſcreti & honeſti Viri Presb. Theodorus & Gregorius Subdiaconus, ambo Eccleſie S. Severi de Venetiis

ſtis conſtituentes & facientes majorem partem Capituli Eccleſie antedicte, cum nullus alius ſit in dicto Capitulo unanimiter & concorditer elegerunt, & nominaverunt Presb. Johannem de Bernaria habitatorem Venetiarum in contrata S. Marci ad Presbyteralem titulum dicte Eccleſie S. Severi, vacantem per promotionem Andree de Scapuciis, olim Presbyteri predicte Eccleſie. Et conſtituerunt predicti Theodorus Presb. & Gregorius Subdiaconus Procuratorem eorum honeſtum & prudentem Virum D. Presb. Johannem de Baxilio Vicarium Eccleſie S. Bartholomei Caſtellane Dioceſis, & Capellanum D. Ducis Venetiarum, ad preſentandum hujusmodi eorum electionem, ſeu nominationem juxta morem Ven. & religioſe D. D. Johanne Genno Dei gratia Abbatiſſe Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Caſtellane Dioceſis, & ad ſupplicandum dicte D. Abbatiſſe, quod ipſam dictam eorum electionem ſeu nominationem dignetur admittere. Promittentes firmum & ratum mihi Bartholomeo Notario infraſcripto habere tenere quicquid per dictum eorum procuratorem actum & procuratum fuerit in premiſſis, & circa premiſſa, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum mobilium & immobilium, & dicti ſui capituli ypotecha.

Ego Bartholomeus filius q. ſ. Thomaſii de Thomaſio de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius ſupraſcriptis omnibus interſui, & rogatus ſcripſi, & publicavi.

Boniſatius IX. decernit, ut Capellani & Beneficiati Eccleſiæ S. Severi per Abbatiſſam S. Laurentii admiſſi, ſint eo ipſo authoritate Apoſtolica inſtituti.

1401. 27. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad ea que Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum ſtatum proſperum reſpiciunt, libenter intendimus, illaque favoribus proſequimur opportunis. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſe & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis nobis nuper exhibita continebat, quod in Eccleſia S. Severi de Venetiis dicte Dioceſis, que predicto Monaſterio Canonice unita & ſubjecta exiſtit, talis conſuetudo obſervatur, quod quocienscunque aliquod beneficium in Eccleſia ipſa vacare contigit, dilecti Capitulum ipſius Eccleſie ydoneam perſonam, ad beneficium hujusmodi eligunt, ac hujusmodi electum dicte Abbatiſſe preſentant, idemque electus per hujusmodi Abbatiſſam admiſſus Epiſc. Caſtellano preſentatur, qui eum inſtituere tenetur & ſi idem Epiſcopus id recuſaverit, Patriarche Gradenſi pro tempore exiſtenti preſentatur, & ad hujusmodi beneficium inſtituitur per eumdem. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, inſtitutio hujusmodi propter premiſſa quandoque retardetur in dicte Eccleſie, ac perſonarum Eccleſiaſticarum in ea altiſſimo famulantium incommodum & gravamen, pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis & dicte Eccleſie ſuper hoc de opportuno remedio de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica tenore preſentium ex certa ſcientia ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris tempo-

po-

poribus quocieſcunque aliquam perſonam ad quodcunque beneſitium dicte Eccleſie per hujuſmodi Capitulum electum eidem Abbatiſſe preſentari, & per ipſam Abbatiſſam admitti contigerit, ut prefertur, hujuſmodi perſona ad beneſitium hujuſmodi ſit eo ipſo auctoritate Apoſtolica inſtitutus, & per Epiſcopum vel Patriarcham predictos ſe inſtitui facere minime teneatur, ut prefertur, eiſdem Epiſcopo & Patriarche, & quibusvis aliis diſtrictius inhibentes ne contra preſentium tenorem venire, ſeu quicquam attemptare quoquo modo preſumant, ac decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre ſtatuti ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum vi. Kalendas Junii Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Dux & Dominium Venetiarum decernunt, ne Epiſcopus Caſtellanus ſe ingerat de Capellanis S. Severi, niſi ut eos de aliquo gravi delicto puniat, vel ut ad ſatisfaciendum creditoribus compellat.

H 1401. 21. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii.

Milleſimo quadringenteſimo undecimo die xxi. Aprilis in Palatio in Camera Sereniſs. Dom. Ducis. Pro parte Ven. Domine Clare Gradonico Abbatiſſe & ceterarum Monialium Monaſterii & Conventus S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti, comparuerunt coram Sereniſs. Principe & Excellentiſs. D. D. Michaele Steno Dei gratia Inclito Duce Venetiarum &c. & infraſcriptis ſuis Conſiliariis, quamplures Nobiles attinentes dicte D. Abbatiſſe & Monialium, & aliqui Parochiani Eccleſie S. Severi de Venetiis ſubjecte dicto Monaſterio & Conventui S. Laurentii implorantes favorem & auxilium dicti Illuſtriſs. Domini Ducis & Incliti Dominii, ut Rev. in Chriſto Pater Dom. Franciſcus Bembo Epiſcopus Caſtellanus non ſe intromittat, nec impediat de Eccleſia Presbyteris Clericis & beneficiatis dicte Eccleſie S. Severi contra tenorem & formam privilegiorum & bullarum Apoſtolicarum D. Abbatiſſe, Monaſterio, & Conventui S. Laurentii, & ipſi Eccleſie ſeu Capitulo S. Severi Presbyteris, Clericis, beneficiatis ipſius Eccleſie conceſſarum per Summos Pontifices temporibus retroactis, & ſpecialiter per Sanctiſs. memorie Papam Bonifatium anno ſui Pontificatus decimo & duodecimo, in quibus inter alia expreſſe cavetur, quod dicta Eccleſia S. Severi Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi Clerici & beneficiati in dicta Eccleſia ſunt ſubjecti Abbatiſſe Monialibus & Conventui Monaſterii S. Laurentii predicti; Et dicta Eccleſia Presbyteri, & alii ſupranominati ſunt & eſſe debent exempti, & totaliter liberati ab omni juriſdictione & poteſtate D. Epiſcopi Caſtellani & ſucceſſorum ſuorum, & quorumcunque aliorum ordinariorum, & judicum & ſuſcepti & poſiti ſub protectione Beati Petri & Sedis Apoſtolice. Ultraque electio beneficiatorum in di-

dicta Eccleſia S. Severi ſpectat ad Capitulum dicte Eccleſie, & confirmatio atque privatio D. Abbatiſſe predicte, aliaque etiam continentur in dictis, & aliis bullis Apoſtolicis ampliantia juriſdictionem dicti Monaſterii S. Laurentii in dicta Eccleſia S. Severi. Ad que Rev. Pater D. Epiſcopus Caſtellanus reſpondit, quod ſue intentionis, nec voluntatis non eſt, nec unquam fuit facere, ire, querere, nec attentare aliquid quod ſit contra bullas Apoſtolicas, vel contra mandatum & voluntatem Sedis Apoſtolice, nec querit, nec intendit querere aliquid, quod ſit in diminutionem, jurisdictionum, & libertatum D. Abbatiſſe Monialium & Conventus S. Laurentii, ſed ſimiliter ſue voluntatis & intentionis eſt, conſervare & manutenere jura jurisdictiones & libertates Epiſcopatus Caſtellani, in quantum poteſt, & debet de jure, & quia dicta Eccleſia S. Severi eſt de Dioceſi Caſtellana videbitur ſue paternitati, quod cum preſervatione anime & conſcientie ſue tanquam ſuperior & principalis Dioceſanus non poterat aliter facere, quam Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos & alios beneficiatos dicte Eccleſie S. Severi, qui delinquiſſent vel delinquerent punire & corrigere ſervato juris & honeſtatis ordine, quia impuniti tranſire non debent. Etiam non eſt honeſtum nec conveniens, quod D. Abbatiſſa & Moniales S. Laurentii faciant, nec ſe impediant de punitione dictorum Presbyterorum Clericorum & beneficiatorum in dicta Eccleſia S. Severi. Quibus ambabus partibus auditis & intellectis, & conſiderata continentia privilegiorum, & bullarum Apoſtolicarum productorum pro parte D. Abbatiſſe & Monaſterii S. Laurentii & Capituli Eccleſie S. Severi continentibus, ut ſupraſcriptum eſt. Attenta etiam, & conſiderata honeſta allegatione & reſponſione prefati Rev. in Chriſto Patris D. Epiſcopi Caſtellani, prelibatus Sereniſs. Dominus Dux de Conſilio, conſenſu, & deliberatione omnium ſuorum conſiliariorum & capitum de quadraginta infraſcriptorum dixit & declaravit prefato D. Epiſcopo ibi preſenti, & quampluribus nobilibus ibi exiſtentibus pro parte D. Abbatiſſe Monialium & Conventus S. Laurentii, & Eccleſie S. Severi, quod conveniens atque honeſtum eſt, & ſic videtur ſuo Ducali Dominio eſſe per utramque partem obſervandum videl. quod prefatus D. Epiſcopus ſe habeat impedire ſolummodo in his duobus caſibus vid. quod ſi aliquis. Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel Clericus beneficiatus in dicta Eccleſia S. Severi perpetraverit, vel perpetrabit aliquid enorme delictum, punitio ſpectare & fieri debeat per D. Epiſcopum Caſtellanum, & ſimiliter ad ipſum D. Epiſcopum, & ad Curiam ſuam ſpectet miniſtrare jus creditoribus vid. habere debentibus pecuniam ab aliquo Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, vel Clericorum beneficiatorum in dicta Eccleſia S. Severi, & de nulla alia re, nec in alio caſu vel materia, queque ſit, dictus D. Epiſcopus debeat, nec habeat ſe impedire de Eccleſia S. Severi, nec de Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Clericis beneficiatis in dicta Eccleſia, cum non ſit dubitandum, imo pro conſtanti tenendum, quod D. Abbatiſſa & Moniales S. Laurentii diligenter, vigilanter atque ſolicite provident, atque providebunt ad omnia, que concernant divinum cultum, honeſtatem cleri dicte Eccleſie, & familie dicte Cleri, & omnia alia opportuna in Eccleſia predicta S. Severi, concludendo, quod ſupraſcripta dicta & declarata eſſent, & obſervari deberent per utranque partem. Sed tamen, quod propter obſervantiam eorum non derogetur jurisdictionibus & libertatibus D. Abbatiſſe & Monaſterii S. Laurentii & Eccleſie S. Severi contentis in ſuis privilegiis & bullis Apoſtolicis, nec ſimiliter derogaretur propter obſervantiam predictorum juribus & jurisdictionibus Epiſcopatus Caſtellani. Cui declarationi & voluntati dicti Ducalis Dominii prefatus D. Epiſcopus Caſtellanus, & exiſtentes ibi pro Domina Abbatiſſa & Monaſterio S. Laurentii & Eccleſia S. Severi aſſenſerunt reverenter hanc eſſe ſanctam & bonam de-

deliberationem, & offerentes ac promittentes, quod obſervabitur ſicut per dictum Illuſtriſs. Dominum Ducem & ejus Ducale Dominium declaratum & determinatum eſt, que quidem prefatus Inclitus Dominus Dux mandavit ad futurorum memoriam Notari, & ſcribi in actis ſue Cancellarie majoris Curie, & utrique parti copiam dari pro earum informatione.

Conſiliarii fuerunt infraſcripti Nobiles vid.

ſ. Heuſtachius Cauco.
ſ. Hermolaus Lambardo.
ſ. Franciſcus Ghirardo.
ſ. Nicolaus Delphino.
ſ. Andreas Zane.
ſ. Marcus Juſtinianus q. ſ. Orſatti.

Capita de XL. *fuerunt infraſcripti Nobiles.*

ſ. Donatus Barbadico.
ſ. Marcus Herizo.
ſ. Andreas Mocenigo.

Martinus Epiſcopus Mothonenſis Exequtor Apoſtolicus a Martino Papa V. delegatus ſententiam jampridem ab Epiſcopo Cenetenſi latam, ad favorem Monialium S. Laurentii ſuper Eccleſia S. Severi Apoſtolica authoritate confirmat.

I 1428. 27. Novembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Laurentii.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octavo Indictione ſexta menſis Novembris die vigeſimaſeptima Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris & D. D. Martini Divina Providentia Pape quinti. Coram Rev. in Chriſto Patre & D. D. Martino Dei gratia Epiſcopo Mothonenſi Executore ad infraſcripta per Sanctiſſimum D. Noſtrum D. Martinum Papam quintum ſpecialiter deputato comparuit Vir providus ſ. Dominicus q. Petri Michael de Venetiis tamquam procurator & procuratorio nomine Monialium & Conventus S. Laurentii de Venetiis Caſtellane Dioceſis, ut de dicto procuratorio patet manu Rolandini de Bernardis q. ſ. Petrini de Parma publici Imperiali auctoritate Notarii in MccccXXVII. Indictione quinta menſis Martii die quartadecima habens licentiam & auctoritatem vigore hujus procuratorii omnia ſpecialiter & ſingula infraſcripta peragendi, & preſentavit quaſdam bullas Apoſtolicas ipſius Sanctiſs. Dom. Martini, ejuſque vera bulla plumbea, cum cordula canapis impendentis more Romane Curie bullatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes ſubſequentis tenoris Videlicet: Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri . . . Epiſcopo Mothonenſi Venetiis Caſtellan. Dioc. commoranti Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Humilibus ſupplicum votis, illis preſertim que a rationis tramite non diſcordant, libenter annuimus, eiſque quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filia-

ſiliarum .. Abbatiſſe & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Diocefis peticio continebat, quod olim poſtquam dictum Monaſterium quadraginta annos, & amplius Eccleſiam S. Severi prope Monaſterium prefatum pacifice & quiete poſſederat, Abbatiſſa, que tunc erat Monaſterii predicti contra quoſdam ejuſdem Eccleſie vicinos, qui Monaſterium ipſum ſuper dicta Eccleſia de facto moleſtabant, fel. rec. Innocentii Pape III. predeceſſoris noſtri ſuper hiis ad Venerabilem Fratrem Noſtrum .. Epiſcopum Cenetenſem ejus proprio nomine non expreſſo in communi forma litteras impetravit, ipſoſque vicinos, qui tempore impetrationis litterarum hujuſmodi, & etiam hunc Monaſterium predictum ſuper eadem Eccleſia moleſtare non deſinebant, fecit ipſarum litterarum vigore coram bone memorie Mattheo Epiſcopo Cenetenſi ad judicium evocari, qui legitime juris ordine ſervato in hujuſmodi cauſa procedens difinitivam pro Abbatiſſa & Monaſter. predictis, ac contra eoſdem vicinos ſententiam promulgavit, per eam inter alia inhibendo vicinis ipſis ſub excommunicationis pena ne Abbatiſſam & Conventum prefatas contra ipſius tenorem ſententie ſuper dicta Eccleſia, vel ejus occaſione moleſtarent quoquomodo, quam quidem ſententiam predictus predeceſſor, ſicut rationabiliter lata, nec legitima appellatione ſuſpenſa fuerat, per alias ſuas litteras duxit confirmandam. Quare pro parte ipſarum Abbatiſſe, & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſententiam & confirmationem predictas pocioris apoſtolici roboris preſidio fulcire de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi & poſtquam, vocatis qui fuerint evocandi, tibi de dicta ſententia legitime conſtiterit, illam ſicut juſte prolata eſt, & quecunque inde ſecuta auctoritate apoſtolica approbes & confirmes, ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſitan in proceſſu intervenerint antedicto, facIaſque ſententiam ipſam, prout juſtum fuerit, eadem auctoritate appellatione remota firmiter obſervari. Datum Genezani (1) Peneſtrin. Dioc. III. Id. Julii Pontificatus noſtri Anno undecimo. Quas quidem litteras Apoſtolicas prefatus D. Epiſcopus Mothonenſis executor cum ea, qua decuit, reverentia recepit, offerens ſe velle exequi mandata Apoſtolica, prout in ipſis continetur, & ellegit ſibi immediate locum pro hujuſmodi cauſa proſequenda domum habitationis ſue, ac Ven. Virum Fr. Nicolaum ipſius Domini Executoris Capelanum in preſenti cauſa nuntium juratum, qui tactis ſcripturis juravit ad ſacra Dei Evangelia omnia & ſingula, que in hujuſmodi cauſa fuerint ſibi per dictum Dominum Executorem mandata ſe facere & diligenter adimplere, nec non & me Notarium infraſcriptum in notarium ſuum ſuper hac cauſa ellegit, & ſubſequenter idem Procurator, quo ſupra nomine eidem D. Epiſcopo executori porrexit libellum, & petitionem infraſcripti tenoris, nec non quaſdam bullas apoſtolicas ſancte memorie Domini Innocentii Pape tertii, ac quamdam ſententiam ipſarum litterarum apoſtolicarum vigore latam & confirmatam, quorum libelli, bullarum, & ſententie tenor talis eſt, & ſic incipit: Coram vobis Rev. in Chriſto Patre, & D. Martino Dei gratia Epiſcopo Mothonenſi executore apoſtolico ad infraſcripta per Santiſ. in Chriſto Patrem, & Dom. Noſtrum D. Martinum Papam Quintum ſpecialiter deputato, ut patet ejus vera bulla veſtre P. preſentata, Dominicus q. ſ. Petri Michael de Venetiis tanquam procurator & procuratorio nomine Ven. Clare Gradenico ad preſens Abbatiſſe, necnon Monaſterii & Conventus S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis narrat atque exponit dicens, quod licet Eccleſia S. Severi de Venetiis Caſtellane Dioceſis cum omnibus ad eamdem pertinentibus ab antiquo, & a tanto tempore citra, quod non eſt memoria in contrarium, ſemper ſpectaverit & pertinuerit Abbatiſſe pro tempore, ac monaſte-

(1) Genezanum Oppidum haud procul ab urbe Roma nobiliſſimæ Familiæ Columne feudum; in quo prodigioſa colitur Deiparæ Virginis imago vulgo *del buon Configlio* in Eccleſia Fratrum Heremitarum honorifice collocata.

rio predictis, ac inſtitutio & deſtitutio clericorum in ea, & ordinatio & diſpoſitio ejusdem Eccleſie S. Severi & omnibus ad ipſam pertinentibus ipſis Abbatiſſe pro tempore & monaſterio competiſſet, prout competit de preſenti, Nihilominus tamen alias de anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo octavo quidam parochiani tunc ipſius Eccleſie S. Severi, videlicet D. Marinus ſuperantius, Marinus Babilono, Marcus Baſadelo, Johannes Viviano vicini & parochiani ipſius Eccleſie S. Severi, & Jacobus Viadro eorum procurator Dominam Abbatiſſam tunc & Monaſterii S. Laurentii predicti moleſtabant & inquietabant, ac alias impediebant & impedire conabantur, ne Domina Abbatiſſa tunc & Monaſterii S. Laurentii clericos in prefata Eccleſia pacifice inſtitueret, nec inſtitutos per Abbatiſſam, tunc ibi morari vel divinum officium celebrare, nec ipſam Abbatiſſam beneficia ipſius Eccleſie percipere, vel de ea Eccleſia ſecundum ſuum velle, & juſtitiam diſponere permittebant, de quo Abbatiſſa tunc & Monaſterii ſentientes ſe gravari, cauſam per ſancte memorie D. Innocentium Papam tertium Rev. Patri ... tunc Epiſcopo Cenetenſi obtinuit committi appellatione remota debito fine terminandam, prout per bullas ipſius Domini Innocentii a parte conſtat, cujus quidem commiſſionis vigore vocatis dictis vicinis & parochianis idem D. Epiſcopus Cenetenſis habita plena fide tunc quod Abbatiſſa & Monaſterium dictam Eccleſiam S. Severi per L. annos & ultra pacifice & quiete poſſederat, ac clericos in eadem conſtituerat & deſtituerat, & oblationes & beneficia ipſius Eccleſie S. Severi ſecundum ſuum beneplacitum percepiſſet, & clericis diſtribuiſſet, ac de eadem Eccleſia ordinaſſet, per ſuam difinitivam ſententiam pronunciavit ipſam Eccleſiam S. Severi cum omnibus ad eamdem pertinentibus ad ipſam Abbatiſſam & Monaſterium pertinere, & inſtitutionem & deſtitutionem clericorum in ea & ordinationem & diſpoſitionem ejusdem Eccleſie S. Severi, & omnium ad ipſam pertinentium prelibate Abbatiſſe & Monaſterio competere, ac mandans & percipiens ſub pena & in terminatione excommunicationis vice Domini predicti Pape Innocentii antedicti prelibato Marino Superantio & ſociis ac ipſorum procuratori, videlicet Jacobo Viadro eorum nomine, ne prelibatam Abbatiſſam tunc & Monaſterii ſuper prenominata Eccleſia S. Severi, vel aliquibus oblationibus, aut aliis ad ipſam Eccleſiam pertinentibus aliquo modo vel occaſione moleſtarent, vel inquietarent, ſed dimitterent ſepedictam Abbatiſſam, tunc & Monaſterii cuique committere ſupraſcriptam Eccleſiam S. Severi libere, & pacifice habere & tenere, & de ea diſponere ac ordinare, prout in inſtrumento late ſententie tunc plenius continetur. Que quidem ſententia per eumdem Dominum Innocentium Papam in, ut patet, ſua pendenti vera bulla plumbea extitit auctoritate apoſtolica confirmata. Quapropter ut jura & juriſdictiones ipſius Abbatiſſe ac Monaſterii erga prefatam Eccleſiam S. Severi & clericos ibidem propterea inſtituendos & deſtituendos, ut omnia in dicta ſententia ſine diminutione obſerventur, obtinuit antedicta D. Clara Abbatiſſa Monaſterii S. Laurentii per Sanctiſſ. Dom. Noſtrum D. Martinum Papam Quintum paternitati Veſtre, committi, quatenus ſi de dicta ſententia conſtiterit legitime illata, ſicut juſte prolata eſt, & quecumque inde ſecuta auctoritate apoſtolica approbaretis, & confirmaretis ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan in proceſſu interveniſſet tunc, ac facietis ſententiam ipſam firmiter obſervari, prout in bulla plumbea ipſius Domini Noſtri Pape per ipſum Dominicum procuratorem, quo ſupra nomine, veſtre Paternitati preſentata plenius continetur. Quare procurator & procuratorio nomine quo ſupra petit predictus Dominicus per R. P. Veſtram ſententiam ipſam auctoritate apoſtolica confirmari & approbari ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan interveniſſent tempore proceſſus facti in prolatione ipſius ſententie, ac etiam ut illam faciatis ab omnibus firmiter obſervari, ita & taliter quod perpetuo inſtitutio & deſtitutio fiat per ipſam Dominam Abbatiſſam ſine lite & ſine cauſe cognitione, & aliqua figura juditii

cum

cum invocatione & preſidio brachii ſecularis ſi neceſse fuerit, & alios decernere proceſsus in forma debita, ut jus & juriſdictio ipſorum Abbatiſse Monaſterii & Conventus Monaſterii S. Laurentii perpetuo obſervetur cum proteſtatione addendi, minuendi, ut moris eſt &c. Tenor quidem bulle commiſſionis talis eſt, & ſic incipit:

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Vener. Fratri Cenetenſi Epiſc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem ex parte in Chriſto dilecte filie Abbatiſse S. Laurentii de Venetiis in auditorio fuit veſtro propoſitum. Quod cum Monaſterium ſuum Eccleſiam S. Severi proximo poſitam per quadraginta annos amplius pacifice poſsederit, & quiete, quidam vicini ejuſdem Eccleſie volentes eam illi adimere, ſuper ea contra juſtitiam monaſterium ſuum moleſtare non deſinuerit. Quo circa fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, ſi, ut ſuperius dictum eſt, rem ſic ſe habere conſtiterit dictos vicinos ab ejus indebita moleſtatione per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcas. Data Rome apud S. Petrum Id. Maii Pontificatus Noſtri Anno primo. Tenor quidem ſententie ſic incipit:

Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo octavo Indictione prima die tertia intrante octobri in preſentia Ugonis ... Dominici Barbadico, & Zaneti Notarii, Paganoti Tigne, Petri Montanini, & aliorum. Dominus Mattheus Cenetenſis Epiſcopus ex commiſſione Domini Pape Innocentii ſecundum quod ego Steveia Notarius ex litteris predicti Domini Pape, & ejus ſigillo ſive bulla ſigillatis vidi & intellexi, Cognoſcens de cauſa, que vertitur inter Dominam Abbatiſſam S. Laurentii de Venetiis & Magiſtrum Federicum ejus & predicte Eccleſie Sindicum & Marinum Superantium, & Marinum Babilonium & Marcum Baſadelum, & Johannem Vivianum vicinos & parochianos Eccleſie S. Severi & Jacobum Viadrum procuratorem eorum hanc ſubpoſitam dedit in ſcriptis, & promulgavit ſententiam. In Nomine Domini Ego Mattheus Cenetenſis Epiſcopus ex commiſſione & mandato Domini Pape Innocentii. Cognoſcens de cauſa que vertitur inter Dominam Abbatiſſam Monaſterii S. Laurentii, & Magiſtrum Federicum Sindicum predicti Monaſterii & Abbatiſſe pro ipſo Monaſterio, & Marinum Superantium, & Marinum Babilonium & Marcum Baſadelum & Johannem Vivianum vicinos & parochianos Eccleſie S. Severi & Jacobum Viadro procuratorem eorum cum predicta Domina Abbatiſſa Monaſterii S. Laurentii & ejus ſindicus Magiſter Federicus proponerent & dicerent Eccleſiam S. Severi ad predictum Monaſterium S. Laurentii cum omni jure pertinere, & inſtitutionem Clericorum, & deſtitutionem in predicta Eccleſia ei omnimode competere, conquereretur etiam per dictos ipſam Abbatiſſam & ejus Monaſterium ſuper jamdicta Eccleſia S. Severi moleſtare & inquietare, nec ſinere eam Abbatiſſam Monaſterii S. Laurentii clericos in prefata Eccleſia pacifice inſtituere, nec inſtitutos per eam Abbatiſſam ibi demorari, vel divina celebrare, vel eamdem Abbatiſſam beneficium ipſius Eccleſie percipere, vel de ea Eccleſia ſecundum ſuum velle & juſtitiam diſponere & ordinare. Et econtra predicti ſcilicet Marinus Superantius & Marinus Babilonius & Marcus Baſadelus & Joannes Vivianus, & Jacobus Viadrus procurator eorum proponerent, & dicerent ſepedictam Eccleſiam S. Severi in nullo prenominate Abbatiſſe vel Monaſterii debere ſubjacere, nec aliquo modo eidem de jure pertinere, viſis & auditis partium rationibus & diligenter inſpectis, habito quoque ſapientis conſilio, cum mihi per idoneos teſtes a prefata Abbatiſſa & ejus ſindico Magiſtro Federico ſufficienter probatum ſit, & oſtenſum ſepedictam Abbatiſſam & Monaſterium prenominatum Eccleſiam S. Severi per quinquaginta annos & plus pacifice & quiete poſſediſſe, & clericos in eadem Eccleſia inſtituiſſe, & deſtituiſſe, & oblationes & benefitium ipſius Eccleſie S. Severi ſecundum ſuum beneplacitum percepiſſe, & clericis diſtribuiſſe, & de eadem Eccleſia ordinaſſe & diſpoſuiſſe, pronuntio ipſam Eccle-

ſiam S. Severi cum omnibus ad eamdem pertinentibus ad ipſam Abbatiſſam & Monaſterium pertinere, & inſtitutionem & deſtitutionem clericorum in ea, & ordinationem & diſpoſitionem ejusdem Eccleſie S. Severi, & omnium ad ipſam pertinentium prelibate Abbatiſſe & Monaſterio competere, & ſub pena & in terminatione excommunicationis vice prediéti Dom. Pape Innocentii ſepedictis Marino Superantlo, Marino Babilonio, Marco Baſadelo, Johanni Viviano, & Jacobo Viadro ſtatuo & ſententialiter diffinio, ne prelibatam Abbatiſſam vel monaſterium ſuper prenominata Eccleſia S. Severi, vel aliquibus oblationibus, vel aliis ad ipſam Eccleſiam pertinentibus aliquo modo vel occaſione moleſtent, vel inquietent, ſed dimittant ſepedictam Abbatiſſam & Monaſterium, & cuicumque commiſerit ſuprascriptam Eccleſiam Sancti Severi libere & pacifice habere & tenere, & de ea & omnibus ad ipſam ſpectantibus & pertinentibus, tam oblationibus quam aliis, prout voluerit diſponere & ordinare. Actum in caſtro de portu buffoledi in domo dominicali dicti Dom. Epiſcopi. Ego Scovela ſacri Palatii Notarius, & ipſius ſententie confirmationis talis tenor eſt, videlicet:

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto filiabus Tende Abbatiſſe & Conventui S. Laurentii de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, qnod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem offitii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Chriſto filie veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſententiam per Ven. Fratrem Noſtrum Cenetenſem Epiſcopum in cauſa, que vertebatur inter Monaſterium veſtrum ex una parte, & vicinos Eccleſie S. Severi & Jacobum Vidrum procuratorem eorum ex altera, ſuper ipſa Eccleſia S. Severi prolatam, ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpenſa, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.. Data Laterani 21. Idus Julii Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Quibus ſic preſentatis idem D. Epiſcopus executor ſtatuit tantum dicto procuratori ad audiendum reſponſum ſuum pro die lune proxime futura ad horam mediarum tertiarum preſentibus Venerabilibus Viris Dom. Presbyteris Joanne Manſionario Eccleſie S. Vitalis de Venetiis, Antonio Rectore ſcholarum manſionario S. Samuelis & Andrea Diacono titulato Eccleſie S. Samuelis teſtibus ad hec vocatis, habitis, & rogatis. Adveniente termino Videl. die lune, que fuit penultima menſis predicti hora ſtatuta prefatus D. Epiſcopus Mothonenſis exhibuit reſponſum ſupradicto ſer. Dominico procuratori, qualiter volebat de jure procedere & exequi., mandans mihi Notario infraſcripto tale editum formare, & in valvis Eccleſie S. Severi configi debere per Nuntium juratum ſupraſcriptum ſubſequentis forme & tenoris. Martinus Dei gratia Epiſcopus Mothonenſis D. Noſtri Pape & litterarum ſuarum executor ad infraſcripta ſpecialiter deputatus Univerſis & ſingulis, ad quos preſens tangit negotium, vel tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino. Nuper honorandus Vir ſ. Dominicus Michael qu. ſ. Petri tamquam procurator & procuratorio nomine Venerande Domine Clare Gradenico de preſenti Abbatiſſe Monaſterii & Conventus S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis litteras Sanctiſs. D. N. D. Martini Pp. V. more Romane curie bullatas preſentavit, per quas nobis mandat, ut nonnullas ſententias alias in favorem dicti Monaſterii de & ſuper juribus & jurisdictionibus ad ipſam Abbatiſſam & Monaſterium ſpectantibus, in & ſuper Eccleſia S. Severi & contra tunc Parochianos & vicinos ipſius Eccleſie S. Severi latas confirmare deberemus, & alias ſententiam ipſam firmiter obſervari facere-

ceremus, prout in dicta bulla plenius continetur. Nos autem volentes mandatis Apoſtolicis reverenter obedire, ut tenemur, vos omnes & ſingulos parochianos vicinos Eccleſie S. Severi, ac omnes ſua intereſſe putantes citamus & monemus, quatenus die ſexta poſt affixionem preſentium in valvis Eccleſie S. Severi, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio, & perhemptorio termino ac monitione canonica aſſignamus, coram nobis in domo habitationis noſtre hora veſperarum legitime comparere debeatis ad dicendum, proponendum, & allegandum cauſam, quia ad confirmationem ipſarum ſententiarum & alias, prout in libello porrecto pro parte ipſarum Abbatiſſe & Conventus procedere non debeamus. Alioquin elapſo dicto termino ad confirmationem ipſarum ſententiarum juxta mandatum Apoſtolicum ſecundum quod petitur juſtitia mediante ulterius vobis, aut altero veſtrum minime citatis, aut etiam requiſitis procedemus Dom. auctore. In quorum fidem & teſtimonium has preſentes litteras per Notarium noſtrum infraſcriptum ſcribi fecimus, ac per Fr. Nicolaum capellanum noſtrum nuntium juratum preſentari, & affigi & ſuper valvis dicte Eccleſie S. Severi mandavimus, de quarum preſentatione & affixione relationi ipſius nuntii dabimus plenam fidem, noſtrique ſigilli rotundi juſſimus impreſſione communiri. Datum Venetiis Caſtellan. Dioc. in domo habitationis noſtre ultima menſis Novembris anno a Nativitate Domini MCDXXVIII. Indictione ſexta Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris & D. N. D. Martini divina providentia Pape V. anno Undecimo. Die quarta menſis Decemb. immediate ſequenti retulit ſupraſcriptus Fr. Nicolaus Nuntius cauſe preſentis mihi Notario infraſcripto ſe de mandato Rev. D. Epiſcopi Executoris affixiſſe & potuiſſe dictum edictum ſuper valvis Eccleſie S. Severi ſepedicti die ſecunda predicti menſis Decembris, & ſic poſitum ibi dimiſiſſe. Die octava menſis predicti Decembris Coram eodem Rev. D. Epiſcopo Mothonenſi executore comparuit idem ſ. Dominicus q. ſ. Petri Michael, quo ſupra nomine, & accuſavit contumatiam non comparentium ad terminum prefixum in edicto petens cum inſtantia & requirens ex inde proſequi debere ad confirmationem ſententiarum juxta formam litterarum apoſtolicarum, & fieri ſuper hiis publicum inſtrumentum & proceſſum, qui Rev. Epiſcopus executor reſpondit, quod petitionem dictam per ipſum Dominicum dicto nomine admittebat, quantum de jure poterat & ſtatuebat intra terminum ad diem Sabbati proxime de mane ad audiendum ejus deliberationem ſuper ulteriori executione preſentibus Venerabilibus viris D. Presbytero Simone Plebano S. Simeonis Prophete & Fr. Nicolao prelibato Nuntio teſtibus habitis vocatis & rogatis. Die undecima etiam fuit dies Sabbati. Sepedictus Rev. D. Epiſcopus executor ſtatuit terminum dicto ſ. Dominico procuratori comparenti ad terminum ſupraſcriptum ad audiendum deliberationem ſuper ulteriori executione diem martis, qui fuit dies XIV. ſepedicti menſis Decembris de mane ad audiendum pronuntiationem deliberationis ſue ſuper confirmatione ſententiarum juxta formam bullarum apoſtolicarum preſentibus Ven. Viris Presb. Thoma de Prandis S. Vitalis & ſupraſcripto Fr. Nicolao Nuntio jurato teſtibus habitis & rogatis. Adveniente termino diei quartedecime menſis predicti Decembris comparuit idem ſ. Dominicus, quo ſupra nomine, & petiit per dictum D. Epiſcopum executorem procedi debere ad confirmationem dicte ſententie, prout in libello & petitione continetur, qui quidem D. Epiſcopus Mothonenſis executor pro tribunali ſedens in ſcriptis in loco reſidentie ſue pronuntiavit, prout hic infra ſequitur. Unde viſa bulla commiſſionis nobis facte per Sanctiſs. D. N. D. Martinum Papam Quintum, viſa petitione pro parte Abbatiſſe ac Monaſterii & Conventus predictorum, viſa quadam bulla ſancte memorie D. Innocentii Pape III. per quam cauſam, de qua ſupra fit mentio, Rev. P. tunc Epiſcopo Cenetenſi committebat, viſa ſententia per ipſum D. Epiſcopum Cenetenſem commiſſarium apoſtolicum lata, viſa confirmatione ipſius ſententie per ipſum D. N. D. Papam Innocentium III. factam, & emanato edicto citationis per nos in valvis Eccleſie S. Severi affixo, ut ſi quis vellet, poſſet contradicere, & contumaciam om-

omnium non comparentium accuſata, viſis & diligenter inſpectis omnibus ſcripturis, ac aliis conſideratis conſiderandis, & habita matura deliberatione, ac communicato conſilio cum peritis Chriſti Nomine, ejuſque matris Virginis glorioſe ac beatiſſimi Martyris Laurentii nominibus invocatis pro tribunali ſedens ſolum Deum pre oculis habentes auctoritate apoſtolica, qua fungimur, dictam ſententiam confirmamus, ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan intervenifſent, in proceſſu, vel alio modo & tempore quo dicta ſententia lata fuit, ita & taliter quod perpetuo inſtitutio & deſtitutio clericorum, qui pro tempore in Eccleſia S. Severi predicta debuerint divinum Officium celebrare & ibidem adminiſtrare divina & eccleſiaſtica Sacramenta ad Rev. D. Claram Gradenico Abbatiſſam nunc Monaſterii & Conventus predictorum, & ſic ſucceſſive ad omnes abbatiſſas perpetuo, que pro tempore fuerint & ſine contradictione pertineat, ſine aliqua lite, ſine cauſe cognitione & aliqua figura Judicii & alias, dicimus, terminamus, mandans inviolabiliter fieri & obſervari, prout in petitione, ſeu libello porrecto ſuperius annotato continetur.

Lecta, lata, & publicata fuit in ſcriptis, & ſententialiter pronunciata fuit ſupradicta ſententia per ſuprascriptum D. Epiſcopum Mothonenſem executorem in domo ſue ſolite reſidentie pro tribunali ſedentem in contrata S. Samuelis Caſtell. Dioc. anno Domini milleſimo, & indictione ſupraſcriptis menſe vero Decembris die martis xiv. hora tertiarum vel quaſi preſentibus Ven. Viro D. Presb. Johanne Manſionario ſepedicte Eccleſie S. Vitalis, & provido Viro ſ. Bartholomeo nigro &c.

Et Ego Ambroſius q. Viti publicus Imperiali auctoritate Notarius & Judex ordinarius, dictique D. Executoris Notarius ſupraſcripte ſententie diffinitive, ac ſententie confirmationi, promulgationi, aliiſque omnibus & ſingulis ſupradictis, dum ſic ut premittitur per dictum D. Executorem & commiſſarium Apoſtolicum, ac coram eo agerentur & fierent, una cum prenominatis teſtibus interfui, eaque propria manu ſubſcripta publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo ſolito aſſignavi una cum appenſione ſigilli dicti Domini executoris Apoſtolici in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

1429. 1. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo quadrigenteſimo vigeſimo nono Indictione ſeptima die primo menſis Aprilis Rev. in Chriſto Patri & D. D. Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopo Caſtellano ejuſque in ſpiritualibus Vicario Generali, nec non providis Viris Presbyteris Clericis impoſterum perpetuo per Ven. Dominam .. Abbatiſſam Monaſterii & Conventus S. Laurentii de Venetiis Caſtellane Dioceſis que nunc eſt, & pro tempore erit in Eccleſia Parochiali S. Severi de Venetiis dicte Dioceſis ad ibidem nec non prefato Monaſterio uti Capellanis ſervientibus introducendis, ac illi vel illis ad que vel ad quos infraſcriptum tanget negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum. Martinus Dei gratia Epiſcopus Mothonenſis Exequutor unicus, ad infraſcripta a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & mandatis noſtris, ymo verius Apoſtolicis, firmiter obedire. Litteras Santiſs. in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Martini divina Providentia Pape V. cum cordula canapis vera bulla plumbea ipſius D. Noſtri Pape bullatas, non cancellatas, non ſuſpectas vel viciatas, ſed omni prorſus vicio & ſuſpitione carentes, nobis per honorabilem Virum Ser Dominicum Michael ipſorum Abbatiſſe & Monaſterii & Conventus S. Laurentii procuratorem coram Notario publico & teſtibus preſentatas, tunc nos noveritis cum ea, qua decuit, reverentia recepiſſe. Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenor ſequitur, & eſt talis Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri . . . Epiſcopo Mothonenſi Venetiis Caſtellan. Dioc. commoran-

ſanti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Humilibus ſupplicum votis &c. ut in ſententia ſuperius allata. Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem & receptionem tunc nobis, ut premittitur, factas, fuimus per prefatum ſ. Dominicum procuratorio nomine quo ſupra cum inſtantia requiſiti, ut ad exequutionem ipſarum litterarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere dignaremur juxta traditam, ſeu directam a Sede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur Martinus & exequutor prefatus volens mandatum Apoſtolicum tunc exequi, ut tenebamur, ad ipſarum litterarum exequutionem proceſſimus confirmando ſententiam, de qua ibidem fit mentio, ac fecimus illam inviolabiliter obſervari, prout patet in proceſſu tunc, & aliis actibus per nos factis, ac ſcripto & publicato proceſſu manu Ambroxi q. Viti publici Imperiali auctoritate Notarii, ſub anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octavo, & die quartodecimo menſis Decembris. Poſt vero milleſimo, & die ſupraſcriptis coram Notario publico & teſtibus infraſcriptis comparuit coram nobis idem ſ. Dominicus Michael procuratorio nomine quo ſupra, ac cum inſtantia requiſivit nos, quatenus proceſſum contra rebelles dicte D. Abbatiſſe pro tempore decernere, ac fulminare ſententias, nec non vices noſtras, ut moris eſt, ſubdelegare deberemus. Nos vero attendentes requiſitionem fore juſtam, & conſonam rationi, volentes mandatum Apoſtolicum exequi reverenter, ut tenemur, propter clauſulam in ipſis bullis contentam, ubi Papa nobis mandat dicens, faciasque ſententiam ipſam prout juſtum fuerit, eadem auctoritate appellatione remota firmiter obſervari, predictas litteras Apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet intimamus, inſinuamus, notificamus, & ad veſtrum & cuilibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per preſentes. Quocirca Vos Rev. Patrem D. . . Epiſcopum Caſtellanum, nec non Presbyteros & Clericos in eadem Eccleſia S. Severi per eamdem D. Abbatiſſam & ejus ſucceſſores ponendos pro divinum offitium ibidem, ac miſſas in Eccleſia S. Laurentii tamquam Capellanos celebrando, ac Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtranda communiter vel diviſim, omneſque & ſingulos ſupradictos, aut alios univerſos & ſingulos, quos hujusmodi negotium tangit ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, aut preheminentie fuerit, primo, ſecundo, tertio ac peremptorie termino auctoritate Apoſtolica, qua fungimur, in hac parte requirimus, & monemus, vobisque & veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie, ſub penis infraſcriptis diſtricte precipimus & mandamus. Quatenus prefatam D. Abbatiſſam pro tempore nullatenus impediatis, quominus valeat & poſſit in prefacta Eccleſia S. Severi Sacerdotes & Clericos introducere, ac ad ipſius libitum voluntatis licentiare, prout & quemadmodum in noſtro, de quo ſupra fit mentio, proceſſu terminavimus, infra ſex dies a preſentatione, ſeu notificatione preſentium vobis facta immediate ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio & perhemptorio termino, ac monitione Canonica vobis & cuilibet veſtrum prefigimus & aſſignamus, ac monemus quatenus deſiſtatis ab omni vexatione perturbatione publice vel oculte directe vel indirecte per vos alium ſeu alios, aut quemlibet veſtrum inferendam. Aut impedientibus prefatam D. Abbatiſſam pro tempore dantibus auxilium directe vel indirecte, aut dantibus auxilium conſilium vel favorem, quominus dicta D. Abbatiſſa pro tempore valeat ſuam juriſdictionem exercere, niſi inter dictum terminum a die ſententie hujusmodi computandum a contradictione, rebellione, impedimento, perturbatione, auxilio, conſilio, & favore hujusmodi contra premiſſas omnino deſtiteretis, & deſtiterint, ac mandatis noſtris hujusmodi, ymo verius Apoſtolicis non parueritis ſeu paruerint, cum effectu ex nunc, prout ex tunc, vobis dicto D. . . . Epiſcopo dumtaxat excepto in hiis ſcriptis, & ſi hujusmodi

di ſingulariter in ſingulos excommunicationis ſententiam promulgamus. Vobis vero D. Epiſcopo Caſtellano, quem ob reverentiam veſtre Pontificalis dignitatis noluimus prefatis noſtris ſententiis ſic ligari, ſi contra premiſſa vel eorum aliquod feceritis per vos vel ſubmiſſam perſonam, directe vel indirecte, publice vel occulte ingreſſum Eccleſie interdicimus in hiis ſcriptis. Et ſi hujusmodi interdictum per alios ſex dies prefatos ſex immediate ſequentes ſuſtinueritis, vos ſuſpendimus a divinis. Verum ſi prefatas interdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies prefatos duodecim immediate ſequentes animo, quod abſit, ſubſtinueritis indurato, vos ex nunc, prout ex tunc, Canonica monitione premiſſa in hiis ſcriptis excommunicationis ſententia innodamus. Ceterum cum ad exequutionem premiſſorum ulterius faciendam non poſſumus continuo perſonaliter intereſſe, pluribus aliis negotiis multipliciter prepediti, Venerando Patri D. . . Primicerio Eccleſie S. Marci, nec non D. Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Plebanis, & Presbyteris per Civitatem Venetiarum & Dioceſim Caſtellanam conſtitutis & cuilibet veſtrum in ſolidum plenarie committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, ita quod prefatam Dom. . . . Abbatiſſam pro tempore, ab omni perturbatione vexatione ſuper jurisdictione predicta, quam habet in Eccleſia S. Severi defendant & defendi faciant, ut valeant & poſſint Sacerdotes Clericos, & ipſa Eccleſia S. Severi introducere & licentiare pro ſue libito voluntatis. Ita tamen quod in prejuditium dicte Abbatiſſe pro tempore & Monaſterii ac Conventus predictorum, & jurium ſuorum nichil valeant attemptare, vel circa ſupraſcriptas ſententias per nos latas abſolvendo, vel ſuſpendendo aliquid innovare. Et ſi contigerit nos ſuper premiſſorum aliquo procedere, de quo nobis omnimodam poteſtatem reſervamus, non intendimus proterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa in noſtris litterit plena & expreſſa mentio habeatur. Prefataſque litteras Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum penes eaſdem D. Abbatiſſam pro tempore, vel ejus procuratorem volumus remanere, & non per vos, ſeu quemquam alium contra prefatas D. Abbatiſſam, vel ejus procuratorem voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententiis ipſo facto volumus ſubjacere. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui prefatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium teſtimonium preſens noſtras litteras, & publicum inſtrumentum hunc noſtrum proceſſum in ſe continens per Notarium publicum infraſcriptum ſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli, quo utimur, juſſimus appenſione communiri.

Lecta lata & publicata in his ſcriptis, & ſententialiter pronunciata fuit ſupraſcripta ſententia per ſupraſcriptum D. Epiſcopum Mothonenſem exequutorem Venetiarum in Contrata S. Pantaleonis in domum ſue ſolite reſidentie preſentibus Ven. Viro D. Presbytero Simeone de Vivianis Plebano S. Simeonis Prophete Venetiarum Viro Nobile D. Henrico de Molino D. Franciſci de Venetiis, ac magiſtro Jacobo de Valdobladinis barbitonſore habitatore, ad preſens cum D. Epiſcopo Jadre, & aliis teſtibus vocatis ad hoc habitis & rogatis.

Ego Marcus Horigono q. ſ. Johannis Civis & habitator Venetiarum publicus Imperiali auctoritate Notarius & judex ordinarius predictis requiſitioni, preſentationi, decreto, proceſſui, ſubdelegationi, fulminationi ſententiarum, omnibusque aliis, & ſingulis ſupradictis, dum ſic agerentur & fierent per dictum D. Exequutorem, una cum prenominatis teſtibus interfui, eaque de mandato prefacti D. Epiſcopi Mothonenſis Exequutoris, & rogatus ſcripſi & publicavi, & in hanc publicam formam redegi; in eorumque fidem me ſubſcripſi, ſignum & meum impoſui conſuetum, una cum appenſione ſigilli dicti Dom. Apoſtolici exequutoris.

Mar-

Martinus V. Epiſcopo Mothonenſi mandat, ut jura Monaſterii S. Laurentii ſuper Eccleſiam Parochialem S. Severi, rei veritate perſpecta, Apoſtolica auctoritate confirmet.

1429. 19. Maii.

Ex Autographo in Archivo S. Laurentii.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri .... Epiſcopo Mothonenſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem dilecte in Chriſto filie ... Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Laurentii de Venetiis Caſtellane Diocecis, ad nos & Romanam gerunt Eccleſiam, promeretur, ut petitiones ſuas illas preſertim que a rationis tramite non diſcordant, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus petitio continebat, quod ipſe a tanto tempore citra, de cujus initio ſeu contrario memoria non extitit, in Parrochiali Eccleſia S. Severi etiam de Venetiis, que eidem Monaſterio ſubjecta eſſe dinoſcitur, aliquos Capellanos, ſeu Presbyteros ydoneos, qui dilectorum filiorum ejuſdem Eccleſie Parrochianorum animarum curam gerere & exercere, aliaſque in ipſa Eccleſia in divinis deſervire, nec non Abbatiſſe & Monialibus dicti Monaſterii, miſſas, & alia divina officia celebrare, ac Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, in Eccleſia ejuſdem Monaſterii teneantur, & debeant, pro earum nutu ſeu voluntate abſque ordinarii loci requiſitione, conſenſu, vel licentia ponere, & amovere conſueverunt. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat preſate Abbatiſſa, & Conventus dubitent conſuetudinem hujuſmodi infringi poſſe tempore ſuccedente pro parte earumdem Abbatiſſe & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conſuetudini predicte ad hoc, quod ſolidius ſubſiſtere comprobetur, Apoſtolice firmitatis adminiculum adiicere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, quorum intereſt, ſi ita eſſe inveneris, conſuetudinem preſatam, prout rite proceſſiſſe conſpexeris, auctoritate noſtra approbes pariter & confirmes.

Datum Rome apud Sanctos Apoſtolos xiv. Kal. Junii Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Pius IV. jura & privilegia Monaſterii S. Laurentii ſuper Eccleſiam ei annexam S. Severi confirmat.

K

1561. 20. Septembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Laurentii Venetiarum.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe & Conventui Monaſterii Monialium S. Laurentii de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quia libenter in pacis obſervantia delectamur, ea que

ea que judicio & mandatis predeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum terminata ſint, ut firma, & illibata perſiſtant, & ne in recidive contentionis ſcrupulum relabantur, Apoſtolico nos convenit preſidio communiri. Sane pro parte veſtra, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias poſtquam Eccleſia S. Severi de Venetiis Monaſterio veſtro S. Laurentii de Venetiis Ordinis S. Benedicti unita, annexa, & ſubjecta extiterat, jusque deputandi, & eligendi in ea, ac deſtituendi ſeu amovendi ab illa Presbyteros, & Capellanos pro ſervitio divino in prefacta Parochiali Eccleſia preſtando ac in ea dictoque Monaſterio veſtro, vobisque deſerviendo ſpectaverat, & pertinuerat, ſpectaretque & pertineret. Tuncque Abbatiſſe & Conventus dicti Monaſterii, que ſunt, fuerant, & erant, in pacifica, & quieta poſſeſſione, ſeu quaſi juris premiſſorum exiſterent, ac ſubjectio, & obedientia per Presbyteros Eccleſie ſupradicte dicto Monaſterio deberetur, ac Presbyteri prefacti forſam ſe ab obedientia tunc Abbatiſſe, & Conventus dicti Monaſterii ſubtrahere ſatagerent, ſeu niterentur. Tuncque Abbatiſſa ipſa pretenderet legitime dictam Eccleſiam S. Severi, ac deputationem, inſtitutionemque, & deſtitutionem Presbyterorum ſeu Capellanorum in dicta Eccleſia, ad ipſum Monaſterium ſpectare & pertinere Apoſtolicas ſub plumbo a fel. rec. Innocentio Pape IV. predeceſſore noſtro ad tunc Epiſcopum Cenetenſem ſuper premiſſis, vel illorum occaſione, rebusque aliis tunc expreſſis, ſub certa forma tunc expreſſa, obtinuit litteras, prefatusque tunc Epiſcopus litterarum predictarum vigore illarum forma ſervata in negotio hujusmodi rite procedens poſtquam conſtitit ſibi de ipſius Monaſterii bono jure per ejus ſententiam diffinitivam prefatam Eccleſiam S. Severi, ad dictum Monaſterium ſpectaſſe & pertinuiſſe, ſpectareque & pertinere debere cum inſtitutione, & deſtitutione Clericorum & Presbyterorum inter alia declaravit, ac Parochianis, & viciniis, ne eandem tunc Abbatiſſam, & Monaſterium, ſuper premiſſis moleſtarent, nec inquietarent, ſub excommunicationis, & aliis penis tunc expreſſis inhibuit, ſententiam promulgavit, que ſententia per prefatum Innocentium predeceſſorem ſucceſſive confirmata fuit, idemque Innocentius predeceſſor prefatus Monaſterium ſub ſua & beati Petri protectione ſuſcepit, dictamque Eccleſiam S. Severi cum illius juribus & pertinentiis prefacto Monaſterio confirmavit, quodque fel. rec. Bonifacius VIII. predeceſſor noſter Abbatiſſe & Conventui predictis, ex quo tunc Epiſcopus Caſtellanus aliquando recuſabat admittere perſonas preſentatas per ipſam Abbatiſſam ad prefactam Eccleſiam S. Severi, ac ad alia beneficia, in quibus dictum Monaſterium jus obtinet, inſtitutionem, & deſtitutionem, ut prefertur, quod Patriarcha Gradenſis, licet tunc loci ordinarius non eſſet, loco Ordinarii Caſtellanenſis, prout quilibet alius ordinarius, premiſſa facere poſſet, ex cauſis tunc expreſſis, & in certos eventus, ac ſi proprius antiſtes eſſet, inter alia conceſſit, ac nonnullos conſervatores judices eidem Monaſterio dedit, eosdemque clericos, ſeu Presbyteros a juriſdictione ordinarii loci exemit, ac exemptos eſſe voluit. Cumque Clerici dicte Eccleſie S. Severi, ſeu etiam forſan tunc Epiſcopus Caſtellanus, a moleſtationibus contra tunc Abbatiſſam, & Monaſterium prefactum non deſiſterent, tunc Epiſcopus Mothonenſis, Venetiis tunc commorans, judex ordinarius in cauſa, & forſan differentia ſuper premiſſis ſuborta, Apoſtolica auctoritate delegatus, ſententiam Epiſcopi Cenetenſis judicis in ea delegati in favorem dicti Monaſterii latam confirmavit, citatis tamen Presbyteris dicte Eccleſie, & quibuscunque ſua intereſſe putantibus, mandando deinde earum Presbyteris ac Capellanis prefatis, quam ipſi tunc Epiſcopo Caſtellano, ſub pena, ut in proceſſu deſuper fulminato contentis, illisque inhibendo, ne prefatas Abbatiſſam, & Conventum impedirent, quominus poſſent introducere Sacerdotes, & Clericos in dicta Ecle-

cle-

cleſia S. Severi, & ab illa pro ipſarum, tunc & pro tempore exiſtentium Abbatiſſarum in dicto Monaſterio voluntatis libito licentiare, premiſſaque, ut aſſeritis, ab inde citra obſervata, exiſterunt, vosque in pacifica & quieta poſſeſſione premiſſorum, ſeu quaſi juris juxta conceſſiones Apoſtolicas, & ſententias inde latas, que, ut aſſeritis, in rem tranſiverunt judicatam, prout predeceſſores veſtre, que fuerunt pro tempore dicti Monaſterii Abbatiſſe, & Moniales, extiterunt, etiam a tanto tempore citra, de cujus inhibitione hominum memoria in contrarium non exiſtet, fuiſtis & eſtis, que omnia, & ſingula pro illorum ſubſiſtentia firmiori a nobis Apoſtolico petiſtis munimine roborari, nos igitur veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, predicta omnia & ſingula in litteris Apoſtolicis deſuper confectis, ac ſententiis inde rite, & recte, que in rem tranſiverunt judicatam latis & inhibitione ſecuta contenta, ſicuti in illorum poſſeſſione pacifica, & quieta ſeu quaſi juris predeceſſores prefacte fuerunt, ab eodem tempore immemorabili, & vos fuiſtis & eſtis, ita exiſtatis, vobis Apoſtolica auctoritate confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo Nonis Julii Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

DE
MONASTERIO
SANCTI JOANNIS
LATERANENSIS.

Exordia prima Monaſterii S. Joannis de Laterano præclariſſimi in hac Urbe Aſceterii, quo contigiſſent tempore, quemque authorem habuiſſent, vel ipſas Sanctimoniales plane latebat, cum mihi accidit nihil tale cogitanti, utrumque fortuito reperire, dum vetuſtum codicem ſeu potius cataſticum Cœnobii Sanctorum Rocchi, & Margaritæ antiquatis caracteribus mſ. excutiebam.

Huic Aſceterio recenter, anno MCCCCLXXXVIII, fundato nomen dederat quædam optimæ converſationis mulier Mathia nomine, habitumque religionis aſſumpſerat die XXI. Septembris anno 1494, verum pravo aliquarum adducta exemplo mulierum, quæ vix ad aratrum poſita manu retro reſpexerant, & ad ſæculi vanitates, regularis diſciplinæ tœdio, affectæ redierant, ipſa quoque aſpero virtutis itinere fatigata, relicto Mo-

naſte-

naſterio, domum rediit. Verum cum hoc ex animi potius mobilitate, quam ex pravitate egiſſet, Divinæ bonitatis miſeratio ipſam inter mollioris vitæ commoda, & domeſticorum conſuetudinem continuis agitabat impulſibus, quibus ultro reſiſtere haud valens, deſertæ religionis errorem auſterioris vitæ pœnitentia ſarcire, ac delere decrevit. Vehementi itaque Divini Spiritus ſtimulo excitata, reliquas etiam, quas in deſerendis clauſtris ſocias habuerat, ad novum arctioris diſciplinæ genus monitis, & exemplo erigere, ac commovere curavit. Neque ſane difficile fuit, mulieres ad religioſum vitæ propoſitum iterum adducere, quibus aucta ſociis anno MCCCCLXXXVIII. die VI. Januarii apud vetuſtum Divi Joannis Lateranenſis Oratorium in Parœcia Divæ Mariæ Formoſæ ſitum Ædes poſuit, atque prima Cœnobii fundamenta jecit. De origine porro Oratorii hujus omnia perierunt documenta, ſi pauca quædam excipias, quæ in Romanæ Baſilicæ Lateranenſis Archivo ſuperſunt; prout teſtimonium de iis in Veneto Monaſterii Sancti Joannis Lateranenſis Cataſtico exhibetur.

Anno MCCCCXXV. die XI. Octobris Eccleſiæ clavum regente Martino V. compoſita fuit, quædam quæſtio, quæ inter Capitulum Canonicorum Lateranenſium ex una, & Presbyterum Gaſparum de Stephanis Rectorem Venetæ Eccleſiæ Sancti Joannis Lateranenſis exorta fuerat. Poſt hæc autem tempora Eccleſia Sancti Joannis Lateranenſis, quæ per Rectorem, ut vidimus, regebatur, unita fuit Eccleſiæ Paroeciali Sanctæ Mariæ Formoſæ, in cujus confinio ſita erat; qua *unione non obſtante, in commendam data fuit* Nicolao de Rubeis Plebano Sanctæ Marinæ *cum graviſſima* incommoditate, & offenſione Parochianorum Sanctæ Mariæ Formoſæ. Quum autem anno MCCCCLXXIV. Plebanus prædictus e vita migraſſet, decrevit Senatus Pontificem Maximum exorare, ne amplius Eccleſia Sancti Joannis Lateranenſis alicui concederetur in commendam.

MCCCC-

MCCCCLXXIV. Die Nona Januarii.

In Conſilio Rogatorum.

„ UNita eſſe ſolebat Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Formoſæ Ec-
„ cleſia ſeu Capella Sancti Joannis Laterani hujus no-
„ ſtræ Venetiarum Civitatis, quæ, unione ipſa non obſtante,
„ in commendam data fuit Plebano S. Marinæ cum graviſſi-
„ ma incommoditate, & offenſione quamplurium Nobilium,
„ & aliorum Civium Noſtrorum Parochianorum ejuſdem Ec-
„ cleſiæ Sanctæ Mariæ Formoſæ, qui ob ejuſmodi ſeparatio-
„ nem Euchariſtiam, aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta ab ea
„ Lateranenſe Eccleſia, ut ſolebant, ſuſcipere nequeunt. Et
„ quia idem Plebanus Sanctæ Marinæ defunctus eſt, idem Pa-
„ rochiani ſupplicant provideri, quorum ſupplicatio cum ho-
„ neſtiſſima ſit.

„ Vadit Pars, quod pro hujuſmodi re priſtinæ unionis ſcri-
„ batur Oratori Noſtro ad Summum Pontificem, in ea ac-
„ commodata forma, quæ collegio videbitur pro ſatisfatione
„ honeſtiſſimæ ſupplicationis ſupraſcriptorum Nobilium, alio-
„ rumque Civium Noſtrorum.

Anno 1491. expoſcente Fr. Hieronymo Veneto Ordinis Prædicatorum Indulgentiæ benefactoribus Romanæ Baſilicæ Lateranenſis olim conceſſæ ad eos quoque extenduntur, qui pro reparatione Eccleſiæ Venetæ Sancti Joannis Lateranenſis manus porrigent adjutrices. An reparatio hæc peracta fuerit, an vero Oratorium vetuſtate fatiſcens ex integro corruerit, incompertum, hoc unum ex authenticis documentis conſtat, *Venerabilem virum Dominum Benedictum de Monte Flaſcone habitatorem in civitate Venetiarum* anno MIVD. die XXX. Auguſti donaſſe Baſilicæ, & Canonicis Lateranenſibus *quoddam petium terræ poſitum in dicta Civitate Venetiarum in parte paludatum, & in parte ex paludatum* ſitum juxta Monaſterium S. Laurentii, eumque poſtea die III. Septembris ejuſdem anni *in locationem, & emphiteuſim perpetuam* recepiſſe *ad ædificandum ibidem Eccleſiam ſub titulo Sanctæ Mariæ, & Sanctorum utriuſque Joannis* ſtatuto *annuo cenſu duodecim librarum ceræ albæ laboratæ pro recognitione ſoli ſolvendarum Romæ annis ſingulis*

in

in manibus Camerariorum Lateranenſium in Vigilia Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ de Menſe Junii (A).

Contiguas Eccleſiæ huic ædes adierunt ſupradictæ mulieres, eo conſtanti propoſito, ut in rigidioris vitæ diſciplina ſub regula Sancti Auguſtini, quam pridem, ut diximus, amplexatæ fuerant, Domino famularentur. Eo in loco cum non ſine eximio ſanctimoniæ ac frugalitatis exemplo degerent, ut meliorem Cœnobiticæ vitæ formam inducerent, ſupplices Capitulo Lateranenſi per Venetum apud ſanctam Sedem Oratorem libellos dederunt, quibus, ut ſibi Eccleſia Sancti Joannis Venetiarum Eccleſiæ Lateranenſi ſubjecta concederetur, efflagitabant. Sanctimonialium vota faciles exceperunt Lateranenſes Canonici, quorum unanimes in hoc congruere ſententiæ, ut Eccleſia Veneta Oratricibus concederetur, dummodo ipſæ juriſdictioni Romanæ Baſilicæ ſubjicerentur, & antiqui cenſus ſolutio duplicaretur. Acta fuerunt hæc die 14 Decembris anno 1504. Anno deinde ſequenti Sanctimoniales, quæ Heremitarum titulo appellantur, Capitulariter congregatæ Procuratores in Urbe Romana elegerunt, ut ipſarum nomine a Lateranenſi Capitulo peterent, & obtinerent, *Qualiter in Eccleſia Sancti Joannis Laterani de Venetiis membro ipſius Eccleſiæ Lateranenſis de Urbe fundetur, & erigatur Monaſterium pro ipſis Heremitis*, facultatem inſuper addentes, *ut ubi opus fuerit, quodcumque fidelitatis, & alterius cujuslibet materiei juramentum, in, & ſuper animam ipſarum* præſtarent, *ac pro recognitione, & ſubjectione dictæ Eccleſiæ ſive loci, & ſignum erectionis dicti Monaſterii dare* promitterent *ſingulis annis præfato Capitulo Eccleſiæ Lateranenſis de Urbe libras quatuor cræcis currentis* (B). Aſſenſu itaque Lateranenſis Capituli recepto, Sanctimoniales Religioſum Auguſtiniani inſtituti habitum rite ſuſceperunt, ipſarumque Eccleſia titulo Sancti Joannis Lateranenſis cœpit exinde nuncupari.

Hiſce rebus ita peractis, Heremitarum Virginum cœtus cœpit mirum in modum augeri, cumque *ejus ſanctimoniæ fama manaret quotidie latius*, *Antonius Contarenus* Patriarcha Venet. ut in Sanctæ Annæ Cœnobio Monialium Conventualium *reformationis officium expoſcente* veterem vitæ morumque diſciplinam reſtitueret, Monaſterium ipſum *dividi, & ſeparari mandavit*; indeque *Moniales obſervantes Monaſterii S. Joannis Latera-*

teranenſis ad ipſum Monaſterium S. Annæ transferri, & in illius parte diviſa, & ſeparata hujusmodi pariete, & muro intermedio, ſic quod Conventuales, & Obſervantes Moniales ſe ad invicem impedire, aut videre non poſſint, ſub clauſura introduci fecit. Diviſionem translationem, & introductionem prædictas Apoſtolica auctoritate approbavit, & confirmavit Leo Papa X. Pontificiis litteris die XIX. Julii anno MDXIX. Romæ datis ad ſupralaudatum Patriarcham Contarenum, cui poſt commendatam Paſtoralem ejus ſollicitudinem, nonnulla alia Sanctimonialium Monaſteria in diſciplinæ rigore laxata reformationis auxilio ad priſtinum obſervantiæ decorem revocanda demandat (C). Eximiæ Sanctimonialium Lateranenſium virtutes, & præclara exempla ita ſolutos animos obſervantium Monialium ad meliora quaſi aſſiduis hortationibus excitarunt, ut pleræque earum ad regularem obſervantiam brevi tempore traductæ ſint, quarum exemplo facilius adductæ reliquæ etiam ad veterem ſanctimoniam, officiumque reſtituuntur. Optatam itaque Monaſterii reformationem cum ex integro perfeciſſent Sanctimoniales Lateranenſes, *tandem ad Monaſterium Sancti Joannis Lateranenſis, a quo diſceſſerant, regreſſum habuerunt die* XI. *Aprilis anno* 1551. *retento tamen habitu Sancti Benedicti*, cujus Ordini nomen ex obedientia dederant eo tempore, quo ad Sanctæ Annæ Cœnobium Ordinis ejusdem deductæ fuerant.

Itaque ad anguſta Monaſterii Lateranenſis clauſtra deductus inops Sanctimonialium cœtus, dum proſperum in regularis perfectionis itinere curſum Deo favente tenere videbatur, novum idque gravius infortunium pene ad nihilum redegit, ex quo tamen, tractu temporis, ſingulari Dei beneficio, tandem emerſit.

Annò 1573. die 14. Februarii ex fortuito fulminis ictu excitatum incendium Monaſterium circumquaque involvit, flammarumque globis repente Clauſtri aditus occupantibus, ipſarum turbine Seraphina Molino Abbatiſſa miſerabili modo conſumpta fuit. Reliquæ Sanctimoniales, cum nullus ſupereſſet locus, quo tegerentur, ad alia Monaſteria Divæ Annæ, Omnium Sanctorum, Divorumque Blaſii, & Cathaldi, utpote, quæ eandem Divi Benedicti regulam profitebantur, ſe receperunt, a quibus exceptæ, & locorum tum novitatem, tum

ampli-

amplitudine illectæ ad antiqua Clauſtra jam ex Chriſtifidelium eleemoſynis reſtituta ultro redire recuſarunt. Interea enim piorum ære corrogato novæ Ædes, eæque ornatiores ex cineribus diruti Cœnobii prodiere, ad quas duæ tantummodo ex antiquis incolis remearunt anno 1578, quarum ætate gravior Clementina Corona Abbatiſſæ nomine renovati Monaſterii regimen ſuſcepit. Ad antiqua igitur clauſtra reverſæ hæ Sanctimoniales, cum ſe ſupradicta omnia imprudenter egiſſe absque Lateranenſis Capituli conceſſione animadvertiſſent, actarum rerum indulgentiam ab ipſius Capituli benignitate impetrarunt. Remiſſa itaque, quam anteacto tempore omiſerant, ſtatuti cenſus ſolutione, Capitulare Lateranenſis Baſilicæ Collegium datis ad Abbatiſſam, & Sanctimoniales epiſtolis die 29. Novembris anno 1580. inſtitutiones primitus conceſſas ampliſſime renovavit (D). Indeque anno 1595. die 15. Aprilis indulta privilegia, quæ ob egreſſum e Lateranenſi Veneto Cœnobio, atque ſubſequentem regreſſum, inſcio ipſo Romanæ Baſilicæ Collegio, actos amiſerant, liberaliter inſtauravit (E), quod & rurſus præſtitit anno 1523. die 11. Februarii (F).

Ex tot itaque, atque adeo gravibus ærumnis deſolatum Monaſterium ad annum usque MDIXC. in ſolitudine permanſit, quo anno die III. Auguſti Octavia Georgio ſola ex profeſſis Sanctimonialibus ſuperſtes a Laurentio Priolo Patriarcha Venetiarum in Abbatiſſam conſtituitur, cujus regimen divinæ largitatis munere ita proſperatum eſt, ut Cœnobium, quod rude, & habitatoribus vacuum ſub cura ſuſceperat ad perfectionem, & Sanctimonialium numero, & ædificiorum elegantia deduxerit, adjectamque Eccleſiam non quidem amplam, ſed ornatiſſimam inſtauraverit, quæ poſtea ſpiritualibus indulgentiarum theſauris abundanter cumulata, corporibus etiam Sanctorum Martyrum Æmilii, & Felicis, plurimisque Divorum oſſibus e Romanis cœmeteriis eductis ditata eſt. Conſecrationis ejus memoria ad diem decimam quartam Septembris ex antiqua traditione recolitur.

Ex antiquo codice Monaſterii Sanctæ Mariæ de Humilitate, quem Cimiteriale S. Servuli appellant, ex eo quod acta Monialium in antiquo Sancti Servuli Cœnobio defunctarum contineat, mentio habetur de quadam venerabilis memoriæ Sanctimoniali Nicoloſa nomine in hoc Sancti Joannis Late-

 ranen-

ranenſis Monaſterio ad cœlum evocata. Hæc, de cujus memoria tria Venetæ Urbis aſceteria gloriantur, in Monaſterio Sancti Servuli regularis vitæ tyrocinia poſuit, cumque ſplendidiſſima virtutum, & prudentiæ laude floreret, ejusdem Monaſterii regimini Abbatiſſa præficitur anno 1502, moxque anno 1505. eo in munere confirmata Antonii Suriani Patriarchæ Venetiarum decreto ad Monaſterium recens inſtitutum Sancti Joannis Lateranenſis deducitur; ut Mulieres Heremitas ibi congregatas præclaro ſanctimoniæ exemplo, & aſſiduis hortationibus in ſancto regularis vitæ propoſito ſolidaret, quod cum ex animi ſui pietate eximie egiſſet, ornatiſſimam vitam fœlici morte concluſit, cujus cadaver in eodem Monaſterio tumulatum, mox Sanctimoniales ad Divæ Annæ Cœnobium, ad quod reformandum evocatæ fuerant, ſecum adduxerunt, ubi & ad hanc usque diem mirabiliter incorruptum honorifice quieſcit. Acta ejus, quæ ſuperſunt ex ipſo codice, ſeu potius ipſius codicis fragmentum exhibemus, ut nihil ad venerabilis mulieris gloriam (quod mihi in omnibus ſolemne eſt) vel addatur, vel minuatur.

Suor Nicoloſa: queſto nome viene da Nicolò, nome Greco compoſto, che vuol dire Vocitrice di popolo: queſta fu una Donna da Ca Borſa da Modon, e fu accettata, veſtita, e profeſſata dall' Officio.

Queſta fu una donna virtuoſa, e ſufficiente in ogni coſa, e maſime al Officio Divino Santiſſima poi in ogni ſua operazione per le quali coſe meritò eſſere eletta la ſeconda Abbadeſſa triennia, e portoſſi con tánta buona fama in eſſo officio che immediatamente finiti li ſuoi tre anni che fu l'Anno 1505. il Reverendiſsimo Patriar-

De Beata Sorore Nicoloſa ex Familia Borſa Mothonenſi.

Virtute, & Sanctimonia in rebus omnibus præſtans ſecunda fuit ex Abbatiſſis triennalibus, quo in munere adeo egregie ſe geſſit, ut tribus annis tranſactis eam in officio confirmandam curaverit Antonius Surianus Patriarcha Venetiarum, qui eam poſtmodum ad Monaſterium Monialium Eremitarum Sancti Joannis

triarcha D. Antonio Suriano, il giorno di S. Placido venne lui in perſona, e la fece di nuovo Abbadeſſa con gran ſuo honore, e con molto diſpiacere di tutta queſta Congregazione, e mandolla, o menolla a riformare il Monaſterio delle Monache o Eremite di S. Giovanni Laterano di Venezia deſtituto, e rilaſſato di ogni bene ſi ſpirituale, come corporale, & le diede per compagne Suor Sigismonda Manoleſſo, la qual fece ſua Priora Suor Arſenia Palmaruola, la qual de Converſa la fece dal Officio; Suor Antonia Todeſca Converſa, e Suor Servola da S. Vito de Vicenza converſa, le quali tutte vivevano in eſſo Monaſterio in gran fama di ſantità ma pativano grandiſſima penuria di vivere, e veſtire, e ſpeſſe volte lamentandoſi le Monache di non haver pane per deſinare, lei con facia gioconda, e parole umaniſſime le mandava all'oratione havendo grande fiducia nel Signore, il quale corriſpondendo alla cordial ſperanza ſua ſoaviſſima; ſovveniva alle loro neceſſità: in modo che ſpeſſe volte trovavano ſu la ruota delli danari, e del beliſſimo pane, fuſſero, non ſapendo chi glieli haveſſe poſti, & una volta fra le molte

annis Lateranenſis Venetiarum adduxit, ipſique ſocias aſſignavit Sigismundam Manoleſſo, & Arſeniam Palmarolam ex inferiori Sororum ſtatu ad Sanctimonialis profeſſæ gradum aſſumptam, atque Antoniam, & Servulam ex Sororum cœtu vulgo *Converſe*, quæ omnes in eo Cœnobio eximia probitate claruerunt. Quum autem in anguſto loco adeo arcta inopia laborarent, ut ſæpius Sanctimoniales etiam de panis deficentia conquærerentur, Nicoloſa eas leniter ad orationis ſuffragium impellebat, quam de repente Divinæ Providentiæ miſeratio ita ſubſequebatur, ut ſæpe ſæpius in tornatili rota ad januam ſita, & opportunum pecuniæ auxilium, & candidiſſimi panis copia mire inveniretur; quin & aliquando quidam viſus eſt ſub piſtoris ſpecie ingentem optimi panis vim afferre, cumque aperta janua panis inventus fuiſſet, is qui eum detulerat, repente ex oculis evanuit. Sanctis igitur operibus cumulata mortisque præſcia die 23. Aprilis ~~in feſto~~ Sancti Georgii anno MDXII. ad Sponſi complexus evolavit. In ſepulcro, quod ex proximitate rivi marina aqua redundabat, tumulata jacuit usque ad annum MDXXVI; quo

te un piſtore battendo alla ruota li portò molto belliſſimo pane, & aprendo la porta trovorno il pane; e quello che lo portorno diſparve di ſubito finalmente piena di santiſſime operacioni avendo preconoſciuta lora della ſua morte l'Anno 1512. il dì di S. Giorgio, che fu di Venerdì li 23. Aprile, laſciando le carnali ſpoglie l'anima ſua volò nelle braccia del ſuo divino Spoſo: e fu ſepolta in ſepoltura, la quale per il ſorger dell'acqua da vicino, e contiguo a rio, overo canale, era mezza d'aqua nella quale ſtette fino al Anno 1526. nel qual anno eſſendoſi già unito il Monaſterio di S. Gio. Laterano, col Monaſterio di S. Anna, reformato, dalle medeſime Monache volendo riportar il corpo, overo le ſacre oſſa della predetta Santiſſima Abbadeſſa a Santa Anna acciò ſi ripoſaſſe con le altre ſue Sorelle, aprendo la detta ſepultura, fu ritrovato eſſo ſantiſſimo corpo integro, bello, e freſcho, come ſe allora foſse tolto giù dal letto, e poſto in ſepoltura a ſegno che pur un pello della ciliſia delli occhi non gli era moſso; tutti li veli, la camiſcia, e gl'altri veſtimenti saldi, immaculati, e belli, come ſe all'ora foſsero levati dal

Sole

anno Sanctimoniales Monaſterii de transferrendo Matris corpore ad Caſtellanenſe Divæ Annæ Cœnobium, quo ſe ſe receperant, cogitaverunt, ut una cum filiis ſuis ibidem quieſceret. Aperto igitur tumulo, cadaver ejus inventum eſt incorruptum ac vividum, ac ſi recens è feretro depoſitum fuiſset, atque ita integrum, ut nec pilus ex ſuperciliis deeſset, ipſaque velamina, & veſtimenta quaſi ex contactu incorruptionem receperant. Vulgato per Urbem prodigio ingens confeſtim hominum concurſus viſendi cauſa ad Monaſterium eſt factus, plurimique veſtium, quibus corpus tegebatur, fruſtulum ſibi dari enixe deprecabantur. Hæc, ubi ad aures Hieronymi Quirini Patriarchæ Veneti devenerunt, juſſit ipſe exanime corpus ad Cathedralem Eccleſiam deferri, atque in Sanctæ Crucis Sacello deponi, ubi a Feria tertia usque ad Sabathum immutatum permanſit. Juſsu deinde ipſius Patriarchæ ad Cœnobium Divæ Annæ delatum in marmoreo monumento, quod parieti Eccleſiæ affixum erat, depoſitum fuit, in quo cum viri cadaver ſerica antiqua veſte indutum reperiſset, cujus nulla memoria, nullum extabat

bat

Sole da ſtimarſi in modo che a così ſtupenda coſa tutta la terra fu moſsa, a veder tanto ſpettacolo, e beato chi poteva pigliar qualche particola di eſſi veſtimenti per modo che pervenendo la fama di tal coſa all'orecchie del Reverendiſſimo Patriarca Gerolamo Querini fece traſportare eſso corpo nella Chieſa Patriarchale, e lo tenne nella Capella di Santa Croce dal Martedì ſino al Sabbato, dove mai ſi mutò in alcuna parte: finalmente parve a Sua Signoria Reverèndiſs. di farlo portar a S. Anna, dove fu ſepolto in un Coffano di piera viva in Chieſa poſto in alto nel muro, nel quale vi trovorono un corpo di un Uomo mediſimamente integro del tutto veſtito di Giornea di ſeta, ſaldata all'anticha del qual niun ſegno, ne memoria, ne inditio ſi ritrovava, e quello tirato da un capo della ſepoltura dall'altro collocarono il Santo Corpo della Vener. Nicoloſa.

bat inditium, eo ad tumuli caput ſepoſito, ſacrum Corpus Venerabilis Abbatiſsæ ex adverſo collocaverunt, ubi usque ad hodiernam diem requieſcit.

Alibi deinde translatum fuit, ut diximus ad Monaſterium S. Annæ, in quo venerabile Famulæ Dei corpus aſservatur

Bene-

Benedictus de Monte Flaſcone habitator in Civitate Venetiarum donat Capitulo, & Canonicis Romanæ Lateranenſis Baſilicæ quandam petiam terræ in Civitate Venetiarum.

A 1496. 30. Auguſti.

Ex Archivo Monaſterii S. Joannis Lateranenſis Venetiarum.

IN Dei nomine Amen Anno Domini milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo ſexto Pontificatus D. Alexandri Pape ſexti indictione decima quarta menſis Auguſti die trigeſima. In preſentia mei Notarii &c. Conſtitutus perſonaliter coram Reverendiſs. Patribus, & Dominis D. Juliano Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopo Britonorienſ. (1) Eccleſie, & Capituli Lateranenſ. Vicario D. Mauritio de Copranica, D. Jacobello de Subactariis, D. Franciſco de Rubeis, D. Bernardino de Leis, D. Juliano Cecio, D. Petro Paulo de Cardellis, D. Vincentio de Capugallis, D. Franciſco Mazabuſali, D. Bernardino Capelle, D. Martino de Mentabonis, D. Gaſpare Piuragato Canonicis ejuſdem Eccleſie capitulaliter congregatis in loco Capitulari ſolito Venerabilis Vir D. Benedictus de Monte Flaſcone habitator in Civitate Venetiarum non vi, dolo &c. ſed ſua ſpontanea, & gratuita voluntate, & ex certa ſua ſcientia &c. donavit irrevocabiliter inter vivos &c. dicte Eccleſie Lateranenſ. & prefatis Dominis Canonicis, & Capitulo ejuſdem Eccleſie preſentibus, & ſtipulantibus pro dicta Eccleſia quoddam petium Terre, poſitum in dicta Civitate Venetiarum in parte paludatum, & in parte expaludatum ſitum juxta curſum aque, que vulgò dicitur *direzana* ab uno latere, & juxta res S. Giuliani de la palata, (2) & res Monaſterii Monialium S. Laurentii, & alios fines &c. cum juribus, & pertinentiis &c. ad ipſum dictum Benedictum ſpectantibus, & pertinentibus ratione donationis, & conceſſionis ſibi facte per Excelſum Ducem, & Dominos dicte Civitatis Venetiarum, prout ex litteris confectis Dicti Excelſi Ducis, & Dominorum predictum apparere dixit ad habendum, tenendum, poſſidendum, locandum &c. generaliter donavit omnia jura, & actiones &c., quas habet, & ſibi competunt &c. nullo jure &c. ponenſque ipſos Dominos ipſius in locum &c. ei conſtituens ipſos Dominos patronos &c. & dedit poteſtatem propria authoritate capiendi poſſeſſionem &c. & quouſque dictam poſſeſſionem adepti fuerint conſtituit ſe dictus donator illud tenere, & poſſidere ipſius Eccleſie, & prefatorum DD. Canonicorum, & Capituli nomine. Hanc autem donationem &c. fecit idem D. Benedictus prefate Eccleſie, ac dictis DD. Canonicis, & Capitulo preſentibus, & ſtipulantibus, ut ſupra de dicto petio terre, ut ſupra poſito, & confinato &c. ob ingentem devotionem, ac ſpiritualem dilectionem, & affectionem, quibus dictam Eccleſiam amplectitur, & quia ſic donare, & benefacere placuit, & voluit. Quam quidem

(1) Julianus Volateranus ex Ordine Minorum Epiſcopus Britonorienſis in Provincia Æmiliæ anno 1477. Amiciſſimus fuit Beſſarionis Cardinalis Niceni, cujus & ſtudiorum adjuctor. Electus Archiepiſcopus Raguſinus Romæ obiit anno 1505.

(2) Monaſterium *S. Juliani de la Palma*, quod quandoque S. Juliani *de Bono albergo*, nuncupabatur, ſitum erat ad extremos ſtagni Veneti fines ad oſtia Canalis poſitum, qua iter eſt ad oppidum Meſtre. De eo paucis agemus ad calcem Monaſterii S. Secundi.

dem donationem &c. promiſit nullatenus revocare ratione ingratitudinis, paupertatis &c. quinimo illam ſemper, & perpetuò habere ratam, gratam &c. & contra non facere &c. Inſuper promiſit dictus D. Benedictus prefatis DD. Canonicis, & Capitulo de evictione dicti petii terre in forma Juris valida, & de conſenſu preſtando, ac etiam pro omnibus damnis, expenſis &c. pro quibus &c. idem D. Benedictus obligavit ſe, ac omnia bona tua in ampliori forma Camere pleniori &c. cum clauſulis, renunciationibus, conſtitutionibus, promiſſionibus, & aliis in ſimilibus inſtrumentis apponi ſolitis cum poteſtate illud extendendi, & juravit &c. rogans me Notarium &c. Actum Rome in loco Capitulari dicte Eccleſie preſentibus, audientibus, & intelligentibus his videlicet D. Paulo de Ponte, D. Jo: Baptiſta Capellano Eccleſie S. Salvatoris de Regione Tranſtiberim, & Bernardino Sancterio Clerico Calabrenſi Manſionario dicte Eccleſie Teſtibus &c.

Bernardinus de Caputgallis Romanus Civis ejusdem Eccleſie, & Capituli publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius rogatus &c.

Capitulum, & Canonici Baſilicæ Romanæ Lateranenſis concedunt Benedicto de Monte Flaſcone petiam Terræ Venetiis poſitam pro ædificatione Eccleſiæ.

1496. 3. Septembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Joannis Lateranenſis Venetiarum.

Die Sabbathi 3. Septembris 1496. Preſente Rev. Dom. Vicario, & ſuam auctoritatem interponente in loco Capitulari congregati infraſcripti Domini Canonici videlicet D. Mauritius; D. Jacobellus, D. Franciſcus de Rubeis, D. Bernardinus de Leis, D. Julianus Cecius, D. Petrus Paulus, D. Vincentius, D. Franciſcus de Maz. D. Ber. Crucchia, D. Marianus, D. Gaſpar receperunt a Benedicto de Monte Flaſcone habitatore Venetiarum quamdam petiam Terre ſitam in Civitate Venetiarum in loco dicto *Oriæ*, videlicet intra hos fines ab uno latere dicte petie terre in formam paludis ſunt alie terre etiam in forma paludis Eccleſie S. Juliani, ab alio latere terre in ſimili forma Eccleſie & Monialium S. Laurentii, quam petiam terre idem Benedictus aſſerens eſſe tuam ſponte donavit Eccleſie Laseranenſi &c. prout per acta Bernardini de Capogallis. Poſt quam donationem, ut premittitur factam idem Benedictus ſupplicavit Capitulo eamdem petiam terre ſibi concedi in locationem, & Emphiteuſim perpetuam ad edificandum ibidem Eccleſiam ſub titulo S. Mariæ, & Sanctorum utriusque Joannis. Qui Capitulum, & Canonici hujusmodi ſupplicationibus inclinati eidem Benedicto eamdem petiam terre conceſſerunt in Emphiteuſim, ut ſupra, ad edificandum, ut ſupra, ſub annuo cenſu duodecim librarum cere albe laborate pro recognitione ſoli ſolvendarum hic Rome annis ſingulis in manibus Camerariorum Lateranenſium in vigilia Nativitatis, Beati Joannis Baptiſte de Menſe Junii &c. *ſequitur aliud decretum, & deinde ſubſcriptio D. Vicarii per hæc verba*. Ita eſt Julianus Epiſcopus Brictonorienſ. Vicarius Lateranenſ. In quorum fidem &c. Rome apud Lateranum hac die 10. Junii 1688.

Ita eſt Franciſcus Vellius Canonicus Later. Archiviſta.

Gere-

Heremitæ apud Eccleſiam S. Joannis Lateranenſis Venetiarum conſtituunt Procuratores ad obtinendam facultatem a Capitulo Baſilicæ Romanæ Lateranenſis erigendi Monaſterium apud ipſam Eccleſiam.

B 1550. 12. Martii.

Ex Archivo Monaſterii S. Joannis Lateranenſis Venetiarum.

IN Chriſti Nomine Amen. Noverint univerſi, & ſinguli hoc preſens publicum documentum inſpecturi, lecturi, pariter & audituri, qualiter anno a Nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo quinto Indictione octava die vero duodecimo menſis Martii. Convocato Capitulo religioſarum Heremitarum apud Eccleſiam Sancti Joannis Laterani Civitatis Venetiarum ſub Ordine Heremitarum Sancti Auguſtini obſervantie in interiori parlatorio ſuo ante ferratam tela extenſa de Ordine Domine Sororis Ambroſine, tanquam earum Capitis pro infraſcriptis peragendis; in quo quidem Capitulo interfuerunt prefata Soror Ambroſina, Soror Paula, Soror Niccola, Soror Theodoſia, Soror Cherubina, Soror Eugenia, Soror Nicoloſa, Soror Gabriela, Soror Archangela, Soror Franciſca, & etiam Soror Maria, Soror Auguſtina, Soror Lucia, Soror Clara, in exteriori Parlatorio exiſtentes facientes, ut dixerunt totum Capitulum earum omnibus melioribus modo, via jure, cauſa, & forma, quibus melius potuerunt & poſſunt, nomine earum loci, & capituli conſtituerunt ſuos veros Procuratores Dominum Joannem de Foreſtis Clericum Brixienſem familiarem Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Papienſis & honorabilem virum Dominum Auguſtinum de Alandro Magiſtrum Curſorum in Urbe, & in urbe reſidentes, abſentes, tanquam preſentes, & utramque eorum in ſolidum ſpecialiter, & expreſsè ad petendum, publicandum, obtinendum, & a Reverendis Patribus Dominis Capitulo, & Canonicis, & aliis, ad quos ſpectat Eccleſie Sancti Joannis Laterani de Urbe, qualiter in Eccleſia Sancti Joannis Laterani de Venetiis membro ipſius Eccleſie Lateranenſis de Urbe fundetur, & erigatur Monaſterium cum aliis neceſſariis pro ipſis Heremitis, & Capitulo ſuo, & ad collationem, & omnem proviſionem neceſſariam Eccleſie memotate Sancti Joannis de Venetiis pro eis acceptandam, & ubi opus fuerit quodcunque fidelitatis, & alterius cujuslibet materiei juramentum in, & ſuper animam ipſarum Conſtituentium preſtandum, ac pro recognitione, & ſubjectione dicte Eccleſie, ſive loci, & in ſignum erectionis dicti Monaſterii dare promittendum, & reſpondendum ſingulis annis prefato Capitulo Eccleſie Lateranenſis de Urbe libras quattuor crocei currentis, & circa predicta omnia & ſingula alia dicendum, procurandum, & exercendum neceſſaria in predictis, & circa ea, que facere poſſent ipſe Conſtitutrices, ſi ibi capitulariter intereſſent, etiamſi talia eſſent, que mandatum magis ſpeciale exigerent, vel majora eſſent, unum quoque & plures Procuratores loco ſui cum ſimili poteſtate ſuſtituendum, & revocandum firmo nihilominus preſenti mandato in ſuo robore permanente. Promittentes prefate Conſtituentes nomine premiſſo mihi Notario infraſcripto ſtipulanti & recipienti vice, & nomine omnium, quorum intereſt, & intererit, ſe perpetuo, & omni tempore firmum, & ratum habere, & tenere quidquid per dictos ſuos Conſtitutos, & eorum alterum & ab eis, & alte-

altero eorum ſubſtituendos factum fuerit, & procuratum in premiſſis omni exceptione remota, ſub obligatione ſuorum bonorum omnium preſentium & futurorum; De & ſuper quibus petierunt unum publicum confici inſtrumentum.

Actum Venetiis in Parlatorio prefato ante ferratam, tela extenſa, & mulieribus introclauſis non viſis preſentibus Vener. Domino Joanne Angno Panteo Eccleſie Sancti Danielis Venetiarum Capellano, & Ser Jacobo de Martinengo q. Ser Bartholomei in domo, cum Ser Alexandro Saratono teſtibus rogatis.

Ego Paſinus de Gratarolis q. Domini Petri Venetiarum Civis, Sacris Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius. Quia ſupraſcriptum Procuratorem conſtitutioni, & poteſtatis conceſſioni de omnibus predictis, dum ita fierent una cum ſupradictis teſtibus preſens fui, & in notam ſumpſi, & exinde hoc preſens publicum inſtrumentum, licet aliena manu in hanc formam tranſcribi fecerim confeci, & publicavi, & quia illud cum ſuo originali concordare inveni, ideo in fidem premiſſorum me ſubſcribi, ſignum meum appoſui ſolitum, debite requiſitus & rogatus.

Leo X. Antonium Contarenum Patriarcham Venetiarum laudat ob reformatum Monaſterium S. Annæ, eique alia Monaſteria reformanda committit.

C 1529. 19. Julii.

Ex Autographo in Archivo Patriarchali.

LEo ſervus Servorum Dei Venerabili fratri Moderno Patriarche Venetiarum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Expoſcit debitum paſtoralis officii; Cui diſponente Domino preſidemus, Ut ad ea ſolicite intendamus, per que monaſteria, & alia loca monialium, que ſua ſponte pudicitiam Eterno Regi devoverunt, ſalubriter dirigantur, & opportunis preſidijs fulciantur, & in eis regularis diſcipline norma ſervetur, cultus divinus augeatur, & omnis benevivendi modus cum eterne vite premio feliciter adimpleatur; Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod alias cum Monaſterium monialium Sancte Anne Venetiarum ordinis ſancti Benedicti reformationis officium expoſceret, Tu, ſub cujus, & pro tempore Exiſtentis Patriarche Venetiarum, cura, & regimine, Monaſterium ipſum conſiſtit, pro religionis inibi conſervatione, & augumento edificia dicti Monaſterii dividi, & ſeparari, & dilectas in Chriſto filias Moniales Monaſterii S. Joannis Lateranenſis etiam Venetiarum ejuſdem Ordinis ad ipſum Monaſterium S. Anne transferri, & in illius parte diviſa, & ſeparata hujuſmodi pariete, & muro intermedio, ſic quod conventuales, & obſervantes moniales ſe ad invicem impedire, aut videre non poſſint, ſub clauſura introduci feciſti, nec non redditus, & proventus ejusdem Monaſterii S. Anne illius monialibus Conventualibus, quoad vixerint una, videlicet quantum eis ad victus ſubſtentationem ſufficiat, reſervaſti. Alia vero parte ex tunc, ac ex parte monialibus conventualibus (aſſignata portione earumdem monialium Conventualium pro tempore decedentium etiam prefatis monialibus obſervantibus) aſſignaſti; ipſiſque monialibus conventualibus, ut nullas deinceps in ſuam partem Conventualium in moniales reci-

reciperent, facultatem abdicaſti, & ſi aliquas reciperent, Ille de dicto Monaſterio Sancte Anne demiſſa dote pro eis forſan tradita, reiici poſſint, ita tamen quod ſi aliqua ex eiſdem Monialibus Conventualibus quandocunque converteretur, & in partem Monialium de obſervantia ingredi cuperet, ipſe moniales de obſervantia eas gratioſe recipere teneretur, cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat tam S. Zacharie, & Sanctorum Blaſii & Cathaldi, & Sancte Marthe, nec non Sancti Secundi Venetiarum ejuſdem Ordinis S. Benedicti Monaſteria Monialium Conventualium, ſub cura, & regimine tui, & pro tempore exiſtentis Patriarche prefati exiſtentia, ſimiliter reformationis officium expoſcant, maxime cum illarum Abbatiſſe, ſeu Prioriſſe, & Moniales obſervantie, norma, & religionis jugo ſemotis, ad vetita proſiliant, & ſi illa quattuor aliis ex ſeptem aliis Monaſteriis Monialium regularis obſervantie Civitatis Venetiarum ejuſdem, vel alterius Ordinis, in quibus debita viget obſervantia regularis, & de quibus tibi videbitur, ac etiam S. Marie de Virginibus Sedi Apoſtolice immediate ſubjectum, cujus juspatronatus ſeu protegendi, & annulo ſubarrandi & deſponſandi Abbatiſſam ipſius Monaſterii de Virginibus, ad Ducem Venetiarum pro tempore exiſtentem pertinet, & Sancte Marie a Celeſtibus, & Sancte Clare Venet. Sancti Auguſtini & Ciſtercienſis, & ejuſdem S. Clare ordinum Monaſteria Monialium Conventualium a juriſdictione tui & pro tempore exiſtentis Patriarche Venetiarum exempta ſimiliter aliis tribus ex dictis ſeptem Monaſteriis regularis obſervantie perpetuo uniretur annecteretur, & incorporaretur, & hoc profecto in Monaſteriis Monialium Conventualium hujuſmodi religio reſtauraretur, & conſervaretur, & fidelium devotio erga illa creſceret, divinuſque cultus in eis augeretur, & ut per religioſam & laudabilem vitam Monialium Monaſteriorum regularis obſervantie hujuſmodi, Monaſteria ipſa Monialium Conventualium felicia in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa ſuſciperent, verum de Virginibus aſſerentes te illas contra earum exemptiones, & privilegia moleſtare & inſtare te quattuor moniales in earum Monaſterium ipſis invitis introducere velle, Apoſtolicas ſuper hoc in forma brevis introcluſa ſupplicat. deſuper ſignata, ad Venerabilem Fratrem Altobellum Epiſcopum Polenſis in partibus illis noſtrum, & dicte Sedis nuntium (1) cum facultate inter alia tibi, ut de illis & earum Monaſterio te quomodolibet intromitteres etiam ſub cenſuris, & penis Eccleſiaſticis inhibendis, & brachium ſeculare invocandi, illaſque viſitandi, & corrigendi, ac totum id quod per eum circa ipſarum ſtatum decerni, & ordinari contingeret, per eaſdem cenſuras, & penas intromiſſum conſervandi, ut dicitur, impetraverint, & Sancti Zacharie Monaſteriorum predictorum Abbatiſſe, & Moniales dilecte in Chriſto filie ſtudio, ut creditur, reformationis declinande, dicte cauſam, quam contra te ſuper moleſtacionibus, & inquietationibus per te ipſis & eorum bonis, & ſupra introducendis perſonis alienigenis in earum conſortium, & alias, ut aſſerebant, contra earum Monaſterii inſtituta & conſuetudines illatis, & inferri comminatis, movere intendebant, certo Cancellarie Palatii Apoſtolici auditori; Cum ſibi etiam ſub predictis, & pecuniariis penis inhibendi, & aliis facultatibus inibi expreſſis per nos commiti, & forſam litterarum & commiſſionis hujuſmodi preſentate, ad juditium evocari fecerunt, pro parte tam tui quam dilectorum filiorum Nobilium Virorum Ducis, & Dominii Venet. nobis fuit humiliter ſuplicatum, ut diviſioni, ſeparationi, extirpationi, introductioni, aſſignationi, & abdicationi hujuſmodi

(1) Altobellus Averoldus Brixienſis Epiſcopus Polenſis vir eximie doctrinæ Leonis X. Pontificis Maximi apud Venetos Legatus. Obiit anno 1532.

modi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolice confirmationis adjiceretur , & alias in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur . Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri , tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem exiſtimationem , tam beneficii uniendi , quam illius , cui aliud uniri peteretur ; alioquin unio non valeret , & ſemper in unionibus vocarentur, quorum intereſt, quique Monaſteriorum quorumlibet, preſertim feminei ſexus , & in illis domino famulantium perſonarum ſalubrem ſtatum , & regularis obſervantie conſervationem, & augmentum ſinceris deſideramus affectibus, omnes, & ſingulas predictas, & quaſcumque alias cauſas, ad inſtantiam quarumcumque Abbatiſſarum , & Monialium Monaſteriorum conventualium predictorum contra te quibusvis judicibus, etiam Cancellarie Palatii hujuſmodi auditoribus hactenus commiſſas, & in poſterum donec hujuſmodi reformationis negotium fuerit juxta preſentium tenorem executioni debite demandatum, committendas , quarum ſtatus preſentibus haberi volumus pro expreſſis , ad nos harum ſerie advocantes , & lites inde introductas penitus extinguentes, nec non fructuum, reddituum, & proventuum ſingulorum Monaſteriorum predictorum veros annuos valores, preſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diviſionem, ſeparationem, translationem, introductionem, & abdicationem predictas, & inde ſequuta, quemcumque auctoritate Apoſtolica tenore preſentium aprobamus, & confirmamus, & illis plenum firmitatis robur adjicimus, & illas firmiter obſervari debere decernimus , ſupplentes omnes, & ſingulos juris, & facti, & ſi qui forſan intervenerint in eiſdem , & nichilominus fraternitati tue Sancti Zacharie & SS. Blaſii & Cathaldi, & Sancte Marthe, & S. Secundi aliis quattuor ex ſeptem Monaſteriis regularis obſervantie dicte Civitatis ejuſdem , vel alterius Ordinis per te aligendis, necnon de Virginibus , juribus tamen quibusvis prefato Duci in illo quomodolibet pertinentibus ſalvis remanentibus, & a Celeſtibus , ac S. Clare exempta Monaſteria ſimiliter reliquis tribus ex dictis ſeptem exemptis Monaſteriis regularis obſervantie, ſeu illa invicem reſpective, quo ad modum vivendi , & illa ad regularem obſervantiam reducendi , ac illorum reformationem dumtaxat, ita tamen quod per hujuſmodi unionem , ac ingreſſum Monialium regularis ordo in ipſis Monaſteriis Monialium Conventualium , titulus, & dignitas ipſorum Monaſteriorum Conventualium ſuppreſſi, & extincti non exiſtant , nec eſſe cenſeantur , auctoritate noſtra uniendi, annectendi, & incorporandi , ſeu aggregandi , ac Moniales ipſas ad vivendum in communi, & dormiendum in uno , & eodem dormitorio, ſic quod nichil proprii habeant , ſed omnia in communi prorſus exiſtant, & nulla cubiculum , ſeu cameram ſeparatam , aut diſtinctam ab aliis habeat, cogendi, & compellendi, quodque nulla ex ipſis monialibus in dictis Monaſteriis ancillam particularem, ſed tantummodo converſam, que in communi vivat & ſerviat , ipſeque moniales nullam etiam converſam recipere poſſint niſi de ſcitu, & licentia tui, & pro tempore exiſtentis Patriarche prefati, ut cujus fame ſint, prout ipſorum Monaſteriorum ordo expoſcit, inquirere , & cognoſcere poſſis recipere, nec cum aliquibus niſi cum parentibus , aut conſanguineis & affinibus ſuis , & hoc in primo gradu tantum , ac omnibus mulieribus ad feriatam , ſive gradus tantum , & non aliter loqui, nullique Monaſteria ipſa Conventualia ſub excommunicationis late ſententie pena ingredi poſſint, ac omnia, & ſingula alia, que pro directione dictorum Monaſteriorum juxta Canonicas ſanctiones , & regularia illorum inſtituta ordinum , ad Dei laudem , Religionis augmentum , & animarum ſalutem neceſſaria noveris, ſeu opportuna ſtatuendi, ordinandi, faciendi, exequendi, & decernendi, & contradictores quoli-

libet, & rebelles cujuscumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis fuerint per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bracchii ſecularis, compeſcendi plenam, & liberam authoritate, & tenore prediƈtis, facultatem, & authoritatem concedimus. Non obſtantibus voluntate noſtra prediƈta & aliis premiſſis, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſteriorum, & ordinum prediƈtorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis premiſſis, & conſuetudinibus, ac illis & illorum monialibus, ſub quibuscumque tenoribus, & formis etiam brevis, ac cum quibuscumque efficaciſſimis, & in ſolitis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam de quibus de verbo ad verbum ſpecialiter oporteret fieri mentionem, irritantibusque, & aliis de cauſis tam per nos, quam etiam predeceſſores noſtros, & Apoſtolice Sedis legatos ſeu nuncios, aut etiam motu proprio, & ex certa ſcientia quomodolibet etiam, vel in ſpecie conceſſis, & concedendis, quibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, & forma in illis tradita obſervata inſerta forent, preſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice anno 1519. 14. Kal. Auguſti. Pont. noſtri anno 7.

B. de Rubeis.

Capitulum Baſilicæ Romanæ Lateranenſis Monaſterio S. Joannis Lateranenſis Venetiarum cenſus non ſolutos remittit, eique ſua privilegia renovat.

D 1585. 29. Novembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Joannis Lateran. Venet.

Capitulum, & Canonici.

SAcroſanƈte Lateranenſis Ecclcſie dileƈtis nobis in Chriſto Abbatiſſe & Monialibus Monaſterii & Eccleſie S. Marie Humilitatis, ac S. Joannis Baptiſte Lateranenſis vocate Civitatis Venetiarum ſalutem in Domino, & ſinceram in eo charitatem. Ordinariam in Eccleſias, & Monaſteria in ſolo, & fundo Lateranenſis Eccleſie nobis prius donato, ſeu ſubmiſſo, conſtruƈtas, & ereƈtas poteſtatem, ex benignitate Sedis Apoſtolice obtinentes circa earum ſtatum meditationis Noſtre conſiderationem propenſius adhibere, & ea que ad earum decus & exaltationem per nos, & per predeceſſores noſtros conceſſa fuiſſe reperiuntur, ut omni prorſus dubio careant, approbare, confirmare, & innovare, prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire nos convenit,

nit, cum itaque retroactis pluribus annis, predeceſsores noſtri, & nos vobis, ſeu predeceſsoribus veſtris Eccleſiam veſtram Sanɛte Marie Humilitatis Venetiarum, ac S. Joannis Baptiſte Latteranen. vulgo nuncupatam Civitatis Venetiarum fundandi, & erigendi, ſeu alias illam nobis ſubmiſseritis, cum omnibus ſuis membris & officinis, illamque ſuis paramentis decorandi, ac in ea Cappellanum, ſeu Cappellanos ad veſtrum, & ſucceſsorum veſtrarum nutum ponendi, & amovendi facultatem indulxerint, & nos indulxerimus cum omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus gratiis, & indultis, ac indulgentiis quibus alie Eccleſie, aliaque Monaſteria nobis, & Eccleſie noſtre Lateranenſis ſubjecte, & ſubjecta utuntur, potiuntur, & gaudent vos Eccleſiamque veſtram pariformiter uti potiri, & gaudere poſse conceſserimus hiis tamen conditione, & decreto, ut decimoquinto quoque anno litterarum renovationem a nobis petere, & obtinere, ac nobis cenſum annuum duarum librarum croci in die Reſurretionis D. N. J. C. ſingulis annis nobis debitum, & ſolvi ſolitum in manibus Camerariorum, vel Commiſsariorum noſtrorum alibi pro tempore exiſtentium perſolvere teneremini, dictoque decreto nequaquam ſatisfeceritis, cum dictum cenſum annuum a pluribus annis citra minime ſolveritis, nec minus litterarum renovationem, a nobis petieritis, ut debebatis, quibus veſtra incuria, aut negligentia, ſive alia de cauſa facere pretermiſeritis, ob idque Eccleſia prefacta venit nobis devolvenda, ac ſuis gratiis, & indultis privanda; vosque errati veſtri veniam efflagitetis, ac non ſine merore cordis nobis espoſuiſtis caſu, & ſorte, ſeu Dei nutu dictam Eccleſiam veſtram S. Marie Humilitatis, ac S. Joannis Baptiſte Latteranen. nuncupatam fulmine celito ingentique tonitruo combuſtam fuiſſe, ac plura bona, & litteras prime conceſſionis, in dicti tonitrui tactu perdidiſse, uſtasque fuiſse, ac vos plura bona, pluraque damna perpeſſas fuiſſe, id ſane nobis permoleſtum, & non ſine animi noſtri diſplicentia condolemus, & ea de cauſa vos in priſtinum, & eum in quo ante premiſsa quomodolibet eratis ſtatum reponi, precibusque veſtris apud nos inſtetis, nos volentes, ut par eſt, vobiscum pie agere una cum Reverendo Patre Domino Lucio Saxo Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopo Ripano, (1) ac Illuſtriſs. & Reverendiſs. in Chriſto Patris & Domini Domini Marci Sitici miseratione divina titulo S. Marie Tranſtiberim S. R. E. Presb. Cardinalis ab Altemps (2) nuncupati, & Eccleſie Lateranen. Archipresbiteri Vicario in eadem Eccleſia Capitulariter, ut moris eſt, congregati omni meliori modo, quo poſsumus, & debemus auctoritate noſtra ordinaria, qua vigore dictorum noſtrorum privilegiorum, facultatum ac indulctorum a ſummis Romanis Pontificibus nobis Eccleſie noſtre conceſsorum, & qua in has parte fungimur lapſu temporis etiam longiſſimi, ac devolutione, prefactis non obſtantibus, vos in priſtinum ſtatum in quo ab initio noſtre prime conceſſionis vobis date eratis libere ſponteque reſtituimus reintegramus, ac reponimus, reſtitutos, reintegratos, ac repoſitos eſse decernimus, & ad omnia contenta in dictis litteris reintegratos his preſentibus declaramus, ac eadem auctoritate noſtra, qua in hac parte fungimur ac juxta Concilii Trident. ſtatuta, & decreta vobis conceſſionem prefatam, ac omnia, & ſingula in primis litteris noſtris contempta confirmamus, & approbamus, volentes tamen ut vos & ſucceſſores veſtre in perpetuum dictum annuum cenſum

(1) Lucius Saxus Neapolitanus primus Ripæ Tranſonis Epiſcopus a S. Pio V. creatus anno 1571. Obiit Romæ Cardinalis anno 1604. de eo Ciacon. & Ughel.
(2) Marcus Siticus Germanus e Comitibus de Altemps familiam ſuam Romæ adduxit, ubi & domicilium fixerunt, Ducum poſtea titulo inſigniti Ciac. Tom. III. pag. 933.

libet, & rebelles cujuscumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis fuerint per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bracchii ſecularis, compeſcendi plenam, & liberam authoritate, & tenore predictis, facultatem, & authoritatem concedimus. Non obſtantibus voluntate noſtra predicta & aliis premiſſis, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſteriorum, & ordinum predictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis premiſſis, & conſuetudinibus, ac illis & illorum monialibus, ſub quibuscumque tenoribus, & formis etiam brevis, ac cum quibuscumque efficaciſſimis, & in ſolitis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam de quibus de verbo ad verbum ſpecialiter oporteret fieri mentionem, irritantibusque, & aliis de cauſis tam per nos, quam etiam predeceſſores noſtros, & Apoſtolice Sedis legatos ſeu nuncios, aut etiam motu proprio, & ex certa ſcientia quomodolibet etiam, vel in ſpecie conceſſis, & concedendis, quibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, & forma in illis tradita obſervata inſerta forent, preſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice anno 1519. 14. Kal. Auguſti. Pont. noſtri anno 7.

B. de Rubeis.

Capitulum Baſilicæ Romanæ Lateranenſis Monaſterio S. Joannis Lateranenſis Venetiarum cenſus non ſolutos remittit, eique ſua privilegia renovat.

D 1585. 29. Novembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Joannis Lateran. Venet.

Capitulum, & Canonici.

SAcroſancte Lateranenſis Eccleſie dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſe & Monialibus Monaſterii & Eccleſie S. Marie Humilitatis, ac S. Joannis Baptiſte Lateranenſis vocate Civitatis Venetiarum ſalutem in Domino, & ſinceram in eo charitatem. Ordinariam in Eccleſias, & Monaſteria in ſolo, & fundo Lateranenſis Eccleſie nobis prius donato, ſeu ſubmiſſo, conſtructas, & erectas poteſtatem, ex benignitate Sedis Apoſtolice obtinentes circa earum ſtatum meditationis Noſtre conſiderationem propenſius adhibere, & ea que ad earum decus & exaltationem per nos, & per predeceſſores noſtros conceſſa fuiſſe reperiuntur, ut omni prorſus dubio careant, approbare, confirmare, & innovare, prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire nos convenit,

nit, cum itaque retroactis pluribus annis, predeceſſores noſtri, & nos vobis, ſeu predeceſſoribus veſtris Eccleſiam veſtram Sancte Marie Humilitatis Venetiarum, ac S. Joannis Baptiſte Latteranen. vulgo nuncupatam Civitatis Venetiarum fundandi, & erigendi, ſeu alias illam nobis ſubmiſseritis, cum omnibus ſuis membris & officinis, illamque ſuis paramentis decorandi, ac in ea Cappellanum, ſeu Cappellanos ad veſtrum, & ſucceſſorum veſtrarum nutum ponendi, & amovendi facultatem indulxerint, & nos indulxerimus cum omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus gratiis, & indultis, ac indulgentiis quibus alie Eccleſie, aliaque Monaſteria nobis, & Eccleſie noſtre Lateranenſis ſubjecte, & ſubjecta utuntur, potiuntur, & gaudent vos Eccleſiamque veſtram pariformiter uti potiri, & gaudere poſse conceſſerimus hiis tamen conditione, & decreto, ut decimoquinto quoque anno litterarum renovationem a nobis petere, & obtinere, ac nobis cenſum annuum duarum librarum croci in die Reſurrectionis D. N. J. C. ſingulis annis nobis debitum, & ſolvi ſolitum in manibus Camerariorum, vel Commiſsariorum noſtrorum alibi pro tempore exiſtentium perſolvere teneremini, dictoque decreto nequaquam ſatisfeceritis, cum dictum cenſum annuum a pluribus annis citra minime ſolveritis, nec minus litterarum renovationem, a nobis petieritis, ut debebatis, quibus veſtra incuria, aut negligentia, ſive alia de cauſa facere pretermiſseritis, ob idque Eccleſia prefacta venit nobis devolvenda, ac ſuis gratiis, & indultis privanda; voſque errati veſtri veniam efflagitetis, ac non ſine merore cordis nobis espoſuiſtis caſu, & ſorte, ſeu Dei nutu dictam Eccleſiam veſtram S. Marie Humilitatis, ac S. Joannis Baptiſte Latteranen. nuncupatam fulmine celito ingentique tonitruo conbuſtam fuiſse, ac plura bona, & litteras prime conceſſionis, in dicti tonitrui tactu perdidiſse, uſtaſque fuiſse, ac vos plura bona, pluraque damna perpeſſas fuiſse, id ſane nobis permoleſtum, & non ſine animi noſtri diſplicentia condolemus, & ea de cauſa vos in priſtinum, & eum in quo ante premiſsa quomodolibet eratis ſtatum reponi, precibuſque veſtris apud nos inſtetis, nos volentes, ut par eſt, vobiſcum pie agere una cum Reverendo Patre Domino Lucio Saxo Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopo Ripano, (1) ac Illuſtriſs. & Reverendiſs. in Chriſto Patris & Domini Domini Marci Sitici miſeratione divina titulo S. Marie Tranſtiberim S. R. E. Presb. Cardinalis ab Altemps (2) nuncupati, & Eccleſie Lateranen. Archipresbiteri Vicario in eadem Eccleſia Capitulariter, ut moris eſt, congregati omni meliori modo, quo poſſumus, & debemus auctoritate noſtra ordinaria, qua vigore dictorum noſtrorum privilegiorum, facultatum ac indultorum a ſummis Romanis Pontificibus nobis Eccleſie noſtre conceſſorum, & qua in has parte fungimur lapſu temporis etiam longiſſimi, ac devolutione, prefactis non obſtantibus, vos in priſtinum ſtatum in quo ab initio noſtre prime conceſſionis vobis date eratis libere ſponteque reſtituimus reintegramus, ac reponimus, reſtitutos, reintegratos, ac repoſitos eſse decernimus, & ad omnia contenta in dictis litteris reintegratos his preſentibus declaramus, ac eadem auctoritate noſtra, qua in hac parte fungimur ac juxta Concilii Trident. ſtatuta, & decreta vobis conceſſionem prefatam, ac omnia, & ſingula in primis litteris noſtris contempta confirmamus, & approbamus, volentes tamen ut vos & ſucceſſores veſtre in perpetuum dictum annuum cenſum

(1) Lucius Saxus Neapolitanus primus Ripæ Tranſonis Epiſcopus a S. Pio V. creatus anno 1571. Obiit Romæ Cardinalis anno 1604. de eo Ciacon. & Ughel.

(2) Marcus Siticus Germanus e Comitibus de Altemps familiam ſuam Romæ adduxit, ubi & domicilium fixerunt, Ducum poſtea titulo inſigniti Ciac. Tom. III. pag. 933.

ſum duarum librarum Croci nobis ſingulis annis debitum, & ſolvi debendum In manibus Camerariorum, vel Commiſſariorum noſtrorum alibi pro tempore exiſtentium perſolvere, ac quintodecimo quoque deinceps renovationem a data preſentium inchoando, & ut ſequitur finiendo litterarum hujusmodi a nobis petere, & obtinere ac viſitatores, & Commiſſarios noſtros pro tempore ad dictam Eccleſiam ſe ſe conferentes benigne excipere alias ab omnibus vobis conceſſis cadetis. In quorum omnium, & ſingulorum fidem robur & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras manibus Camerariorum, & Secretarii Concanonicorum Noſtrorum ſubſcriptas, ac ſigilli noſtri Capitularis appenſione munitas faciendas curavimus.

Datum Laterani Anno Domini 1585. die penultima menſis Novemb. Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. Noſtri D. Sixti divina Providentia Pape Quinti Anno Primo.

Vincentius Cencius Cancellarius, & Canonicus Lateranenſis Bernardinus Portus Cancell. & Camer. Lateran.

Capitulum Lateranenſis Romanæ Baſilicæ Monialibus S. Joannis Lateranenſis privilegia jam conceſſa renovat, & reſtituit.

E 1595. 15. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Joannis Lateran. Venet.

Capitulum, & Canonici.

SAcroſancte Lateranen. Eccleſie. Ad perpetuam rei memoriam Ven. Religioſis Nobisque in Chriſto dilectis Monialibus, olim Ordinis Heremitarum S. Auguſtini, ad preſens vero Ordinis S. Benedicti Exiſten. in Monaſterio, ſeu Conventu prope Eccleſiam noſtram S. Jo. Lateranenſis in Civitate Venet. ſalutem in D. & ſinceram in eo charitatem ordinariam in Eccleſias, & Cappellas, aliaque pia loca in fundo, & ſolo ad Eccleſiam noſtram Lateranenſem & nos ſpectan. conſtructa, & erecta. Ea, que de novo emergunt novo indigere auxilio, & remedio clariſſimum eſt, & ut quo ad decus, & Exaltationem Eccleſiarum & piorum locorum nobis ſubditorum ad divini cultus incrementum per nos, ſive per anteceſſores noſtros conceſſa fuiſſe reperiuntur omni prorſus dubbio careant, & illibata perpetuo ſubſiſtant approbare, & confirmare juxta atributam nobis ab ipſa Apoſtolica Sede poteſtatem, prout conſpicimus ſalubriter in Domino expedire nos convenit. Cum itaque alias anno 1504. 14. Decembris fuerit Eccleſia noſtra S. Joannis Lateranen. exiſten. in Civitate Venetiarum a noſtro Capitulo conceſſa Monialibus eo tempore exiſtentibus anteceſſoribus veſtris predicti Ordinis Heremitarum S. Auguſtini prout in noſtris libris decretorum reperitur dicta die & annotatum per hec verba Videl. item D. Petrus de Brixia nomine Magnifici Domini Oratoris Venetiarum petiit concedi per Capitulum certis Monialibus Venetis Eccleſiam S. Joannis Venetiarum Eccleſie Lateranen. ſubjectam, & dixit, quo D. Petrus Paulutius referet, qui D. Petrus Paulus retulit, & eo audito Capitulum decrevit, quod reſpondeatur Oratori, quod Capitulum contentatur, & decrevit, quod dicta Eccleſia concedatur dictis Monialibus dummodo eedem Moniales ve-

veniant ſub juriſdictione, & duplicetur cenſus, & de conſenſu Sebaſtiani de Penutis, cui alias eadem Eccleſia per Capitulum collata fuit &c. & commiſſum fuit D. Petro Paulo ut reſpondeat, & concludat cum Oratore; & cum ſucceſſive Anno 1505. die 12. Martii fuiſſet a preditis anteceſſoribus veſtris Monialibus tunc Ordinis Heremitarum S. Auguſtini donatum quoddam de earum ſtabile prope Eccleſiam noſtram S. Jo: Lateranen. in predita Civitate Venetiar. Eccleſie noſtre Lateranen. de urbe pro novo Monaſterio conſtruendo, ut in eo divinus cultus decentius fieret, & incrementum Religionis reciperet, prout de hujuſmodi donatione conſtat inſtrumento rogato per Paſinum de Grattarolis Venetiarum civem ſub die, & anno predicto qua facultate ibidem Monaſterium edificandi, ac etiam pro majori commoditate Monialium, que in anguſto loco morabantur cum participatione omnium gratiarum privilegiorum & indultorum nobis, & Eccleſie noſtre Lateranen. a Summis Pont. Romanis conceſſorum a Capitulo noſtro obtenta poſt ejuſdem Monaſterii conſtructionem in eo Moniales tunc temporis exiſten. per plures annos permanſerint & poſtmodum ab Illuſtriſs. tunc temporis Venetiarum Patriarcha, & Commiſſario Apoſtolico ad Dive Anne Monaſterium Ordinis S. Benedicti pro eo reformando asportate fuerint, dimiſſo abitu, in quo proffeſſionem ſolemnem emiſerunt, & recepto habitu prediti Ordinis S. benedicti, & cum dicto in Monaſterio D. Anne per plures annos permanſiſſent, tandem ad preditum Monaſterium S. Jo: Lateranen. a quo diſceſſerunt, regreſſum habuerunt, in quo retento predito habitu S. Benedicti a nobis reintegrationem ejuſdem Monaſterii, & domus contigue Eccleſie S. Joannis Lateranen. obtinuerunt, & ſi aliqua earum adhuc inter vos permanet, obtinuit & ſucceſſores earum obtinent prout de tali reintegratione conſtat in decreto die undecima menſis Aprilis 1592. Capitulariter facto & latius in noſtri tunc temporis expeditis litteris apparet quarum litterarum a nobis tunc emanatarum tenor eſt ut infra ſequitur videlicet.

Capitulum & Canonici Sacroſancte Lateranenſis Eccleſie ad perpetuam rei memoriam Venerabilibus Religioſis, nobiſque in Chriſto dilectis Sororibus Seraphine, & Sorori Victorie, Monialibus domus contigue Eccleſie noſtre S. Joann. Lateranenſ. de Venetiis Ord. S. Auguſtini ſalutem in Domino ſempiternam. Cum alias vos & nonnulle alie Moniales ejuſdem domus, ac ſub dominio jurisdictione & obedientia noſtra exiſtentes certum Monaſterium Monialium S. Anne de Venetiis nuncupatum ordinis S. Benedicti intuitu Reverendiſs. D. Patriarche Venetiarum. Commiſſarii Appoſtolici pro eo reformando abſque licentia noſtra intraveritis, & in illo habitu noſtro Ordinis ejuſdem S. Auguſtini, ſub quo profeſſionem ſolemnem prius emiſſeratis dimiſſo, & poſtmodum habitum, & regulam S. Benedicti nulla forſan ſuper hiis Apoſtolica diſpenſatione, & licentia obtenta ſuſceperitis, & ſub Ordine & regula preſcriptis, ac ſub perſona correctione & obedientia Abbatiſſe dicti Monaſterii S. Anne, prout nobis nuper eſponi feciſtis, vixeritis ſententias & cenſuras Eccleſiaſticas forſan incurrendo, & modo addictam primariam domum veſtram contiguam, & prope dictam Eccleſiam noſtram S. Joan. Lateranen. de Venetiis de licentia Abbatiſſe S. Anne redieritis, & in eadem retento dicto habitu S. Benedicti ſub ipſius regula altiſſimo famulari cupitis nos, qui votis fidelium omnium, & preſertim feminei ſexus Religionis voto adſtricti decet, ut que pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo proficuum conſpicimus, illaque eis favorabiliter concedamus, que ad illarum commoditatem, & divini cultus augmentum redire noſcuntur, ut cum R. P. D. Paulo Epiſcopo Recanaten. (1) Reverendiſs. in Chriſto Patris & Do-

(1) Paulus de Cupis Romanus Epiſcopus Recanatenſis 1548. de eo Vghel. Tom. I. col. 1038

Domini D. Joannis Epiſcopi Hoſtienſ. S.R.E. Cardinalis Tranen. (2) Archipresbyteri Lateranenſ. Vicario in dicta Lateranen. Eccleſia, ut moris eſt, Capitulariter congregati volentes vos a quibusvis excommunicationis ſententiis, cenſuris, & penis eccleſiaſticis a jure, vel ab homine, ſeu forſam per conſtitutiones Ordinis dicti premiſſorum quomodolibet latis, ſi quibus forſam innodate eſt is, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes omnibus meliori modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus efficacius poſſumus, & valemus auctoritate nobis a ſede Apoſtolica atributa, qua fungimur in hac parte vigore quorumcumque privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum dicte Lateranen. Eccleſie, & nobis quomodolibet conceſſorum & innovatorum veſtriſque in hac parte ſupplicationibus inclinati vobis Sorori Seraphine, & Sorori Victorie, ac cuilibet in dicta domo prope dictam Eccleſiam S. Joan. Lateranen. de Venetiis, ſeu eidem Eccleſie contigua ſita, edificata, & erecta ex privilegiis, & indultis Apoſtolicis predictis in fundo, & ſolo acquiſito per vos & alias Moniales, tunc in dicto loco exiſtentes dicte Sacroſancte Lateranen. Eccleſie, ac ſub juriſdictione & Dominio Noſtro, ac nobis immediate ſubjectis ſub habitu tamen regula, ſeu Ordine ejuſdem S. Benedicti altiſſimo perpetuo famulari cupientibus, & ſub dicto dominio, ac juriſdictione, obedientia, correctione, & reformatione noſtra, ſeu commiſariorum & viſitatorum noſtrorum, & ad id pro tempore deputandorum in eadem domo vitam finire deſiderantibus in futurum ſentiantque veſtre bone fame & probitatis odorem, & propterea Sororem Seraphinam inductricem, & gubernatricem ejuſdem domus, ut degere poſſis cum eis, que ad preſens tecum degunt, & nobis deſerviunt, ut in futurum deſervient cum ſolemnitatibus, & ceremoniis, nec non premiſſionibus aliiſque in ſimilibus fieri conſuetis tenore preſentiam facimus, creamus, conſtituimus, & deputamus dummodo Succeſſores tue teneantur confirmationem a nobis pro tempore petere, & obtinere per ſimplices noſtras litteras decernentes inſuper numquam intentionis noſtre fuiſſe, neque eſſe, nec fore per vos, & quelibet Veſtrum ac alie Moniales in eodem loco, & domo tunc, & pro tempore nobis ſubdite & ſubjecte exiſtentes ad dictum locum noſtrum, & domum eidem Eccleſie noſtre S. Joan. Later. de Venetiis contiguum ſub certa pretenſa obedientia, ſeu pretenſa correctione ſeu reformatione, Abbatiſſe & Monialium dicti Monaſterii S. Anne, quibus ullo umquam tempore neque ipſis, neque alicui quavis alteri auctoritate, honore, dignitate, officio, preeminentia ſungend. aliquod unquam jus ſuper dicto loco noſtro domo, & Eccleſia quoquo modo legitime competiſſe, aut umquam vere competere potuiſſe, neque poſſe, ſeu licuiſſe, neque licere tam circa preditam perſonam obedientia, correctione, ſeu reformatione, que circa aliquam ſubiectionem ejuſdem, vel quovis alio facto pretextu, ſed illius jus & Dominium merumque, & mixtum imperium, nec non conſtitutio, deſtitutio, collatio, proviſio, preſentatio, & quevis alia diſpoſitio ad nos, & ſucceſſores noſtros ſimul & inſolidum pertinet in perpetuum, atque ſpectet, ſed illud illibatum permaneat pro nobis & dicta Sacroſancta Lateranenſ. Eccleſia ſit, & eſſe debeat, & cenſeatur imediate, ad vos, & veſtrarum quamlibet, & que vobiſcum ad preſens exiſtunt, & pro tempore eſiſtent ſubeſſe noſtro Dominio, protectione, juriſditione, defenſione, auctoritate, & poteſtate, nec illud a quoque etiam quovis queſito colore diminuere audeat, ſeu permittat per vel alium, ſeu alios ſub maledictionis eterne, & aliis penis, & cenſuris in dictis noſtris privile-

(2) Joannes de Cupis Romanus ex Archiepiſc. Tranenſi S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Uſtienſis. Obiit 1557. de eo Ciacconius Tom. III. p. 347. & Vghel. Tom. I. col. 79.

vilegiis, & indultis appoſtolicis contentis, ac volentes quod ſub preſcriptis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſuis cenſuris, & penis etiam pecuniariis, & aliis noſtro arbitrio imponendis, injungendis, ac infligendis, in eiſdem privilegiis, & indultis Appoſtolicis contentis, ac preſentium per tenorem mandantes vobis, ac cuilibet veſtrarum in virtute Sancte obedientie & ſub excommunicationis late ſententie pena, trina Canonica monitione premiſſa, quam pro tribunali ſedent. fecimus in his ſcriptis, niſi feceritis, que vobis mandamus, ac quibuſcumque perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, Ordinis gradus, & conditionis exiſtant, quod in dicta noſtra Eccleſia, & domo, ac loco per vos, & que ad preſens vobiſcum degunt, nec non etiam, que pro tempore degerint, nulle alie Religioſe perſone & ſpecialiter Abbatiſſa, & Moniales Sancte Anne hujusmodi inibi de cetero quoquo modo intromitti recipi, aut alias vobis preeſſe, ſeu alias quomodolibet aſſiſtere audeant, ſeu preſumant, nec vos impoſterum, & que ad preſens vobiscum ſunt, & pro tempore fuerint in dicto loco, & domo nobis ſubdite ad aliquam aliam perſonam obedientiam, & ſubjectionem dicte Abbatiſſe S. Anne preſtandam ulterius parere, ſeu obedire debeamini. Cum vos, & veſtrarum quelibet, ac locus, & domus predicta libere, & exempte ſitis, ſed tamen noſtro ſub Apoſtolice ſedis, & noſtra protectione, & juriſdictione fore, & eſſe perpetuo cenſeamini, ac inſuper tibi Sorori Seraphine moderne rectrici, & Sorori Victorie, ac Monialibus in eadem vobiscum, nunc & pro tempore degentibus, & quibuſcumque aliis perſonis ibidem ſervientibus, & quemcumque Ven. Presbyterum ſecularem, vel cujusvis ordinis regularem per vos pro tempore eligendum in veſtrum, & dicti loci Cappellanum pro tempore amovibilem eligere, qui in dicto loco, & domo, ſeu in dicta Eccleſia S. Joan. Miſſas, & alia divina officia etiam cum cantu, quibusvis etiam Dominicis & feſtivis diebus celebrare & recitare, ac vos & veſtrarum quamlibet, nc preſcriptas perſonas ſervientes in eodem pro tempore eſiſten. loco confiteri, ac illi veſtras, & cujuslibet veſtrarum, ac etiam perſonarum preſcriptarum confeſſiones audire ne non in omnibus, & ſingulis caſibus in quibus loci Ordinarius de jure, ſeu conſuetudine, aut alias quomodolibet abſolvere poteſt abſolvendi, vobiſque & illis pro modo culpe penitentiam ſalutarem injungendi, niſi tales exceſſus, pro quibus Apoſtolica ſede merito conſulenda foret, eſſent, ac in dicta Eccleſia quorumcumque Chriſti fidelium utriuſque ſexus cadavera ſepelien. & Indulgentias publicandi juxta ritum, & conſuetudinem aliorum Monaſteriorum predicti Ordinis ejusdem Civitatis Venetiarum, & quecumque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrandi, & conferendi ſuſcipientes vos rurſum, & veſtrarum quamlibet, & quaſcumque alias Moniales, & perſonas per vos, ut preſertur receptas, & pro tempore exiſtentes, & in eodem loco, & Domo ac illud, & bona veſtra, & dictarum perſonarum quecumque, quibus ad preſens gaudetis, & que forſam ad manus dictarum Abbatiſſe & Monialium Monaſterii Sancte Anne, & quomodolibet devenerunt ab eis detineatur vigore cujuſcumque perſone unionis, ac dicto loco, & ejusdem Monialibus per quaſcumque perſonas legata, & in futurum leganda quomodolibet ubicumque eſiſten. ſub dicte Lateranen. Eccleſie, & noſtra protectione, & juriſdictione, vigore quorumcunque privilegiorum & indultorum Apoſtolicorum admittentes etiam de novo dictum locum ac domum, nec non Eccleſiam preſcriptam, voſque; & veſtrarum quamlibet, nec non Moniales, & perſonas ſervientes, ac Cappellanos preſcriptos, ut preſertur pro tempore exiſtentes, nec non bona preſcripta, & jura quecumque dicti loci, & domus, & cujuslibet veſtrarum, & ipſorum ad omnes, & ſingulas gratias, immunitates, exemptiones, indulgentias, facultates, conceſſiones, pri-

privilegia, & indulta eidem Sacroſanƈte Lateranen. Eccleſie, & nobis ſubiectis membris, & Eccleſiis noſtris conceſſis eximentes, & liberantes, ac abſolventes vos, & veſtrarum quamlibet quatenus opus ſit ab omni, & quacumque perſona ſubjectione, & obedientia Abbatiſſe Monaſterii Sanƈte Anne preſcripte, preſertim quod ex dicto noſtro loco, & domo contigua Eccleſie preſcripte S. Joan. Lateranen. de Venetiis abſque licentia, & conſenſu noſtro preſcripto Monaſterio S. Anne reformando exiveritis, ut prefertur volentes, ac decernentes vos, & veſtrarum quamlibet ac Moniales, & quaſcumque alias perſonas ibidem ſervientes, ac pro tempore ut prefertur in ea degentes, & quoſcumque alios Chriſtifideles vere penitentes, Benefacientes, vel aliquas oblationes, vel eleemoſinas vobis, & dicto veſtro loco, & domo ac Eccleſia, ut per ſe vel alium, ſeu alios dantes, & relinquentes quotieſcumque illas dederint, & manus porexerint adjutrices, & preſertim in celebri feſto omnium Sanƈtorum & commemoratione omnium fidelium defunƈtorum, & in omnibus aliis, & ſingulis feſtivitatibus, & diebus decem annos, & totidem quadragenas, de injunƈta vobis, & illis penitentia in Domino miſericorditer relaxari, prout per alias noſtras litteras vobis conceſſas, quas, & contenta in eiſdem, quatenus opus ſit tenore preſentium innovamus, & confirmamus inhibentes propterea quod nulli Patriarche Archipresbytero, Archiepiſcopo, Regi, vel Principi, Eccleſiaſtice, vel ſeculari perſone liceat Domum & locum preſcriptum voſque, & Moniales preſcriptas ejuſque perſonas dicte Sacroſanƈte Eccleſie Lateran. Subditas, & ſubjeƈtas temere perturbare, aut eorum bona & jura auſere, & ablatas retinere, vel minuere, ſeu quibuslibet vexationibus faticare, declarantes tamen, quod preſcripta omnia cenſeantur libere ſore conceſſa ultra aliquod prejudicium rectorum Eccleſie predicte, cujus collatio etiam ad nos noſcitur pertinere, ſi quis autem hoc conſtitutionis, & confirmationis ſtatutum ſciens contra eum venire tentaverit tertiove admonitus niſi irruptionem ſuam digna cum ſatisfatione correxerit majoris excomunicationis ſententias incurrat, & poteſtatis honorumque dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & D. N. J. C. Redemptoris noſtri alienus fiat, atque in extremo examine diſtriƈte ſubjaciat vultioni, cunƈtis autem eiſdem domo, & loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fruƈtus bone aƈtionis percipiant, & apud diſtriƈtum judicem premia eterne pacis inveniant quocirca Reverendis in Chriſto Patribus D. D. Legato ſeu Nuncio Apoſtolico nec non Patriarche Venetiarum, ac eorumdem Vicariis, & auditoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus in dicta Civitate Venetiarum, & toto Venetorum Dominio, quatenus ipſi, vel alter ipſorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant preſentes litteras, & in eis contenta quecumque ubi & quatenus opus fuerit ac quoties pro parte noſtra, ſeu alicujus noſtrorum fuerint requeſiti ſolemniter publicantes voſque in premiſſis efficacis deſuper proviſionis preſidio aſſiſtentes faciant auƈtoritate noſtra conceſſiones, exemptiones, conſervatorias immunitates, prerogativas, privilegia, indulgentias facultates gratias, & indulta hujuſmodi inviolabiliter obſervari, non permittentes eas, quas hujuſmodi littere ipſe concernunt deſuper quomodolibet a quocumque indebite moleſtari contradictores, moleſtatores quoslibet, & rebelles per cenſuras & penas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo contrariis quibuscumque &c. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras manibus Camerariorum, & Secretarii Canonicorum noſtrorum ſubſcriptas ſigillique noſtri Capitularis appenſione munitas fieri fecimus. Datum Rome apud Lateranum Anno ſalutis Dominice 1551. die vero 3.

mcn-

menſis Maii Pont. Sanctiſs. in Christo Patris & Dom. Noſtri D. Julii Divina Providentia Pp. Tertii Anno 2. quas ſupradictas noſtras reintegrationis litteras tunc temporis expeditas, cum aſſeràtis per vos fuiſſe deperditas, & propterea per Illuſtrem Dom. Antonium Alberum pro parte veſtra nobis humiliter ſuplicatum fuit ut ejuſdem reintegrationi, & Litterarum noſtrarum preſcriptarum autenticum tranſumptum ad vos tranſmittere, & eaſdem litteras quatenus opus ſit confirmare, & aprobare dignaremur propterea nos una cum Reverendiſs. Patr. Dom. Leonardo Vairo Dei & Apoſtolice Sedis Gratia Epiſcopo Puteolano, ac Illuſtriſs. & Reverendiſs. Dom. D. Aſcanii Miſeratione Divina tituli S. Marie in Cosmedim S. R. E. Card. de Collumna (3) nuncupati, ac ejuſdem Sacroſante Baſil. Later. Archipresbyteri Vicario (4) in eadem Lateran. Eccleſia, ut moris eſt capitulariter congregati preſentes litteras tanquam a nobis alias emanatas, & earum predictum tranſuptum authenticamus, ac omnia, & ſingula in eiſdem litteris noſtris olim ad vos tranſmiſſis contenta juxta attributam nobis ad ipſa Apoſtolica Sede poteſtatem auctoritatem, & facultatem per privilegia plurimorum Pontificum nobis, & Eccleſie noſtre Lateran. conceſſa omni meliori modo, via, jure, cauſa, & forma quibus poſſumus, & valemus de conſenſu quatenus opus ſit quorum intereſt, & juxta Sacroſancti Concilii Trid. decreta & ſanctiones ſine tamen prejudicio beneficii, & ejus collationis ejuſdem Eccleſie S. Jo: Later. a nobis actenus fieri conſuete, ac in futurum pariter, cum vacare contingeri faciende & jurium, ac proventuum ad idem beneficium ſpectan. & pertinen. aprobamus & confirmamus volumus autem, ut annuum cenſum quinque librarum cere albe laborate nomine noſtro per predictum Illuſtrem Dom. Antonium Alberum Proccur. veſtrum promiſſum prout de tali promiſſione conſtat inſtrumento rogato in actis D. Sycrom. Mazziotti die 24. menſis Februarii preſentis An. 1595. impoſterum ſingulis annis hic Rome in manibus Commerariorum vel Commiſſariorum noſtrorum dictorum pro tempore exiſtentium in Vigilia Nativitatis S. Jo: Baptiſte perſolvatis, & renovatione ac confirmatione preſentium litterarum quolibet quindennio a data preſenti inchoan. a nobis petere, & cum effatione obtinere teneamini, in qua quindenii renovarione de omnibus cenſibus per vos ſolutis legitime docere debeamini. Quod ſi predicta adhibere neglexeritis, & cenſum predictum non ſolveritis, ab omnium jure quod preſentium vigore vobis, & ſucceſſoribus veſtris acquiritur illico cadatis, & ipſa cadant in quorum omnium & ſingulorum fidem &c. has preſentes manibus Camer. & Segret. Canc. Noſtris ſubſcriptas ſigilliq. noſtri Capitularis, appenſione munitas faciendas curavimus.

Dat. Later. Ann. Domini 1595. die 15. preſentis menſis Aprilis Pont. Sanctiſs. D. N. D. Clementis divina Prov. Pp. 8. Ann. 4.

Jacobus Brancarius Canon. & Cam. Lateranen.
Joſephus Rodulphinus Canon. & Cam. Lateranen.

J. Ercules Creximbenius Canon. & Secret. Lat.

(3) Aſcanius S. R. E. Cardinalis eximiæ doctrinæ vir, cui Auguſtinus Valerius Cardinalis ſex libros de Eccleſiæ conſolatione inſcripſit, Vide Ciacon. Tom. IV. pag. 170.

(4) Leonardus Vairus Beneventanus Canonicus Regularis Lateranenſis pietate non minus quam doctrina illuſtris Epiſcopus Puteolanus, & Romanæ Baſilicæ Lateranenſis Vicarius obiit 1603.

Capitulum Baſilicæ Lateranenſis Monaſterio Veneto S. Joannis Lateranenſis ſua privilegia confirmat.

F 1623. 11. Februarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Joannis Lateran. Venet.

Capitulum & Canonici.

SAcroſante Lateranen. Eccleſie Vener. Religioſis, & nobis in Chriſto dilectis Monialibus, olim Ordinis Heremitar. S. Auguſtini, ad preſens vero Ordinis S. Benedicti exiſten. in Monaſterio ſeu Conventu prope Eccleſiam Noſtram S. Jo: Lateranen. in Civitate Venetiarum ſalutem in Dom. & ſinceram in eo charitatem ordinariam in Eccleſias Capellas aliaque pia loca in ſolo, & fundo noſtre Lateranen. Eccleſie erecta conſtructa ſive eidem unita, & ſubmiſſa poteſtatem ex benignitate Sedis Apoſtolice obtinentes circa earum ſtatum meditationis Noſtre conſiderationem propenſius adhibere, & ea, que ad decus, & exaltationem earumdem per nos, ſeu predeceſſores noſtros conceſſa fuiſſe reperiuntur, ut omni prorſus dubio careant & illibata permaneant innovare, confirmare, & approbare prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire nos convenit, cum itaque alias de Anno 1504. ſub die 14. Menſis Decembris fuerit preſcripta Eccleſia Noſtra, ſub invocatione S. Jo: Lateran. exiſten. in Civitate Venetiarum a noſtro Capitulo, ceſſa, conceſsa, ac donata Monialibus predeceſsoribus veſtris eo tempore exiſten. prefacti Ordinis Heremitarum S. Auguſtini, ac poſtmodum de Anno 1551. ſub die 3. Menſis Maii, & ultimo loco de An. 1595. ſub die 15. Menſis Aprilis predeceſsores noſtri dictas primeve conceſſionis litteras confirmaverint ac renovaverint, voſque de preſcripta donatione qua private fueratis, reintegraverint, nec non omnibus & ſingulis privilegiis, facultatibus, gratiis, indultis, & indulgentiis, quibus alie Eccleſie, Cappelle, aliaque pia loca quecumque Lateranen. Eccleſie ſubjecta utuntur, potiuntur, & gaudent pariformiter preſcripta Eccleſia S. Jo: Lateran. Civitatis Venetiarum uti potiri, & gaudere poſse indulxerint hiis tamen conditione, & decreto ut decimoquinto quoque anno hujusmodi primeve conceſſionis litterarum renovationem a nobis petere, & obtinere, ac pro recognitione Dominii Noſtri perpetuum annuum cenſum quinque librarum cere albe laborate ſingulis annis in vigilia Nativitatis S. Jo: Baptiſte Eccleſie Noſtre Lateran. perſolvere teneamini, prout in dictis litteris deſuper tunc confectis, & expeditis plenius continetur, cumque modo vos tamquam filie obbedientie pro elapſi jam ab anno 1615. quindenii renovatione de veſtra incuria, & negligentia, veniam petentes apud nos ſuppliciter inſtetis, nos veſtris precibus ſatisfacere volentes una cum perilluſtri & Reverendiſs. Patr. D. Tiberio Petronio Sanctiſs. Dom. Noſtri Pp. utriusque Signature referendario Illuſtriſs. & Rev. D. D. Jo: Baptiſte miſer. divina Tituli S. Cicilie S. R. E. Presb. Card. Lenii nuncupati ejusdem Sacroſante Lateranen. Eccleſie Archipresbyteri Vic. in eadem Lateranen. Eccleſia, uti mos eſt, Capitulariter congregati auctoritate noſtra, qua decretorum, privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum nobis conceſſorum in hac parte fungimur, vigore, predictas primeve conceſſionis litteras una cum omnibus in illis contentis, clauſulis, gratiis privilegiis, indultis, & Indulgentiis omni meliori quo poſſumus modo, ac juxta Sacr. Conc. Trid. decreta tenore preſentium inchoamus, confirmamus, & aprobamus,

& ad

& ad aliud quindenium a preſentium Dat. inchoan. & ut ſequitur finiendum (ſine tamen prejudicio beneficii, & ejus collationis ejusdem Eccleſie S. Jo: Lateranen. a nobis actenus fieri conſuete, ac in futurum pariter cum vacare contingerit facien. & jurium, ac proventuum, ad idem beneficium ſpectan. & pertinen.) prorogamus: volentes ut deinceps perpetuis futuris temporibus decimoquinto quoque anno hujusmodi litterarum renovationem a nobis petere, & obtinere, ac predictum perpetuum annuum cenſum quinque librarum cere albe laborate ſingulis annis modo, ut ſupra hic Rome in manibus Camerariorum, vel alibi Commiſſariorum Noſtrorum perſolvere, viſitatoreſque noſtros benigne excipere teneamini, ſi autem a prefati cenſus ſolutione per bienium continuum ceſſaveritis, & prefacta omnia adimplere neglexeritis, ab omni jure, quod per preſentes vobis acquiritur illico cadatis, & prefacta Eccleſia S. Jo: Lateranen. ipſo jure ad nos devoluta eſſe cenſeatur, in contrarium facien. non obſtan. quibuſcumque. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has preſentes noſtras litteras manibus Camerariorum, & Segrettarii Canonicorum Noſtrorum ſubſcribi, ſigilique noſtri Capitularis juſſimus, & fecimus appenſione communiri.

Datum Rome in loco Capitulari Noſtre Sacroſante Lateranen. Eccleſie Anno a Nativitate Domini 1623. die vero 2. Menſis Februarii Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris & D. N. D. Gregorii Divina Providentia Pp. XV. Anno ejus 3.

Jacobus Brancarius Canonicus & Camerarius Lateranen.
Jo: Hieroſymus Bonfilius Canonicus & Camerarius Lateranen.

Stephanus Bortazzolus Canonicus Later. & Capituli a Segretaris.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTÆ JUSTINÆ
VIRGINIS & MARTYRIS.

CUM hujus operis exordia prima diſponerem, hanc mihi ultro legem præſcripſi, ut authentica documenta veluti fundamenta firmiſſima jacerem, quibus deinde ſuperinducerem quidquid ex probatiſſimis ſcriptoribus colligere potuiſſem. Neque vero me latebat, quantum moleſtiæ labor hujusmodi mihi eſſet allaturus, ſed omnia potius incommoda ſubire elegi, quam quidquam in medium proferre, quod juſto Criticorum judicio poſſet reprehendi. Ea ipſa de cauſa hiſtoriolas quasdam populares rejeci, a quibus cæteroquin voluptas, & admiratio narrationi acceſſiſſent, nullumque putavi eſſe poſſe verum hiſtoriæ ornamentum, cui Veritas non ineſſet. Interea tamen unam ex illis traditionibus adoptandam ratus ſum, quæ fronte prima ad vulgi ruditatem referuntur, ſed ſi ea accurate expendatur,

pro-

profecto ab illarum acervo eſt eximenda. Traditio hæc, ut alibi etiam diximus, ad noſtram usque ætatem detulit, Eccleſias octo fuiſſe Venetiis erectas hortatu, & opera Sancti Magni Epiſcopi antea Opitergini, deinde Eracleenſis. Id circa ſæculi VII. medium præſtitit vir Sanctus, tum ex imperio ſibi cœlitus facto (cujus generis exempla in hiſtoria Eccleſiaſtica paſſim occurrunt) tum ex Paſtoralis curæ impulſu, cum Urbem noſtram, majora in dies incrementa capere videret ex eorum affluxu, qui barbaricas excurſiones, cladesque vitabant, & idcirco novis, novisque ſpiritualibus ſubſidiis præſertim in Sacramentis adminiſtrandis indigere. Hanc fuiſſe earum fundationum cauſam unanimi ſententia aſſerunt plurimi ex Venetis Chronologis, quorum dictis ſuffragatur conſtans, atque immemorabilis traditio ipſarum Eccleſiarum, quæ Divum Magnum veluti Parentem primum, & Fundatorem agnoſcunt, & colunt, ejusque ſolemnia die VI. Octobris magna cum celebritate exequuntur.

Inter eas Eccleſias ordine recenſetur ſexta, quæ Divæ Juſtinæ Patavinæ Martyris titulo inſignitur, eadem enim Sancta Virgo, (ut refert antiquum Lectionarium Ducalis Baſilicæ) *Sancto Epiſcopo nube circumdata apparens Templum in* Veneta *Urbe ſibi ædificari petit in loco, ubi vitem novos fructus emittentem videret*; Vitem itaque novos botros germinantem cum in extrema Urbis parte reperiſſet vir Sanctus, ibidem piorum ſubſidiis ſtatutam Eccleſiam ædificari curavit, quæ a ſui exordio in Parœciam proximarum ædium conſtituta fuit. Quo autem tempore in Collegiatam evaſerit, incertum eſt, id unum ex Pontificiis Innocentii III. epiſtolis patet, ipſius Pontificatus anno X. Chriſti nempe 1207. Venetam D. Juſtinæ Eccleſiam Presbyteros, ſeu Canonicos, & alumnos habuiſſe, Capitulares ſcilicet viros in Parœcialis curæ ſubſidium conſtitutos. Conſulendæ ſuper hoc Innocentii III. epiſtolæ lib. x. editionis Pariſienſis, & Gloſſa in Decretalibus lib. I. tit. 29. c. 29, quam fuſe dedimus Operis hujus Tom. III. pag. 16. dum Gradenſes Patriarchæ juxta Eccleſiam S. Silveſtri commorantes illuſtravimus, ex ea enim, (quod ad rem noſtram attinet) addiſcimus circa ea tempora exortam fuiſſe controverſiam *inter Albertum Presbyterum, & Canonicos Sanctæ Juſtinæ ſuper Canoni-*

nonicatu S. Juſtinæ, quorum controverſia *ad petitionem Canonicorum S. Juſtinæ* Primicerio Gradenſi, & Plebano S. Sophiæ primum *commiſſa* fuit, mox poſtulante Alberto Presbytero *aliæ litteræ Archipresbytero Paduano* datæ fuerunt, *in quibus de prioribus mentio nulla* facta fuit. Igitur Archipresbyter Delegatus, *quia Clerici Sanctæ Juſtinæ* Albertum *non recipiebant in ſocium, & in fratrem, illos excommunicatos fecit publice denuntiari*; Id cum Primicerio, & Plebano Judicibus primo delegatis innotuiſſet, *mandaverunt Patriarchæ Gradenſi, ut dictos clericos denuntiaret* non eſſe excommunicatos. Quo judicio dirempta deinde fuerit controverſia, incompertum eſt, cum præter enuntiatas epiſtolas, & Gloſſam, nulla de hoc negotio ſuperſint documenta. Nec tamen ex eo, quod Gloſſa Presbyteros S. Juſtinæ Canonicorum titulo inſigniat, dicendum erit, Canonicos Regulares iis temporibus eam Eccleſiam adminiſtraſſe, ſiquidem ii ipſi, qui nunquam Regulares nominantur, paulo poſt Clerici, ideſt ex ſæculari Clero fuiſſe, aſſeritur. Eccleſiam jam a multis ſæculis ædificatam conſecrationis munus adnitente Petro Ziano Duce obtinuiſſe ab Hugolino Cardinale Hoſtienſe, tunc Pontificiæ Sedis Legato, qui & illam Indulgentiarum muneribus decoravit, patet ex lapide antiquis characteribus notato, in quo hæc inciſa leguntur.

„ Ob reverentiam debendam Illuſtriſſimo Petro Ziani Du-
„ ci Benefactori noſtro præcipuo affigi juſſimus Hoc Epigram-
„ ma —— ✠ Domini Curriculus annorum milenus. Tunc —
„ Kalendas Junii quarto ducentenus. Erat — dempto attamen
„ uno, & vicenus. Quem orna—vit Dominus morum honeſtate
„ Ugolinus — Dom. Hoſtienſis late. Et Veltrenſis — animi plenus
„ ſoſpitate. Equidem Epiſcopus — Legatus Beatæ Sedis Apoſtoli-
„ cæ. Viri Illuſtriſſimi — Ducis Petri Ziani vere rogantibus
„ uti — ferunt ſani. Hoc indulſit Clugiæ cordis — qui eſt ſa-
„ ni. Duci dicto Nobili mente non — inani. Propter ejus
„ gratiam. Ut qui hanc — Baſilicam Virginis Juſtinæ Sanctæ
„ viſita—verit debito cum fine. Ejus natalitii Maje—ſtati Tri-
„ næ. A die gratiſſimi usque non chachine. — Ad octavam ſi-
„ quidem quadraginta extimet — ſibi relaxari. Dies dein po-
„ ſita ut poſſit purgari. — Paſſim pœnitentia, quod magnum
„ lucrari. — Eſt nempe euntibus ſi quis contemplari — Velit
„ ſuo animo. Datum quarto Kalendas Junii.

In

In Prioratum deinde tranſiiſſe Eccleſiam S. Juſtinæ, ex gemino documento accipimus, ſiquidem in rogitis Marci de Raphanellis Notarii Veneti ad annum 1297. affertur Frater Andreas Paraſſu Prior S. Juſtinæ de Venetiis, cujus quoque mentionem ingerunt Ephemerides Monaſterii S. Mariæ Servorum de Venetiis ad annum 1402, prout ad ipſum Monaſterium diximus Operis hujus Tom. II. pag. 58, cum enim eo anno obiiſſet *Petrus Beſcus de Sancto Felice* olim Servorum Prior, vir vitæ ſanctimonia laudatiſſimus, emortuale ejus officium peregit in Pontificalibus Frater Andreas Paraſſu Prior S. Juſtinæ Venetiarum ex Monaſterio Servorum, (de cujus gremio erat) anno 1390. aſſumptus.

Poſt hæc ad ejus Eccleſiæ adminiſtrationem evocati fuerunt *Fratres Canonici Regulares S. Salvatoris*, a Diva Birgita ſanctiſſima Vidua, olim ſub S. Auguſtini regula inſtituti. Quo tempore locum ſibi commendatum ingreſſi fuerint, ignotum eſt, attamen anno MCCCCXXIX. in eo Prioratu degiſſe comperimus, ſiquidem, ut ex Clar. Viri Dominici Mariæ Manni relatu acceptum eſt, Joannes de Jo. Mino de Montenarchio Canonicus Regularis S. Birgitæ Joannis Petri olim Florentinæ Reipublicæ Cancellarii, & poſtea ejuſdem Ordinis Canonici Frater eo ipſo anno 1429. Venetum S. Juſtinæ Prioratum adminiſtrabat. Canonicos ſeu Fratres S. Brigidæ memoratos legimus in teſtamento cujuſdam Franciſci Secundi, quod anno 1432. rogavit Bartholomæus Camuſius Notarius, in quo legavit *Ducatum unum Fratribus Sanctæ Brigidæ commorantibus in Sancta Juſtina de Venetiis*. Ex eorum Fratrum cœtu *Frater Daniel Valareſſo de ſ. Ermolai Prior S. Juſtinæ licentiatus in artibus, & ſtudens in Theologia* poſtulatus fuit ad Archiepiſcopatum Cretenſem per publica P. C. ſuffragia anno 1444. menſe Septembris, ut videre eſt in Notatorio XVI. Ducalis Cancellariæ. Hermolaum ſuperius enuntiatum Senatorem fuiſſe, & Juliæ Roberti Prioli filiæ conjugem aſſerit Marcus Barbarus in Familiis Patritiis Venetiarum.

Diu tamen iis in ædibus, ob reddituum fortaſſe tenuitatem, perſiſtere haud valuerunt, ex quo factum eſt, ut relicto ad loci cuſtodiam unico ſui Ordinis Converſo Canonici inde recedere cogerentur, quorum Prior Bernardus de Fara *per Bullas Eugenii Papæ IV. reſervationem Florenor. 25. ſuper, & de redditi-*

ditibus dicti Monaſterii S. Juſtinæ, quoad viveret, obtinuerat. Sacræ ædis calamitatem miſerati ejusdem Eccleſiæ ſeu Prioratus Parochiani, de reparando Divino cultu ſolliciti Nicolaum V. datis ſupplicibus libellis exorarunt, ut *Monaſterium* S. Juſtinæ *alias Fratribus S. Salvatoris S. Brigidæ Ord. S. Auguſtini conceſſum*, & ab ipſis derelictum, cum ſpes non adeſſet reparationis *ex illius facultatibus* promovendæ, Monaſterio Sanctimonialium Beatæ Mariæ de Angelis de Muriano, quarum numerus ob earum vitam laudabilem, & honeſtam admodum excreverat, unire, & adnectere, Apoſtolica authoritate dignaretur. Annuit Pontifex, datisque ad Antonium Bono Epiſcopum Equilinum die III. Martii anno MCCCCXLVIII. ampliſſimis litteris, cum de præmiſſis certam non haberet notitiam, eidem mandavit, ut ſi ea ita eſſe reperiſſet, in dicto Prioratu, & Monaſterio S. Juſtinæ, *ſuppreſſo Canonicorum Regularium Ordine*, *Prioratum ipſum in Monaſterium Monialium dicti Ordinis* S. Auguſtini *per Prioriſſam gubernandum* erigeret, *ipſique Prioriſſæ*, *& Monialibus*, *ut de dicto Monaſterio B. Mariæ ad ipſum erigendum ſe transferre*, *& in eo perpetuo permanere* valerent, *facultatem* impertiretur; eas tamen conditiones adjici voluit, quod in B. Mariæ Cœnobio cultus Divinus nullatenus negligeretur, ac in erigendo Monaſterio duo Capellani ſtatuerentur, qui curæ animarum Parochianorum diligenter intenderent. Felicem hujuſce negotii exitum, quem a Pontifice per publicas litteras exoraverat Senatus; egregie promovit laudatiſſimus Vir Franciſcus Barbarus, qui cum in Monaſterio S. Mariæ Angelorum duas filias Conſtantiam, & Ginevram, ſeu Zinebram Chriſto Sponſo pro animi ſui pietate libenter obtuliſſet, dolebat attamen, eas adeo arctis loci anguſtiis contineri, ut vix nec niſi incommode ſtare poſſent. Quare Nicolaum V, cui ob egregias virtutes acceptiſſimus erat, ſupplicibus obteſtatus eſt Epiſtolis, ut Monaſteriolum S. Juſtinæ, quod aliquandiu habuerant ii, qui *ab Ordine S. Brigidæ* receſſerant, Monialibus S. Mariæ Angelorum *pauperi Chriſto in paupertate* famulantibus gratis concederet, teſtimonio Sancti Viri Laurentii Juſtiniani Epiſcopi Caſtellani deſpondens, beneficium hoc Pontificiæ liberalitatis apud tales Virgines bene collocatum fore. Pari ardore, iisdemque fere ſenſibus Franciſci Condulmerii Cardinalis Veneti, & Flavii

Blon-

Blondi, qui Pontifici erat a ſecretis, interceſſionem imploravit piiſſimus Barbarus, cujus ornatiſſimas epiſtolas ea de re agentes, etſi jam cum cæteris Brixiæ typis editas anno 1743, & ab ampliſſimo Cardinali Quirino eruditiſſima Diatriba illuſtratas, tamen ad laudem eximii Senatoris, atque ad hujuſce Monaſterii decus exhibendas cenſeo.

Franciſcus Barbarus Eloquentiſſimo Blondo ſuo ſalutem.

„ Quia Senatus a Pontifice Maximo magno ſtudio petit, ut „ Monaſteriolum S. Juſtinæ Diœceſeos Caſtellanæ conferatur „ Sanctis Virginibus, quæ nunc habitant Muriani in Mona„ ſteriolo S. Mariæ Angelorum, te etiam, atque etiam rogo, „ ut huic honeſto deſiderio faveas, & ope, opera, & inter„ ceſſione non deſis. Nam cum Ædicula ita deſerta, & dere„ licta ſit ab illis, qui ab Ordine S. Brigidæ defecerunt (1), „ ſapientis Principis eſt, locum deſertum habitabilem redde„ re, & alterum pati deſeri, qui habitari non poteſt. Hic „ enim in græmio eſt Civitatis, quem non ſolum ornare, ac „ amplificare, ſed etiam cuſtodire, frequentia, & devotio po„ puli poteſt; & vicini Cives id tanto ſtudio capiunt, ut „ nihil magis. Murani autem tanta eſt ſolitudo, & tanta lo„ ci anguſtia, ut nec capiat eas, quæ in illo Sancto cœtu „ vivere volunt, ſed quæ ibi ſunt, ſtare non poſſunt; & Ec„ cleſia ita anguſta eſt, ut nec in hyeme ſimul valeant con„ venire. Ad illam autem Inſulam interdum in hyeme nec „ Capellanus, nec Medici poſſunt navigare, nec commeatus „ adſunt, niſi quos de die in diem miſericorditer Deus lar„ gitur. Quid multa? locus iſte Angelorum ſine Paradiſo eſt, „ idem ſine Pomerio, ut ita loquar; & quamquam meliores, „ ac jucundiores ſibi fructus non deſint, quam ex terra col„ ligi, & expectari poſſint, tamen amœnitas, & recreatio „ quædam, donec hic ſumus, non eſt repudianda. Nam, ſicut „ noſti, nulla Aquila tam alte volat, quin interdum requie-

(1) Ex hoc dicendi modo, quo tum in hac, tum in ſequentibus litteris ſe exprimit Vir Clar. profecto arguitur Canon. Regulares Sanctæ Birgitæ in Veneto Monaſterio degentes, non tam a Veneto Cœnobio receſſiſſe, quam ab ipſo inſtituto, quod profeſſi fuerant, defeciſſe.

„ ſcat in terra. Quare valde mihi gratum erit, ſi apud SS. „ Romanum Pontificem, & cæteros ſic intercedas, ut cum „ Senatu Virgines iſtæ compotes fiant votorum ſuorum. In „ hoc enim cœtu Conſtantia, & Zinebra filiæ meæ ſunt, ubi „ cum tanta laude, & gloria ſanctitatis vivunt, ut in carne „ extra carnem vivere videantur; nec ulla ſpes humanæ fe- „ licitatis eas movere potuit ab hoc conſtanti propoſito ſuo. „ Quare non ſolum publice, ſed privatim mihi morem ge- „ res, ſi nihil prætermiſeris, ut Dominus Noſter benigne, „ ac liberaliter gratificetur ſibi. Nam cum Monaſterium iſtud „ paupertatem colat, ut ſpero, Summus Pontifex non ſolum „ conſentiet, ut Moniales iſtæ habitare poſſint in Sancta Ju- „ ſtina, ſed etiam gratis pro ſua ſumma pietate conſentiet; „ ut omnes intelligant, apud eum virtuti locum eſſe, non „ fortunæ. Vale.

„ Ex Venetiis Id. Juniis 1448.

Franciſcus Barbarus, Papæ Nicolao V. Salutem.

„ Scio Beatiſſime Pater, tacendum mihi tecum, non lo- „ quendum eſſe, quia ſatis eſt nobis, qui Divinas virtutes „ tuas colimus, admirari quæ facis, non monere, quæ ſint „ facienda; Sed pietas, quæ me cum inclyto Senatu Noſtro „ cogit ad ſcribendum, inclinabit Sanctitatem tuam ad exau- „ diendum pium, & honeſtum deſiderium meum. Monaſte- „ riolum eſt in ſuburbano, ut ita dicam, Civitatis noſtræ, „ quod S. Mariæ Angelorum appellatur; in quo ita pie, & ſan- „ cte vivitur, ut ibi cum magno contemptu rerum humana- „ rum Deus in Sanctis Virginibus habitare videatur. Locus „ autem ita anguſtus eſt, ut nec illas capiat, quæ ibi ſunt, „ ut cæteras excludat, quæ ſecum eſſe, ſecum morari volunt; „ nec ullo ingenio ampliari poteſt. Quid multa? Nulla ibi „ amœnitas, nulla ibi recreatio præter cellam, & Eccleſiam „ invenitur. Locus denique Angelorum, quod vix credi po- „ teſt, Paradiſo caret, & plurima habet incommoda, quæ in „ vita monaſtica, & in ſolitudine etiam a viris non eſſent „ toleranda. Nunc autem hic apud nos vacat Monaſterium „ S. Juſtinæ Diœceſis Caſtellanæ, quod aliquando habuerunt „ nonnulli, qui ab Ordine Sanctæ Brigidæ receſſerunt, & ibi

ædifi-

„ ædificari , & ampliari locus poterit cum honore Dei , &
„ magna commoditate Sanctarum Virginum , quarum neceſ-
„ ſitati conſulendum eſt , & dignitati : Cæterum cum non
„ opibus , ſed virtutibus divites ſint ; & pauperem , & egenum
„ Chriſtum pauperes ſequantur , a Santitate tua peto , ut
„ conceſſio iſta ſibi gratis fiat , ut omnes intelligant , etiam
„ in hac re apud Beatitudinem tuam non fortunæ , ſed vir-
„ tuti locum eſſe ; & Sanctus Vir Laurentius Juſtinianus Epi-
„ ſcopus Caſtellanus mecum ſpondet , hoc beneficium tuum
„ apud tales Virgines bene collocatum fore . Feliciter valeat
„ Clementia Tua , ſicut opto .

„ Ex Venetiis Id. Jul. 1448. ex Monaſterio S. Laurentii .

Franciſcus Barbarus Franciſco Cardinali Vice Cancellario . Salutem .

„ Etſi non ſit neceſſe Reverendiſſime Pater , & Domine , cau-
„ ſam illam a me commendari tibi , quam pietas religionis ,
„ auctoritas Senatus , nomen ipſum Angelorum , & Sanctitas
„ vitæ commendat ; tenere me tamen non poſſum , quin pu-
„ blice , & privatim pro Virginibus illis intercedam , quarum
„ membra Templa ſunt Dei , ab omni fere contagione purga-
„ ta . Quid autem nobis ſibi negandum ſit , quæ pie , & bene
„ vivendo cum ipſo contemptu rerum humanarum , apud Deum
„ omnia impetraſſe videantur ? quare cum Monaſteriolum ,
„ ubi nunc ſunt , illas non capiat , nec ullo pacto ampliari
„ poſſit , & Eccleſia quoque tam arcta , & anguſta ſit , ut pſal-
„ lere , & convenire non valeant , ut multa incommoda patian-
„ tur , quæ nec in vita Monaſtica , nec in ſolitudine ſunt to-
„ leranda , a te peto , & poſtulo , ut apud Sanctum Patrem in-
„ tercedas , ut Monaſterium S. Juſtinæ Diœceſis Caſtellanæ
„ ſibi concedatur , quod nunc derelictum eſt ab illis , qui nec
„ ſecum bene conſtant , nec cum Ordine S. Brigidæ recte con-
„ veniunt . Quod & vicinis , & univerſis Civibus , & Sancto
„ Viro Epiſcopo Caſtellano valde gratum futurum eſt . Lon-
„ giore forte oratione nobis opus eſset , niſi ipſius rei digni-
„ tas , & Sanctarum Virginum neceſſitas ſatis apud te loque-
„ retur . Cæterum quia cœtus iſte paupertate , non divitiis
„ gloriatur ; hortor , & rogo , ut apud S. D. N. intercedas ,

ut

„ ut mutatio iſta gratis fiat. Scio enim Beatitudinem ſuam de
„ bonis omnibus ita honorifice, & ſentire, & loqui, ut om-
„ nes intelligant, apud ſe magnum, & amplum locum eſſe
„ virtuti, non fortunæ. Quod ea mihi gratius erit, quia
„ cum inter illas duæ Filiæ meæ ſint moribus, ingenio, &
„ virtute præſtantes, quidquid humanitatis in ipſas contulerit
„ Sanctitas Sua, in me ipſum quoque collatum putabo. Va-
„ le feliciter, ſicut opto, Sanctiſs. D. N., quando tempus, &
„ locus patietur, me diligentiſſime commenda.

„ Ex Venetiis apud S. Georgium, quo me recepi quia
„ Paula filia tua, & mea, peſtilentia laborat, & di-
„ ſtraxi familiam, ne malum hoc ſerpat latius.

Franciſcus Card. Ven. Franciſco Barbaro Salutem.

„ Clariſſime, & inſignis miles compater noſter chariſſime.
„ Si res ipſa honeſta ſcilicet, & religioſa, ex ſe movere nos
„ non potuiſſet, profecto litteræ tuæ graves admodum, & ju-
„ cundæ nos vel curſu propellere potuerunt ad procuran-
„ dum, quod a nobis petiiſti pro Virginibus Angelorum, ita
„ enim rationibus agis, & precibus, ut etiam invitum & no-
„ lentem cogere poſſis. Utrumque ergo nobis ſponte currenti-
„ bus calcaria ſubdidit, quod ut factum paucis perſtringamus,
„ ita apud S. D. N. perſuaſimus, & ſupplicavimus, quod Mo-
„ naſterium S. Juſtinæ ipſis Virginibus, ſicut optabas, con-
„ ceſſit, Litteraſque Apoſtolicas gratis ubique expediri manda-
„ vit, quæ quidem nunc continuo expediuntur, & ad ſum-
„ mum alteri curſori ad te dabuntur.

Franciſcus Barbarus Franciſco Cardin. Ven. Vice Cancellario Salutem.

„ Ad VII. Kal. Sept. accepi Litteras tuas, quæ humanitatis,
„ & virtutis tuæ teſtes ſunt, & neceſſitudinis noſtræ. Sic enim
„ interceſſiſti apud SS. Nicolaum Papam pro Sanctis Virgi-
„ nibus Angelorum, ut nec ſtudium, nec patrocinium, nec
„ officium tuum defuerit piæ cauſæ ſuæ, nec beneficium Ro-
„ mani Pontificis, ut ſpero ſibi ſit defuturum; qui ſicut in
„ omni genere virtutis Princeps eſt nominis Chriſtiani, ita
me-

„ merito videri vult Pater Servorum Dei. Cum igitur munificentiam ſuam oſtenderit inclyto Senatui noſtro, & bonis omnibus, gratis concedendo Monaſterium Sanctæ Juſtinæ prædictis Virginibus, & nunc Bullas illas impediant Auditores Rotæ; certum eſt non minus cedi gloriam Summi Pontificis avaritia iſtorum, quam inopiam Sanctarum Virginum, quæ propter Chriſtum nihil habent. Ideo a te peto & poſtulo, ut quod Deo auctore, bene cœpiſti, Deo adjutore, perficias. Cura igitur, ſi me amas tantum, quantum profecto facis, ut vel coram, vel per litteras ſic agas, ut gratia Papæ, quæ gratis conceſſa eſt, ita a te jam expediatur, ut ab hujusmodi Auditoribus non impediatur. Hoc mihi ſcias ita gratum fore, ut nihil hoc tempore gratius fieri poſſit. Quod Abbatiam Roſacianam — Omiſſis. —
„ Utini pridie Nonas Septembris MCCCCXLVIII.

Pontificia itaque conceſſione recepta, Antonius Bono executor Apoſtolicus, cum ex diligenti examine cognoviſſet Moniales S. Mariæ Angelorum *pro majori parte de nobili genere procreatas ob earum vitam laudabilem, & honeſtam* adeo numero excreviſſe, ut in dicto Monaſterio, quod ampliari non poterat, *commodas habitationes non haberent*, atque in Prioratu S. Juſtinæ nullum ex Canonicis regularibus reſidere *pro deſtructione ædificiorum ſuorum, & deſolatione*, cenſuit Apoſtolicum mandatum debitæ executioni eſſe demandandum. Die itaque XVIII. Maii anno MCCCCL. lato decreto (A) Ordinem Fr. Canonicorum Regularium S.Brigidæ in Veneto S.Juſtinæ Moſterio ſuppreſſit, & Prioratum in Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini de cætero per Prioriſſam gubernandum cum ſuis ædificiis erexit, utque in dictum Monaſterium Moniales Beatæ Mariæ de Angelis ſe reducerent ibidem perpetuo permanſuræ, Apoſtolica indulſit authoritate; hac tamen appoſita conditione, ut *Bernardus de Fara alias Prior loci S. Juſtinæ*, de ejusdem Monaſterii redditibus XXV. Florenos annuatim ſibi, quoad viveret, perſolvendos acciperet, prout ſibi per bullas Eugenii Papæ IV. datas Florentiæ anno Dominicæ Incarnationis 1441. 4. Nonas Decembris indultum fuerat. Epiſcopi Delegati decretum datum, & actum fuit in Monaſterio Sanctæ Mariæ Cruciferorum, *ubi reſidentiam faciebat perſonalem.*

His

His actis, Sanctimoniales Murianenſes confeſtim omne ſtudium in Veneti Cœnobii reparationem intendentes, ipſius ædificia *non mediocriter* tantum, ſed ſumptuoſiſſime reſtaurare cœperunt, cumque jam loci reſtitutio adeo perfecta eſſet, ut ad eum aſſignatus Sanctimonialium numerus ſe tuto recipere poſſet, de diviſione reddituum cogitare cœperunt. Anno itaque 1453. die 10. Maii convocatæ, & congregatæ Sanctimoniales, tum illæ, quæ ad nova clauſtra aſſignatæ erant, cum eæ, quæ in antiquis ædibus permanere ſtatuerant, de mandato Iſabettæ de Venetiis utriusque Monaſterii Prioriſſæ de dividendis æquandisque redditibus conſilium inierunt. *Interveniente* itaque *auctoritate*, & *conſenſu Divi Laurentii Juſtiniani Sanctæ Sedis Gradenſis*, & *Venetiarum Patriarchæ*, & *Dominici de Dominicis Epiſcopi Torcellani* Sanctimoniales, ut utriusque Monaſterii incolis *pro æquali ſubſtentatione vitæ* providerent, redditus Sanctæ Mariæ Angelorum ita æquis portionibus diviſerunt, ut una pars eorum in jura Murianenſis Cœnobii permanente, altera in jura cederet novi Monaſterii Venetiis inſtituti (B). Inductas in novo Cœnobio Sanctimoniales ſpiritualibus auxit privilegiis Caliſtus III. anno 1458. die 20. Jun. (C) eisdem concedens, ut *capitulariter congregatæ* aliquem *Presbyterum Sæcularem* vel Regularem ſibi eligere poſſent Confeſſorem.

Rebus ita compoſitis, ad curam animarum ex Sanctimonialium electione deſtinatur ſub *Capellani Curati* titulo Franciſcus Gaffarus Presbyter, qui anno 1470. viam univerſæ carnis ingreditur. Eo defuncto Eliſabeth Prioriſſa, & cæteræ Sanctimoniales *concorditer*, *nemine diſcrepante*, *tanquam perſonæ*, *ad quas talis electio de jure ſpectabat*, *Joannem Grimanum Presbyterum Titulatum Eccleſiæ S. Juliani in Capellanum* elegerunt, *non obſtante contradictione facta per aliquos ex Parochianis*, *qui dictam electionem ad ſe ſpectare dicebant*. Controverſia ad Maphæum Girardum, tunc temporis Patriarcham Venetiarum delata eſt, qui re diligenti examine perpenſa, cum irrefragabile jus Monialium ex Apoſtolico Nicolai V. diplomate comperiſſet, electum Joannem amplo decreto confirmavit die 11. Octobris ejusdem anni 1470. (D); quo deinde electionis jure pacifice usque ad diem uſæ ſunt Sanctimoniales.

Templum interea cum graviora in dies vetuſtatis detrimenta pateretur anno tandem ſæculari Md. magna ex parte corruit,

ruit, quod, ut a ſuis ruinis celerius emergeret, erogato ære adjuverunt Zacharias Barbarus, Marcus Antonius Maurocenus, Hieronymus Contarenus, Matthæus, & Andreas Dandulo clari nominis Senatores, atque ad ejus complementum ſummam pecuniæ non levem ultro detulit Hieronymus de Joanne, ut in ſuo de Veneta Urbe libro teſtatur Sanſovinus. Haud longo temporis ſpatio perfectam Eccleſiam conſecrationis decore inſignivit die 14. Maii anno 1514. Dominicus Zono Epiſcopus Chiſsamenſis, eamque addito ornatu ad pulchriorem formam redegit anno 1600. Perpetua Paſcalico Prioriſſa. Conſecrationis pariter, & renovationis ornatusque memoriam lapides exhibent his inſculpti notis.

„ Divæ Virginis, & Martyris Juſtinæ Sacrum MCCCCC.
„ Reſtauratum MCCCCCC.

D. O. M.

„ Eccleſiam hanc Reverendiſs. D. Dominicus Epiſcopus
„ Chiſſamenſis conſecravit in honorem S. Juſtinæ Virg. & Mar-
„ tyris, anno Domini MDXXII. Dominica ſecunda Maii die XV.
„ Eadem, Reveren. Perpetua Paſqualigo Prioriſſa bonorum
„ Monaſterii prudens conſervatrix ad pulchriorem formam re-
„ degit; Monaſterium ad commodiorem uſum accommodavit,
„ & utrumque quaſi a fundamentis reſtituit, atque ornavit
„ MDC. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Domino Laurentio Priolo
„ S. R. E. Cardinali, Patriarcha Venetiarum.

Cum autem per ea tempora ad reſtaurandam Sanctimonialium diſciplinam ſedulo vigilaret Antonius Contareno, atque rigidioris vitæ Sanctimoniales ad laxiora Cœnobia reformanda deduceret; e Cœnobio quoque S. Juſtinæ eximia virtutum laude clariſſimo Virgines nonnullas eduxit, ut collapſam regularis vitæ obſervantiam in Monaſterio S. Mariæ de Virginibus reſtituerent. Quanto autem labore, quibusve difficultatibus id actum fuerit, jam Operis hujus Tom. IV. relatum eſt.

Eccleſiam hanc in annua Titularis Virginis Feſtivitate, Principis, & Senatus ſolemni interventu decorari juſſit S. C. anno 1571. in perenne grati obſequii teſtimonium ob inſignem victoriam, quam eo anno de Turcica claſſe apud Echinadas Inſulas retulerunt Reſpublica Veneta, & cum ea fœderati Chriſtiani Principes.

Decus etiam Templi auxit Hieronymus Superantio Eques, & Divi Marci Procurator adjecto marmoreo proſpectu, cui ſua Joannis Patris, & Franciſci Fratris ſimulacra, & elogia apponi mandavit.

„ Joanni Superantio Equiti D. M. Procur. qui maximis „ quibusque urbanis Magiſtratibus, Bergomenſi, Brixiana, & „ Patavin. Præturis integre perque ſancte geſtis. Brixia peſtilentiam, Patavium famem eliminavit, legationibus ampliſſimis ad Philipp. II. Hiſpan. ad Henr. III. Galliæ Reges, ad „ Pium V. Gregorium XIII. Clem. VIII. Rom. Pontifices glorioſiſs. & magnificentiſs. obitis inter Pont. Max. Hiſpan. Regem, & Remp. Venet. ſacroſanctum adverſus Turcas fœdus „ icit, pacemque cum Selimo Turcarum Imp. confectam, iterum ad Philipp. II. ext. Ord. legatus probavit. Vixit annos „ LXXXIV. Obiit anno Chriſti Nativ. MDCIII.

„ Hieronymo Superantio Equiti D. M. Proc. Joan. Equ. & „ D. M. Proc. F. qui ſupremas in Urbe dignitates; legationes „ maximas ad Philipp. III. ad Philipp. IV. Hiſp. ad Ludovic. „ XIII. Galliæ Reges ad Paul. V. Gregor. XV. Urban. VIII. „ Rom. Pont. ſapienter, ac ſplendidiſs. geſſit. ad Matthiam „ Imp. legatus immanem, & efferatam Uſcoccorum piraticam, ex Adriatico ſinu radicitus extirpavit, vixit annos „ LXVIII. obiit a Chriſto Nato MDCXXXVI.

„ Franciſco Superantio Equiti, Joan. Equ. & D. M. Procur. F. qui ampliſs. in Civitate muneribus egregie perfunctus, Vicentiæ Præfectus, diſſidiis omnibus de Civitate ſublatis ejusdem Concilium ad probatam, quæ adhuc viget, „ formam redegit. ad Jojoſium Ducem excipiendum, & Venetias reducendum ad Philipp. II. ad Philipp. III. Hiſpan. „ Reges ad Rodul. II. Imp. legat. ad Paul. V. Rom. Pontif. „ deſignatus; obiit anno a Chriſto Nato MDCVII. Vixit „ annos L.

Extremam Teſtatoris voluntatem a nepotibus executioni demandatam archetypo Bathaſſare Longhena teſtatur epigraphe ſub coronide inciſa.

„ Jacob. & Benedict. Superantii, Joan. Equ. & D. M. Pro-

cur.

„ cur. Filii Joanneſque, & Fratres ex Laurentio Nepotes P. „ F. ex Hieronymi Equ. & Procurat. Teſtamento.

Aram Sacelli Principis (in cujus tabula D. Juſtinæ Martyrium expreſſit Palma) pietas Familiæ *Dulcis*, ut refert Sanſovinus extruxit, marmoribus porphyrite, ac ophite ornatiſſimam, cujus deinde Tabernaculum ex jaſpide, achate, coralliis, aliiſque lectiſſimis lapidibus conſtrui, & ornari curaverunt pio ſtudio Sanctimoniales.

Ad dexterum Majoris Sacelli latus, ara marmorea exſurgit, in qua Deiparæ ſimulacrum colitur Chriſtum puerum manu amplexantem, quod e Cretenſi clade pius quidam Sacerdos eripuit, atque anno MDCLXX. Eccleſiæ huic dono dedit.

Venerandum hoc ſimulacrum apud Hiſpanos primum mox apud Cretenſes antiquo cultu fuiſſe celebre teſtantur regeſta Monaſterii. Rei ſeriem ex ipſis regeſtis erutam afferimus antiquo ſermone eadem prorſus profitentes, quæ jam Operis hujus Tom. II. diximus pag. 153.

Narratio prodigioſæ Imaginis Deiparæ Virginis de Hiſpaniis, quæ colitur in Eccleſia Sanctimonialium S. Juſtinæ Venetiarum.

Quo tempore ferox Maurorum gens ex Africa egreſſa univerſa Hiſpaniarum regna invaſit, plurimi fideles de rebus ſacris magis, quam de propria ſalute ſolliciti Sanctas Imagines, ut a Barbarorum inſultibus eriperent, magno ſtudio abſcondere ſatagerunt, quarum nonnullæ liberatis poſtmodum a crudeli jugo Hiſpanicis terris vel cœleſti monitu, vel piorum cura repertæ miraculis claruerunt. Ex hoc numero eſt ſimulacrum Sanctiſſimæ Virginis, quod olim in civitate Cretæ per longa tempora excultum, modo honorifice in Eccleſia Monialium Sanctæ Juſtinæ Venetiarum aſſervatur. Etſi modus ignoretur, quo ad Cretenſem Inſulam devenerit, hoc tamen ex traditione acceptum eſt, manu Angelica ad Andreæ Mudacii Nobilis Veneti equile noctu deductum fuiſſe; cum enim equorum cuſtos validiori ſtrepitu a ſomno excitatus, mirum quendam, inſolitumque ſplendorem inter medios equos fulgere conſpexiſſet, rei novitate commotus equos omnes in genua provolutos, cervi-

cemque ad terram declinantes repente conſpexit. Cumque prodigii cauſam ſtupens inquireret venerandum Deiparæ Virginis lapideum ſimulacrum videt in præſepe mirabiliter collocatum. His auditis Andreas pro ea, qua erat pietate præditus, feſtino gradu ad præſepe ipſum evolavit, ſacramque Virginis effigiem præſens veneratus eſt. Mox ut dies illuxit, ad Archiepiſcopum ſe conferens ei prodigioſæ apparitionis ſeriem enarravit, quibus acceptis pius Præſul, ne diutius in vili, & ſordido loco ſacra Imago permaneret, ſolemni ſupplicatione indicta ipſam ad Cathedralem Sancti Titi Eccleſiam deduci juſſit. Alium tamen locum, in quo mirabile ſimulacrum coleretur, elegerat Numinis providentia, quapropter inſequente nocte ad eundem ſtabuli locum, in quo primitus apparuerat, angelico famulatu defertur, eoque prodigio cum divina voluntas manifeſto innotuiſſet, ibidem Virgini Genitrici Eccleſia, corrogato fidelium ære, ædificatur. Brevi inde elapſo tempore, cum Nobiles quidam Hiſpani ad Cretæ litora fortuito appuliſſent, prodigii fama, quæ per Cretæ Regnum late vagabatur, accepta, ad ſacram imaginem eam veneraturi ſe contulerunt. Mox vero, ut ad marmoreæ ſtatuæ conſpectum acceſſerunt, ſtupore perculſi, eam, quam præſentes aſpiciebant imaginem, in patria ſua paulo ante ſe veneratos fuiſſe, jurejurando interpoſito affirmarunt: Eam ab Hiſpaniis ignoto modo receſſiſſe, aſſeruerunt, fortaſſe, ut contumelias infidelium effugeret, qui ſacrilego auſu geminos ictus (quorum ſigna adhuc apparent) in naſo, & in genis inflixerant. De pretioſo pignore recuperando enixis Hiſpani egerunt inſtantiis, quibus cum nihil profeciſſent, in patriam reverſi, hoc ab Hiſpaniarum Rege impetrarunt, ut unum e proceribus Cretam mitteret, qui Regis nomine prodigioſæ Imaginis reſtitutionem expoſceret. Cretam itaque appulſus Legatus, cum Rectori Inſulæ pia Regis vota enuntiaſſet, ab ipſo, ægre licet, obtinuit, ut marmoreum Deiparæ ſimulacrum navi impoſitum in Hiſpanias reduceretur. Verum populi Cretenſis, qui ereptum ſibi theſaurum plorabat, gemitus lacrymaſque miſeratus Deus, novo prodigio Virgineam Statuam e navi, quæ ſecundis ventis ad Hiſpaniæ litora vehebatur, in noctis ſilentio auferri,

& Cre-

& Cretenſi Eccleſiæ reſtitui voluit, in qua frequenti miraculorum ſplendore refulſit. In ea igitur urbe per multa ſæcula excultum permanſit admirabile ſimulacrum, donec in fatali ejus regni clade a pio Sacerdote ereptum Venetias deductum fuit, & ſacro munere in Sanctæ Juſtinæ Eccleſia collocatum.

Parieti Eccleſiæ ſub Exedra concionatoria lapis infixus viſitur, in quo Divam Juſtinam Patavinam Virginem genuum veſtigia impreſſiſſe traditum eſt, dum paterno rure Patavium reverſa ad *Pontem Corbi* immaculatum pectus pro Chriſti ſponſi fide mucroni Carnificis transfodiendum conſtanter obtulit. Ipſum Patavio ad hanc Eccleſiam deductum fuiſſe, teſtatur antiqua Epigraphe anno MCCCCLXII. die XX. Auguſti marmori inſculpta.

„ Traditum eſt Nobis ab antiquis indubia ſucceſſione, hanc
„ eſſe illam petram, in qua Juſtina Virgo impreſſit veſtigium
„ genuflexionis ſuæ factæ pro oratione habita ante Marty-
„ rium, quam hic reponi fecimus ad fidelium devotionem
„ MCCCCLXII. die 20. Auguſti.

Ornatis incluſa loculis aſſervantur ad hujuſce Eccleſiæ aras:
Corpus S. Placidi Martyris e cryptis Romanis eductum.
Duæ Coſtæ SS. Innocentium M. m.
Plurima e ſacris diverſorum Sanctorum corporibus fragmenta, itemque plurima Sanctorum Martyrum Oſſa, olim in Almæ Urbis Cœmeteriis quieſcentia

Anto-

Antonius Bono Epiſcopus Equilinus Delegatus ex mandato ſibi facto a Nicolao Papa V. Ordinem S. Brigidæ in Veneto S. Juſtinæ Monaſterio extinguit, & Monaſterium Monialium S. Auguſtini erigit, ut in eo ſe reducant, & habitent Moniales S. Mariæ Angelorum de Muriano.

A 1448. 13. Martii Apoſtolicæ litteræ.

1450. 18. Martii Decretum Delegati.

Ex Archivo S. Mariæ Angelorum de Muriano.

ANtonius Bono Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Equilinus (1) unicus executor Apoſtolicus, ad hujusmodi deputatus univerſis & ſingulis, ad quos preſentes advenerint, & quos preſens tangit negotium ſive tangere poterit quomodolibet in futurum, ac ſua intereſſe putarint ſalutem in Domino ſempiternam, & ad veſtrum omnium notitiam, & futurorum memoriam deducimus per preſentes qualiter litteras Sanctiſs. in Chriſto Patris & Dom. Noſtri D. Nicolai divina providentia Pape V. ejus bulla plumbea in filo canapis more Romane Curie bullatas, non ſuſpectas, nec corruptas neque in aliqua ſui parte viciatas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes nobis pro parte Parochianorum loci, & Monaſterii S. Juſtine de Venetiis, atque D. Prioriſſe, & Monialium S. Marie de Angelis Muriani Ordinis S. Auguſtini Torcellane Dioceſis preſentatas. Nos cum ea qua decuit reverentia recepimus. Quarum tenor talis eſt;

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri Epiſcopo Equillino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Apoſtolice dignitatis apicem ſuperna diſpoſitione vocati ſingulis ſub ſacre religionis jugo altiſſimo pie vite ſtudio famulantibus perſonis Apoſtolici favoris libenter impendimus relevamen: ut grata eis jugiter cedere valeat opportunitas virtutum domino obſequendi. Sane pro parte dilectorum filiorum Parochianorum Prioratus S. Juſtine loci de Venetiis Ordinis S. Auguſtini Caſtellane Dioceſis nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod in Monaſterio Beate Marie de Angelis de Muriano dicti Ordinis Torcellane Dioceſis numerus monialium, & aliarum perſonarum ibidem degentium, que pro majori parte de nobili genere procreate, aut nobilium dicti loci affines exiſtunt ob earum vitam laudabilem, & honeſtam adeo excrevit, ut ipſe in dicto Monaſterio cujus edificia pro eo, quod in loco arcto, & inepto ſita ſunt, ampliari nequeunt, comodas habitationes non habent, & ſi dictus Prioratus in quo unus tantum converſus dicti ordinis reſſidet de preſenti, & cujus edificia adeo deſtructa & deſollata exiſtunt, quod ſpes non exiſtit, ut ex illius facultatibus reparari poſſint, & qui alias in Monaſterium fratrum Salvatoris S. Brigide dicti Ordinis erectus ipſis fratribus per Priorem eorum gubernandum auctoritate Apoſtolica conceſſus fuit, & cujus fructus redditus & proventus 75. du-

(1) Antonius Bono, de quo inter Epiſcopos Equilinos Italiæ Sacræ Venetæ Edit. Tom. X. col. 88 Venetiis reſidentiam habebat perſonalem in Monaſterio S Mariæ Cruciferorum. Cum autem ex Tabulario Torcellano aſſignetur Andreas Bono ejus ſucceſſor ad annum ipſum 1450. in quo Antonius decretum edidit, profecto dicendum eſt Paulo poſt obiiſſe.

75. ducatorum auri ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Eisdem Monialibus pro ipſarum uſu & habitatione perpetuus concederetur, & appropriaretur ipſe quietius & comodius vota ſua altiſſimo reddere valerent, ac ſalubrius ſe in vita Monaſtica conſervarent & reparationi edificiorum prioratus hujusmodi intenderent. Pro parte dictorum Parochianorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Prioratum predictum in Monaſterium dicti ordinis erigere illudque prefactis Monialibus pro hujusmodi uſu & habitatione concedere, & alias in premiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur qui de premiſſis certam notitiam non habemus quique divini cultus, & religionis augmentum intenſis deſideriis exquirimus hujusmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus de premiſſis omnibus & ſingulis auctoritate nostra te diligenter informes, & ſi per informationem hujusmodi ita eſſe reperis, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, in dicto Prioratu ſive Monaſterio dictorum Canonicorum regularium, & S. Brigide ſuppreſſo ordine Prioratum ipſum in Monaſterium Monialium dicti ordinis de cetero per Prioriſſam ejusdem ordinis gubernandum cum dormitoriis clauſtris, & aliis neceſſariis officinis auctoritate noſtra erigas. Ac eisdem Prioriſſe, & monialibus, ut de dicto Monaſterio B. Marie ad ipſum errigendum Monaſterium, cum omnibus earum doctibus, & bonis ſe transfere, & in eo perpetuo remanere valeant eadem auctoritate licentiam concedas. Omnia quoque & ſingula poſſeſſiones bona, atque jura dicti Monaſterii Beate Marie prefato erigendo Monaſterio applices appropries, & aſſignes ita quod liceat Prioriſſe, & monialibus predictis poſtquam eas in eodem erigendo Monaſterio reſſidere contigerit omnia & ſingula dicto erigendo Monaſterio, ſeu Prioratui etiam ſub nomine S. Brigide pro tempore facta legata a quibuscunque exigere, & ſibi appropriare illaque perpetuo retinere. Nos enim ſi erectionem conceſſionem applicationem appropriationem, & aſſignationem predictas per te vigore preſentium fieri contigerit Prioriſſe, & monialibus prefactis, ut omnibus & ſingulis privilegiis immunitatibus indulgentiis libertatibus, & gratiis eidem ordini, ac illius Monaſteriis locis, & perſonis a Sede Apoſtolica, vel alias generaliter conceſſis, uti & gaudere valeant eadem auctoritate concedimus per preſentes. Volumus autem quod in Beate Marie cultus divinus nullatenus negligatur: Ac in erigendo Monaſteriis hujusmodi de cetero dicta Prioriſſa & Moniales poſtquam eas inibi reſſidere contigerit, duos Capellanos qui exercitio cure animarum Parochianorum Eccleſie dicti erigendi Monaſterii diligenter intendant perpetuo debeant, & ad id aſtricte exiſtant. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Pape Octavi predeceſſoris noſtri prohibente ne fratres vel ſorores ordinum mendicantium loca de novo recipere, aut recepta mutare preſſumant abſque dicte Sedis licentia ſpeciali faciente plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus nec non dicti ordinis juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus ceteriſque contrariis quibuscunque.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice 1448. tertio idus Martii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

NOs igitur Antonius executor Apoſtolicus antedictus volentes mandatum hujusmodi Apoſtolicum nobis in hac parte dirrectum reverenter exequi ut tenemur comperientes per informationem quam ſumpſimus a Parochianis Prioratus S. Juſtine loci de Venetiis premiſſi Ordinis S. Auguſtini Caſtellane Dioceſis & a prefactis D. Monialibus S. Marie de Angelis de Muriano dicti Ordinis Torcellane Dioceſis numerus Monialium, & aliarum perſonarum ibidem de-

degentium qui pro majori parte de nobili genere procreate ſive nobilium dicti loci affines exiſtunt, ob earum vitam laudabilem & honeſtam adeo excrevit, ut ipſe in dicto Monaſterio cujus edificia pro eo quod in loco arcto & inepto ſita ſunt ampliari nequeunt comodas habitationes non habent quodque in dicto Prioratu S. Juſtine nullus dictorum fratrum Canonicorum regularium prout aſſolebat reſſidet de preſenti pre deſtrutione edificiorum ſuorum & deſolatione, que ob ejuſdem tenuitatem exilitatemque fructuum reddituum & proventuum reparari non poſſunt: demum ut ſi dictus Prioratus, qui alias in Monaſterium fratrum Salvatoris S. Brigide dicti ordinis erectus dictis fratribus per priorem eorumdem gubernandum conceſſus auctoritate Apoſtolica, & cujus fructus redditus & proventus 75. ducat. auri ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt dictis Dominis Monialibus pro ipſarum uſu & habitatione perpetuus concederetur, ipſe ſicut premittitur, & humiliter depoſcunt, quietius & commodius redderent Altiſſimo vota ſua: ſeque ſalubriter in vita Monaſtica conſervarent. Poſtremo quod jam intenderunt prout adhuc ſummopere intendunt reparationi edificiorum predicti Prioratus adeo quod ipſe in ſtructuris, & edificiis earum opera & ingenti conſilio non mediocriter, ſed ſumptuoſiſſime reſtaurari cepit, & proficere ut quantum, cum Deo poſſumus nobis liceat, & ex premiſſa nobis Apoſtolica auctoritate conceſſa valemus votis nec dum premiſſorum Parochianorum & Monialibus, quam premiſſò Prioratui per nos ſit ſalubriter conſulendum, Proinde Spiritus Sancti gratia invocata que premiſſorum corda fidelium hujuſmodi accendit ex prefacta Apoſtolica auctoritate nobis ad hujuſmodi conceſſa.

Primo in prefacto Monaſterio dictorum fratrum Canonicorum Regularium & S. Brigide ordinem ſupprimentes prout ſupprimimus de preſenti, & deinde Prioratum in Monaſterium Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini de cetero per Prioriſſam ejuſdem ordinis gubernandum cum dormitoriis, clauſtris, & aliis neceſſariis officinis prefacta auctotitate erigentes prout erigimus prefactis ſiquidem D. Prioriſſe & Monialibus, ut de dicto Monaſterio B. Marie de Angelis, ad ipſum erigendum Monaſterium, cum omnibus earum doctibus & bonis ſe ſe transferre, & in eo perpetuo remanere valeant prefacta auctoritate licentiam duximus concedendam. Omniaque & ſingula poſſeſſiones bona atque jura dicti Monaſterii Beate Marie de Angelis prefacto erigendo Monaſterio applicavimus appropriavimus, & aſſignavimus quemadmodum de preſenti aſſignamus applicamus, & appropriamus. Ita quod per easdem dicti Monaſterii S. Juſtine addita dicta tenuta & poſſeſſione vel per nos, aut alios noſtro nomine quandocunque tradita & aſſignata, liceat prefactis D. Prioriſſe & Monialibus poſtquam eas in eodem Monaſterio reſſidere contigerit omnia & ſingula dicto erigendo Monaſterio, ſive Prioratui etiam, ſub nomine S. Brigide pro tempore facta legata a quibuscunque exigere, & ſibi appropriare illaque perpetuo retinere & eatenus hoc facimus, quatenus pro hujuſmodi non intelligatur ademptum neque per nos derogatum fuiſſe juribus reſervationis, quam nunc proteſtando coram nobis religioſus Vir Dominus Bernardus de Fara alias Prior loci S. Juſtine predicti uobis habere monſtravit per bullas D. Noſtri Eugenii Pape IV. Dat. Florentie anno Dominice Incarnationis 1441. 4. nonas Decemb. Pontificatus ſui anno XI. de Floren. XXV. auri ſuper redditibus dicti loci S. Juſtine pro quibus idem Dominus Bernardus compoſuit, & ab inde obtinere videtur quamdam dicti Monaſterii poſſeſſionem poſitam in villa ſerviani diſtrictus Tarviſini redditus duc. XX. & exigere annuatim de redditibus ſive bonis dicti Monaſterii ducati quinque auri, qui ſunt in ſupra XXV. Nec non concedimus ſicut de benignitate Apoſtolica proceſſit prefacte D. Prioriſſa & Moniales omnibus, & ſingulis privilegiis immunitatibus indul-

dulgentiis libertatibus, & gratiis eidem ordini, ac illius Monaſterii locis & perſonis a Sede Apoſtolica, vel aliàs generaliter conceſſis, uti & gaudere licite queant dummodo quod in B. Marie cultus divinus nullatenus negligatur, ac in errigendo Monaſterio hujusmodi prefacte D. Priorìſſe, & Moniales poſtquam eas inibi reſſidere contigerit duos Capellanos, qui exercitio cure animarum Parochianorum Eccleſie dicti errigendi Monaſterii diligenter intendant, perpetuo debeant, & ad id ſint aſtricte quibuscunque contrariis non obſtantibus de quibus in prefactis Apoſtolicis litteris continetur, vel dignoſcitur exprimi & contineri. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem, & robur preſentes in forma patentium litterarum fieri, & noſtri Pontificalis ſigilli juſſimus appenſione muniri.

Datum & actum Venetiis apud Monaſterium S. Marie Ordinis Cruciferorum Caſtellane Dioceſis, ubi pro nunc reſſidentiam facimus perſonalem. Anno Dominice Nativitatis 1450. menſis Martii die XVIII. Indictione XIII. Pontificatus vero Sanctiſs. in Chriſto Patris & Domini Noſtri Dom. Nicolai divina providentia Pape V. anno IV. preſentibus Honorandis Sacerdotibus D. Presb. Petro de Roma beneficiato Eccleſie S. Moyſi de Venetiis & Presb. Floriano de Tulmerio Forojulii, ac Presb. Jacobo de Meloro Mediolani ambobus Capellanis Eccleſie S. Marie predicti Ordinis Cruciferorum de Venetiis pro teſtibus, ad hec habitis ſpecialiter & rogatis.

Ego Jacobus de Correziadis q. ſ. Nicolai Imperialis Notarius &c.

Redditus Monaſterii S. Mariæ Angelorum de Muriano dividuntur int r ſanctimoniales in eodem remanentes Monaſterio, ac ſanctimoniales ad Venetum S. Juſtinæ Cœnobium transmigrantes.

B

1453. 10. Maii.

Ex Archivo S. Mariæ Angelorum de Muriano.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis 1453. menſis Maii die x. Indictione prima cunctis pateat evidenter qualiter in parlatorio Monaſterii, & loci D. Monialium Sancte Marie de Angelis de Muriano Dioceſis Torcellane ante feneſtram a tella feratam quod Apoſtolica auctoritate unitum & anexum eſſe dignoſcitur, cum omnibus ſuis juribus redditibus & proventibus univerſis Monaſterio & loco S. Juſtine de Venetiis ſuppreſſo in illo ordine fratrum S. Brigide Ordinis S. Auguſtini quod pro tunc etiam in eo reſſidentiam faciebant. Convocato & congregato Capitulo D. Monialium S. Marie de Angelis de Murano, & S. Juſtine de Venetiis que pro nunc reſſident in Monaſterio S. Marie de Angelis predicto de mandato Ven. & religioſe D. Sororis Isabete de Venetiis utriusque Monaſteriorum predictorum Prioriſſe, in loco parlatorii interioris dicti Monaſterii conſueto per ſonum campanele ut moris eſt, in quo quidem capitulo interfuerunt infraſcripte D. Moniales, cum prefacta Domina earum Prioriſſa facientes & conſtituentes ſive repreſentantes omnes & ſingulas Dominas moniales vocales, ad Capitulum & in eo vocem habentes ſicut ſigillatim aſſeruerunt, & dixerunt facere & celebrare hu-

hujuſmodi preſenti actu publico cauſa, & ratione adequandi, & pro adequando vitam, ſeu vite ſuſtentationem reſſidentie, quam facere intendit prefacta D. Prioriſſa, cum nonnullis de dictis Dominis Monialibus Sancte Marie de Angelis in dicto Monaſterio & loco S. Juſtine ſic ut ſupra unito, ſive cum quo eſt unitum & anexum dictum Monaſterium S. Marie de Angelis de interveniente auctoritate & conſenſu Reverendiſs. in Chriſto Patris, & Dom. D. Laurentii Juſtiniano miſeratione divina Sancte Sedis Gradenſis & Venetiarum Patriarche, ac Rev. in Chriſto Patris & Domini D. Dominici de Dominicis Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopi Torcellani ſuorum amborum Dioceſanorum ſicut de Canonici juris forma requiritur, & ipſe etiam affirmaverunt. Premiſſorum igitur intuitu omnes, & ſingule dicte D. Moniales ſimul cum prefata D. earum Prioriſſa convenientes, & ſibi invicem & viciſim conſentientes & infraſcripta omnia & ſingula cellebrantes unanimiter & concorditer unoque ſpiritu, & ore aſſerentes jam feciſſe unum corpus de omnibus & ſingulis denariis qui ſcripti reperiuntur, tam dictis ſuis Monaſteriis S. Juſtine, & S. Marie de Angelis cui dudum unitum eſſe dignoſcitur Monaſterium, & locum S. Laurentii de Aymanis Torcellane Dioceſis & cuilibet dictorum Monaſteriorum & locorum, ad cameram impreſtitorum Communis Venetiarum, & aliis perſonis & commiſſariis, ac manſionariis & etiam eiſdem omnibus & ſingulis ſive cuilibet eorum ſpectant & pertinent, quam qui ſunt ad procuratias S. Marci de Venetiis in diverſis commiſſariis, & qui ſunt in comiſſaria ſ. Franciſci Gratiano & in aliis pluribus & diverſis perſonis ſive commiſſariis juxta prefactorum Reverendiſſimorum D. ſuorum Dioceſanorum terminationem, & voluntatem licet ſive quamquam major ſit quantitas denariorum proventuum, & introituum Monaſterii S. Marie de Angelis, & S. Laurentii de Aymanis ſibi uniti quam S. Juſtine premiſſe. Reductis ſiquidem omnibus dictis introitibus premiſſarum procuratiarum, & aliarum perſonarum & commiſſariarum qui non ſunt ſcripti dictis tribus locis: Sed ſpecialiter prefacta D. Prioriſſa & Moniales exigant prode, ad valorem impreſtitorum pro adequando Monaſterio S. Marie de Angelis, cum Monaſterio S. Juſtine prelibato prefata. D. Prioriſſa & Moniales ſue conſorores ſic ſibi invicem, & viciſim conſentientes pro earum equali ſuſtentatione vite, & reſſidentie faciende in utroque dictorum S. Marie de Angelis, & S. Juſtine de Venetiis Monaſteriorum prenominatorum in dei nomine, & earumdem omnium ſpontanea voluntate libera & certa ſcientia, & de auctoritate & conſenſu prefactorum Reverendiſſimorum D. ſuorum Dioceſanorum fecerunt conſtituerunt & ſolemniter deputaverunt religioſas Dominas Sororem Stefanam & Sororem Magdalenam converſas dictorum ſuorum Monaſteriorum & locorum abſentes tamquam preſentes, & utramque earum ſimul, & inſolidum ita tamen quod occupantis conditio potior non exiſtat, ſed quod una ipſarum inceperit altera poſſit mediare finire, & terminare, ſuas procuratrices & nuntias ſpeciales & generales quo ad hujuſmodi, cum ampliori poteſtate & facultate tranſactandi de poſtis denariorum impreſtitorum ſcriptorum dicto Monaſterio, & Conventui S. Marie de Angelis, ad cameram impreſtitorum Venetiarum ſive obligandi ſive condicionandi aut ſcribi faciendi in dicta camera impreſtitorum, tam ipſimet Monaſterio loco & Conventui S. Marie de Angelis quam Monaſterio S. Juſtine predicte de Venetiis, ſive utrique vel alteri eorumdem per illa verba, clauſulas, obligationes, conditiones modos & formas qui & que dictis procuratricibus ſuis ſimul, & in ſolidum commodiores & utiliores ſive magis neceſſarii appaiuerint, & ſuccedere vel convenire proſpexerint, tam dicto Monaſterio S. Marie de Angelis, quam Monaſterio S. Juſtine, aut utrique vel alteri eorumdem tot, & tanta impreſtita que ſint pro ſumma & quantitate du-

ducat. undecim millium trecentorum viginti octo ſ. xI. ccc. xxvIII. denariorum impreſtitorum, cum eorum prodibus preteritis preſentibus & futuris, & de hujusmodi ſive premiſſis, vel aliquo premiſſorum fiendorum ſive factorum, & geſtorum eam omnem ſcripturam, & notam neceſſariam, & requiſitam de ritu & forma dicte camere impreſtitorum, & ſuper ejusdem libris fieri faciendi & contentandi & proinde ſupportandi quamlibet expenſam neceſſariam & opportunam etiam ſi per terminationem aut ſententiam, vel alium actum judiciarium premiſſa fieri, geri, & cellebrari opporteat, aut exigent Sacramentum aliquod in eorum, & cujuslibet earum conſtituentium animas preſtari pro majori valitudine premiſſorum & generaliter &c.

Sequuntur nomina dictarum Dominarum Monialium que premiſſa celebraverunt vid. D. Soror Isabeta Priora, Soror Margarita, Soror Maria, Soror Angela major, Soror Paula, Soror Benedicta, Soror Andriola, Soror Eufraſia, Soror Fillippa, Soror Marina, Soror Clara, Soror Agnexina, Soror Bartholomea, Soror Domitilla, Soror Eugenia, Soror Hellena, Soror Sara, Soror Jeronima, Soror Franceſchina, Soror Chriſtina, Soror Magdalena, Soror Angela junior, Soror Gabriella, Soror Conſtantia.

Actum Muriani in Parlatorio Monaſterii S. Marie de Angelis Torcellane Dioceſis preſentibus Ven. Patre D. Presb. Petro de Roma beneficiato Eccleſie Plebis S. Moyſi de Venetiis dictarum D. Monialium confeſſore, & Honorando Cive Veneto ſ. Luca Paruta q. ſ. Andree teſtibus vocatis & rogatis.

Ego Jacobus de Coreziadis q. ſ. Nicolai Imperialis Not. &c.

Caliſtus III. Monialibus Sanctæ Juſtinæ concedit, ut Confeſſarium ſibi deligere poſſint, qui eas a certis quibusdam caſibus reſervatis abſolvere valeat.

C 1458. 20. Junii.

Ex Apographo inter ſchedas N. V. Petri Gradonico.

CAliſtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſe & Conventui Monaſterii S. Juſtine Venetiarum per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Sancti Auguſtini Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Provenit ex veſtre devotionis affectu quo nos, & Romanam Eccleſiam reveremini, ut petitiones veſtras illas preſertim que animarum veſtrarum ſalutem, & veſtri Monaſterii commodum reſpiciunt, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ut quamdiu ſub regulari obſervantia vixeritis aliquem Presbyterum ſecularem, vel regularem idoneum in veſtrum capitulariter poſſitis erigere Confeſſorem, qui quoties fuerit opportunum, veſtris, & ſingularum Monialium Monaſterii veſtri pro tempore exiſtentium confeſſionibus diligenter auditis, vobis, que in preſentiarum in dicto Monaſterio degitis, pro quibuscunque videlicet Sedi Apoſtolice reſervatis ſemel tantum nec non vobis, & aliis que ibidem pro tempore fuerint etiam pro quibuscunque commiſſis, dummodo talia non ſint, propter que Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, quoties oportuerit, debitam abſolutionem impendere, & injungere penitentiam ſalutarem nec non

vota per vos emiſſa, & emittenda quecunque preterquam tria ſubſtantialia veſtri Ordinis, nec non peregrinationis transmarine Sanctorum Petri, & Pauli, ac Jacobi in Compoſtella, in alia pietatis opera commutare, libere, & licite valeat, prout ſecundum Deum animarum veſtrarum ſaluti viderit expedire, & inſuper ut tu dilecta, tam in Chriſto filia moderna, & que pro tempore fuerit Prioriſſa dicti Monaſterii eidem Confeſſori ac medico, & Capellano quoties neceſſarium fuerit, ut prefatum Monaſterium, ſine cujusvis pene incurſu, & alterius licentiam deſuper minime requiſita, ingredi poſſint, licentiam impertiri libere & licite poſſis, devotioni veſtre auctoritate Apoſtolica tenore preſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus ſtatutis, quoque & conſuetudinibus Monaſterii, & Ordinis predictorum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ceteriſque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo. Quintodecimo Kalendas Julii Pontificatus noſtri anno quarto.

M. Ferrari.

Maphæus Girardus Patriarcha Venetiarum confirmat electionem Capellani factam a Monialibus S. Juſtinæ Venetiarum.

D 1470. 2. Octobris.

Ex Tabulario Monaſterii S. Juſtinæ Venetiarum.

MApheus Gerardo miſeratione Divina Patriarcha Venetiarum, Dalmatieque Primas, Venerabili Viro Presbytero Joanni Grimano Titulato in Eccleſia S. Juliani Venetiarum, Salutem in Domino ſempiternam. Cum conſtiterit nobis Capellanariam Monialium Monaſterii, Conventus, & Eccleſie S. Juſtine de Venetiis Ordinis S. Auguſtini ad preſens, vacare per obitum quondam Presbyteri Franciſci Gaffaro ultimi, & immediati Capellani dicti Monaſterii, Conventus, & Eccleſie, cumque Venerabilis Domina Soror Iſabetta Prioriſſa dicti Monaſterii, & etiam omnes Moniales concorditer, & unanimiter, nemine diſcrepante, tanquam perſone, ad quas talis ellectio de jure ſpectat, & pertinet, & in Capellanum ellegerint non obſtante contradictione facta per aliquos ex Parochianis Parochie dicte Eccleſie, qui dicebant dictam ellectionem ad eos ſpectare, & pertinere. Unde viſo indulto dictarum Monialium, & intellectis conſuetudinibus totius hujus alme Civitatis Venetiarum, & audita contradictione Parochianorum, & intellecto jure elligendi dictarum Monialium de tuis moribus, & vite integritate plurimum confidentes te coram nobis flexis genibus conſtitutum in dicta Capellania per annuli noſtri traditionem actualiter confirmamus, & inveſtimus cum omnibus juribus, juriſdictionibus, fructibus, proventibus, & obventionibus, tam ſpiritualibus, quam tem-

temporalibus ipſi Capellanarie quomodolibet ſpectantibus, cum reſervatione tui tituli dicte Eccleſie S. Juliani, ita tamen quod ipſa Eccleſia in Divinis Officiis, & aliis rebus agendis nullum patiatur detrimentum; mandantes omnibus, ad quos pertinet, ut de ipſis fructibus, proventibus, & obventionibus dicte Capellanarie ſpectantibus & pertinentibus tibi tanquam Capellano dictarum Monialium, & Eccleſie S. Juſtine reſpondeant, & faciant integraliter reſponderi. Tu quidem juraſti quod nobis fidelis eris, ſucceſſoribusque noſtris Canonice intrantibus, ac grata ſervitia ſuſcipias, bonaque ipſius Eccleſie quantum intererit, conſervabis, & contrarium fieri non permittes, in quorum teſtimonium pteſentes fieri juſſimus, & noſtri ſoliti Pontificalisque ſigilli appenſione muniri.

Actum & datum Venetiis in Patriarchali Palatio die ſecunda Octobris 1470. preſentibus Dom. Presb. Leonardo Plebano S. Silveſtri, & D. Presb. Franciſco S. Martini de Muriano, & Petro de Rota Camerario teſtibus ad hoc vocatis & rogatis. Pontificatus Summi in Chriſto Patris D. Pauli divina providentia Pape Secundi Anno ſeptimo.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTÆ MARIÆ
DE CŒLESTIBUS.

SActimonialibus, quas Placentiæ Diva Francha Virgo ſub auſtera Ciſtercienſis Ordinis diſciplina fundaverat Venetiis circa annum MCCXXXVII. adnitente potiſſimum Raynerio Zeno patuit aditus, unde illuſtre Monaſterium Sanctæ Mariæ de Cœleſtibus vulgo *la Celeſtia* nuncupatum ſuam noſcitur originem deduxiſſe. Raynerium præſtanti non minus religione, quam prudentia virum Placentinæ Civitatis Prætorem conſtituerat anno Domini 1326. Jacobus de Pecoraria S. R. E. Cardinalis eo potiſſimum intuitu, ut pax, quam nuper inter milites, & Populum Placentiæ firmaverat, juſto, ſuavique Zeni regimine ſolidaretur. Nec incaſſum ceſſit hæc electio, ſiquidem eximius Senator adeo præſtanter munere ſuo functus eſt, ut magnum ſui deſiderium omnibus hujuſce civitatis ordinibus inde diſcedens

reliquerit, nec multo poſt ob egregias virtutes ad ſupremæ dignitatis faſtigium in patria ſublimatus fuerit.

Illuſtris viri memoriam apud Placentinos, usque ad ſæculum XV. glorioſe viguiſſe teſtatur Clariſſimus Juriſconſultus Ripalta in Chron. cujus fragmentum a Petro Maria Campi in Hiſtoria Eccleſiaſtica Placentina inſertum hic quoque ad Veneti viri laudem libet exhibere.

„ Anno Domini 1236. D. Jacobus de Pecoraria Cardinalis „ inter milites, & Populum Placentiæ fecit concordiam, & „ milites in civitatem reduxit, & dedit eis omnibus commu„ niter in Poteſtatem Raynerium Zenum de Venetiis, qui ad „ regimen dictæ civitatis venit de menſe Septembris. Hic Po„ teſtas de dicto menſe domos Domini Guilielmi de Andito, „ qui ſe pro capite populi gerebat, dirui fecit, & eum, & plu„ res alios, qui Cremonam aufugerant, bannivit. Anno Do„ mini 1237. de Menſe Aprilis dictus Raynerius Zenus Pla„ centiæ Poteſtas Civitatem ampliari fecit, & foſſis magnis „ circumdari, portas tres conſtrui, videl. S. Lazari, S. Anto„ nini, & S. Raymundi, quæ fuit quarta ampliatio civitatis „ & hic multum fuit utilis civitati Placentinæ, & in hodier„ num usque diem ejus memoria apud nos vivit, & ejus no„ men glorioſum deſuper portam S. Raymundi litteris mar„ moreis, & verſibus remanet inſculptum.

Eadem ferme afferuntur in Chron. Placentino nuper Tom. XVI. Rerum Italicarum inſerto, in quo tamen ad annum 1237. hæc adduntur. *De menſe Januarii de nocte dictus Raynerius Zenus Poteſtas de Placentia cum ſua familia exivit, & repatriavit.* Chronica autem anni nota, quæ Raynerium Zenum aſſerit *anno* 1237. *de menſe Januarii* in patriam rediiſſe, aperte repugnat iis, quæ ſuperius ex Ripalta Jurisconſulto didicimus, Zenum nempe Placentiæ Poteſtatem *anno Domini* 1237. *de menſe Aprilis* civitatem ampliaſſe, ejusque portas conſtrui mandaſſe. Diverſo prorſus modo ſentit ſupralaudatus Maria Campus, qui Tom. II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Placentinæ lib. XVII. pag. 163. refert, Raynerio Zeno Placentinam Præturam adminiſtrante, Venetos Ciſtercienſe Virginum Aſceterium erigere cupientes Placentiam miſiſſe, ut aliquas e Monaſterio Sanctæ Franchæ Sanctimoniales, quarum bono virtutum odore allecti fuerant, Venetias adducerent novum ſui inſtituti Cœnobium

bium ædificaturas . Rem ex ornatiſſimo Hiſtorico integram exhibeo.

„ Intorno a queſti tempi medeſimi (ſotto Renier Zeni Veneto Podeſtà di Piacenza verſo l'anno 1238.) mandarono „ i Veneziani a Piacenza volendo ſondare un luogo de Ciſtercienſi Vergini a pigliare dalle Suore del Monaſterio della „ B. Franca, tratti dal odore della ſantità di eſſe, e col favore del Podeſtà noſtro, compatriota loro, e con licenza de „ Padri della Colomba ebbero dalla Badeſſa Carentia Viſconti, dodeci Monache di quella ſacra chiuſura delle più oſſervanti, & eſemplari; Le quali da molti Signori Veneziani, e Piacentini, e da due Monaci della Colomba, e da due „ altri Padri dell' Ordine de Predicatori (uno de' quali era „ fratel carnale della ſudetta Badeſſa) accompagnate a Venezia, quivi con grande onore, e con ſomma allegrezza da „ que' magnifici Senatori, e Cittadini accolte furono, e vi „ ereſsero incontanentemente il Monaſtero di S. Maria Celeſte, „ così detto per l'eminente bontà di quella, che fatta in detto „ luogo la Superiora dell' altre, per nome Donna Celeſtia ſi „ chiamava, ſotto di cui quel nuovo e benedetto Monaſterio in cotal guiſa s'incamminò, che per lo numero e qualità delle Monache, ch' ella v'introduſse, nobiliſſime in „ gran parte, e di perfetta oſservanza, e per la ſtruttura, „ & edificio ancora di eſso, vien riputato tra i celebri, e „ piu degni Conventi di Venezia.

„ Et ad imitazione di così divoti Signori, ſi moſsero dipoi in progreſso di tempo i Cremoneſi, & i Paveſi etiamdio, a procurar da Piacenza altreſi per ſomigliante riſpetto „ di avere delle medeſime Monache, cioè dello ſteſso inſtituto Ciſtercienſe: di modo che concedutone cinque a Cremoneſi tolte dal Monaſterio di Nazarette, e alcun'altre a „ Paveſi dal medeſimo luogo overo dal Convento del Terzo „ paſso; edificarono quelli il Monaſterio di S. Giovanni detto dalla Pipia, e queſti il Monaſterio a Santa Franca in „ ſin oggi intitolato, che poi ſi concedè a Suore Capuccine.

In hoc autem laudate Hiſtoriæ fragmento minus veritati conſonat anni 1238. appoſitio, cum ex autographo Gregorii IX. mox afferendo diplomate maniſeſto conſtet anno 1237. die XI. Auguſti Monaſterium *S. Mariæ de Cœleſtibus Ordinis*

Ciſter-

Ciſtercienſis Caſtellanæ Diœceſis fuiſſe extructum, ex cujus Diplomatis irrefragabili fide dicendum eſt, vel Divæ Franchæ Sanctimoniales Venetias appuliſſe anno 1236, vel circa initia anni ſubſequentis 1237. in ſibi jam præparatum Cœnobium ingreſſas fuiſſe.

Raynerio itaque Zeno Placentinam Urbem moderante, cum Veneti ex ipſius epiſtolis didiciſſent, quanto virtutum ſplendore, & morum ſanctimonia in Placentina urbe effulgerent Sanctimoniales Ciſtercienſes ipſarum Coloniam, ut Venetiis quoque Monaſterium extruerent perhonorifice invitarunt. Rem ſtrictim attingit Dandulus lib. x. cap. v. par. xxII. ſub Duce Jacobo Theupulo his verbis: " Devotæ quædam Moniales Ordinis Ciſtercienſium Monaſterii de Columba Diœceſis Placentiæ Venetias accedentes cum ſubſidio ab eis a Civibus impertito Monaſterium Sanctæ Mariæ *della Celeſtia* de novo conſtruunt, & plurimorum Nobilium natas ibi ſorores recipiunt.

Ab ipſo ſuæ fundationis exordio eximia retulit Monaſterium hoc Apoſtolicæ liberalitatis munera, etenim Gregor. IX, cui præclara Virginum ſanctimonia innotuerat, datis *Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Mariæ de Cœleſtibus Ordinis Ciſtercienſis* Caſtellanæ Diœceſis Apoſtolicis litteris ipſas, *&* *locum, in quo Divino* erant *mancipatæ ſervitio, ſub Beati Petri protectione* ſuſcepit die xI. Auguſti anno MCCXXVII (A). Ex iis autem Pontificiæ epiſtolæ verbis *S. Mariæ de Cœleſtibus* non obſcure arguitur, eo titulo in ſui fundatione Templum æque ac Monaſterium nuncupata fuiſſe, ideoque commentum olere ea, quæ affert Campus loco citato de prima Abbatiſſa *Cœleſtia*, ex cujus nomine Monaſterii nomenclatura prodiit *S. Maria della Celeſtia*. Gregorii IX. privilegium approbavit, auxitque Innocentius IV. die vI. Maii anno MCCXLVII. hoc inter cætera addens: Ut nullus Epiſcopus regularem electionem Abbatiſſæ impedire præſumeret. Subſcripſerunt Pontificio Diplomati ſeptem ex S. R. E. Cardinalibus (B).

Anno inde a conceſſione Privilegii inſequenti ſanctiſſime in hujus Monaſterii ædibus obiit B. Jordanus de Forzateis Patavinus Cœnobii, cui titulus S. Benedetto Novello, Abbas, vir omni virtutum genere, & rerum geſtarum gloria clariſſimus. Hic ut impiiſſimi Eccelini in ſe concitatam rabiem declinaret

ret, primo ad Aquilejenſem Patriarcham ſe contulit, quod cum ſceleſtiſſimus Tyrannus percepiſſet, infames ſatellites Aquilejam miſit, ut ſanctum virum proditorie confoderent, qui ab Angelo de intentata ſibi nece admonitus ejusdem juſſu Venetias appulit. Ea in civitate cum Divino plane impulſu ad recens hoc Monaſterium appuliſſet, ibidem a venerabili ſene benigne exceptus, in ejusdem hoſpitio per ſeptennium commoratus eſt, donec annis laboribusque confectus ad æterna premia evolavit die VII. Auguſti anno MCCIIL. Solemni pompa ſublatum ejus cadaver in hac Eccleſia tumulatum fuit, ubi tandiu quievit, donec Patavium ad Eccleſiam S. Benedicti Novelli, expoſcentibus ejus Monaſterii Sanctimonialibus, deductum, ibidem ſupra altaris menſam, ubi etiamnum colitur, honorifice collocatum fuit. De eo fuſius Jacobus Philippus Thomaſinus Epiſcopus Æmonienſis in ejus vita Venetiis typis vulgata anno 1650. Nicolaus Conſtantini Societatis Jeſu Presbyter in ejus memoriis Veneto prælo editis, & eruditiſſimi Antuerpienſes Biographi ad diem VII. Auguſti. Ea, quæ de Beato viro memoratu digna in hujus Monaſterii Archivo aſſervabantur, memorabili anni MDCLXIX. incendio perierunt.

Ex eo autem, quod in geſtis Beati Jordani affertur, ipſum a quodam ſene in ædibus S. Mariæ ad Cœleſtia commorante exceptum fuiſſe hoſpitio, atque ibidem cum ipſo in ſancta converſatione per ſeptennium vixiſſe, manifeſto arguitur Monachos Ciſtercienſes ætate æque ac pietate ſpectabiles apud Sanctimonialium Monaſterium eo tempore, juxta tunc vigentem conſuetudinem, degiſſe, quod & decreto Petri de Verme Tarviſini Prætoris die X. Auguſti anni MCCCXXIX. confirmatur, in quo hæc leguntur:

„ Nos Petrus de Verme Poteſtas Tar. Fratri Joanni Monaco Syndico fatori Monaſterii Sanctæ Mariæ de Laceleſtia „ de Venetiis, & cuilibet ejus familiari, ſeu habitatori loci „ prædicti; licentiam concedimus per præſentes conducendi, „ & coadunandi ad granziam dicti Monaſterii poſitam in villa „ de S. Elena de Superſilerem de Villa de Corzano Plebis „ Caſſali 48. ſtaria frumenti, & ſex ſtaria leguminis, quod „ habent de affictu, & redditibus terrarum, & poſſeſſionum „ poſitarum in dicta villa Corzani, & hoc libere, & impune

valeat

„ valeat ad prædicta per decem dies tantum, & hoc cum
„ idoneam præſtiterit ſecuritatem de non conducendo, nec
„ conduci faciendo dictum bladum extra diſtrictum Terviſii
„ absque verbo, & licentia dicti Domini Poteſtatis. Fidejuſ-
„ ſor pro eo Dominus Albertus de Gaullelo.

„ Datum die x. Auguſti 12. Indictionis anno 1329.

Verum de his inferius.

Supralaudato Innocentio in Petri Sede ſuffectus fuit Alexander hujus nominis IV, qui primo ſui Pontificatus anno Anagniæ degens Sanctimonialibus, ut *ad proviſionem alicujus in penſionibus, absque mandato ſpeciali Sedis Apoſtolicæ compelli non paſſent*, indulſit die XIII. Aprilis anno MCCLV. (C) mox anno inſequenti die v. Aprilis ſententiam Walterii Epiſcopi Caſtellani ab Angelo Barocio Gradenſi Patriarcha ſubſcriptam Apoſtolicæ confirmationis munimine roboravit, eo enim judicio *Epiſcopus Caſtellanus Metropolitani loci, & Capituli ſui accedente conſenſu quieti* Sanctimonialium *providens* ordinaverat, *ut circa* Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Cœleſtibus *ambitum per* CL. *paſſus nullus locus fundaretur, aut aliqua fabricaretur Eccleſia* (D).

Pontificiam inde æmulati liberalitatem Ulricus Archiepiſcopus Salisburgenſis vir ob injuſtas, quas forti animo pertulit, moleſtias in Eccleſiaſtica Hiſtoria celeberrimus, & Thomas Epiſcopus Squillacenſis a Romano Pontifice Alexandro IV. ad reſtituendum in ſua Sede Ulricum Legatus Apoſtolicus deſtinatus, dum Venetias anno Domini 1261. ſimul adventaſſent, ut Eccleſia S. Mariæ de Cœleſtibus, quæ ædificari cœperat opere ſumptuoſo citius ad complementum deduceretur, Abbatiſſæ, & Sororum rogatu, omnibus, qui pro conſumatione tam felicis operis manus porrexiſſent adjutrices unum annum, & 40. dies de injuncta eis pœnitentia dato die 13. Septembris Diplomate miſericorditer in Domino relaxarunt (E). Ad horum deinde exemplum Hugo Epiſcopus Bethleemitanus anno 1287. die 25. Aprilis Eccleſiam ipſam viſitantibus, vel ipſam eleemoſinæ ſubſidio juvantibus in quatuor ſolemnioribus *Beatæ Mariæ ſemper Virginis*, nec non in Sancti Bernardi, & Sanctarum undecim mille Virginum feſtis, & per earumdem feſtivitatum Octavas certas criminum remiſſiones indulſit (F). Ex hujus Epiſcopi diplomate arguitur, jam ex eo tempore

celebrem fuiſſe Sanctarum Colonienſium Martyrum in hac Eccleſia memoriam, in qua ara extat marmorea Divæ Urſulæ ejusque comitatui dedicata, ubi decem ipſarum Virginum capita honorificis incluſa loculis aſſervantur.

Interea quamvis Gregorius IX. Monaſterium hoc a primæva ſui origine ſub Beati Petri protectione recepiſſet, & Apoſtolicæ Sedi ſubjectum immediate eſſe decreviſſet, atque mox Innocentius IV. non ſolum Gregorii prædeceſſoris privilegium confirmaſſet, ſed & ampliſſimo diplomate Monaſterium ipſum ab omni jurisdictione exemptum, plurimis decoraſſet exemptionibus, & privilegiis, attamen Sanctimoniales Religioſis ſui Ordinis viris addictæ, ab ipſis, quibus prope Monaſterium opportunas ædes paraverant, Eccleſiaſtica Sacramenta ſibi miniſtrari, & temporales redditus gubernari cupiebant, quin & propriæ originis memores, quam a Ciſtercienſi Ordine Placentinæ Diœceſis ſe traxiſſe ſciebant, Abbatem Monaſterii Placentini de Columba dicti Ordinis ſibi Viſitatorem conſtituerunt, ea conditione tamen, eoque conſilio, *ut ad Monaſterium de Cœleſtibus perſonaliter accedens, cum ab Abbatiſſa, & Conventu Monialium foret requiſitus, easdem ſalutaribus monitis, & regularibus inſtitutis prudenter, & ſollicite inſtitueret, & informaret*. Continuata annorum ſerie munus hoc Viſitationis Abbates Placentini Sanctimonialibus id expoſcentibus impenderunt, quapropter *Jacobus Abbas dicti Monaſterii de Columba*, ex diuturna rei poſſeſſione putans, & *aſſerens ſe fore Patrem Abbatem dicti Monaſterii de Cœleſtibus, Abbatiſſam & Conventum moneri fecit*; ut certa die ſe pararent ad recipiendum viſitationis officium.

Ad hæc Moniales, quæ hujusmodi viſitationes gravate ferebant, utpote ad regularis diſciplinæ detrimentum magis, quam ad ſubſidium opportunas, Viſitatores admittere intra ſepta Monaſterii, & viſitationis officium recipere omnino recuſarunt, hoc ſibi ex Apoſtolicæ authoritatis privilegio conceſſum eſſe aſſerentes, ut *Abbas de Columba* ſub ea forma dumtaxat Monaſterii de Cœleſtibus viſitator ſit, ut munus ſibi commiſſum, *cum ab Abbatiſſa, & Monialibus* requiſitus fuerit, exercere poſſit, quapropter *ea vice monitioni Abbatis parere minime tenebantur*. Recuſante vero Abbate *contra juſtitiam ſuper hoc* Sanctimoniales *audire*, ad Sedem Apoſtolicam appel-

appellarunt. *Idem Jacobus contempta appellatione hujuſmodi infra ejus* proſecutionis tempus, de quo non modicum ſupererat, in Abbatiſsam, aliasque Moniales *excommunicationis ſententiam promulgavit, easque Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto*. Injuſtas viri moleſtias, cum Clementi VI. Avinione ſedenti retuliſsent Moniales, totum rei negotium Nicolao Mauroceno Epiſcopo Caſtellano Pontifex demandavit, anno 1352. die *6*. Decembris, *ut auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum putaret, appellatione remota decerneret*. (G) Qualis inde ab Epiſcopo ſententia proceſserit, ignoratur. Hoc autem ex autographis, quæ extant, documentis, exploratum eſt, Urbanum V. (cui Sanctimoniales ſummopere commendaverat Senatus Venetus) anno 13*69*. die 1*9*. Sept. frequentes hujusmodi viſitationes in modo, & numero moderaſse, ſtatuens, ut ſemel tantum in anno extra Monaſterii ſepta *per feneſtram craticula ferrea cancellatam* Abbas ſuæ viſitationis officium exerceret, *neque donum aut ſubventionem aliquam pecuniarum a Monialibus ratione hujusmodi viſitationis* exigeret, *quantitates* autem *expenſarum ratione viſitationis*, atque *in providendo de Confeſſore idoneo* Sanctimonialibus *deputando, quod Ciſtercienſis ſtatuta Ordinis exigunt*, obſerventur. (H) Ex iis, quæ ad juſtam jurium ſuorum defenſionem egerant Sanctimoniales, excandeſcens Jacobus Abbas *Abbatiſſæ, & Monialibus, quæ ſæpeſæpius annuatim confiteri ſolebant, Confeſſores, quos ipſæ habebant*, indebite ſubtraxit, neque de *Confeſſoribus ſuper hoc humiliter requiſitus providere nullatenus voluit*. Culpabilem agendi rationem, cum ex Sanctimonialium relatu didiciſset Gregorius X. Pontifex Maximus anno 1371. die 27. Aprilis Abbati de Burgundionibus *per Apoſtolica ſcripta* mandavit, *quatenus ſi præfatus Jacobus eisdem Abbatiſſæ, & Conventui per eas ſuper hoc requiſitus de Confeſſoribus* providere neglexiſset, ipſe *de Confeſſoribus prædictis authoritate Apoſtolica providere* curaret (I). Ut vero Abbas Burgundionum munus ſibi ex Apoſtolico Decreto demandatum continuaret, ipſum per Ducales epiſtolas excitavit Andreas Contarenus Dux Venetiarum die 21. Septembris anno 1374. (K).

Dum hæc pro meliori ſpiritualis vitæ regimine aguntur, Sanctimoniales a gravi iteratæ viſitationis onere ſolute, de ampliandis; & in meliorem ſtatum adducendis redditibus cogita-

gitarunt, ea propter annuentibus die 1. Febr. anno 1357. Jacobino, & Franciſco de Carraria, eo tempore Civitatis Paduæ Dominis (L) prædia quædam in ipſorum ditione poſita majori cum Monaſterii utilitate commutarunt.

Eccleſia interea, quam ex corrogatis fidelium eleemoſynis ornatiſſimam extruxerant Sanctimoniales, venerabili Deiparæ Virginis ſimulacro exornatur, quod anaglyptico opere in marmore exſculptum e monte prope Conſtantinopolim, ubi mirabiliter inventum fuiſſe traditur, ad hanc Eccleſiam, prodigiis (ut fertur) comitantibus, anno 1372. adductum fuit.

Inventionis, & Translationis ſeriem traditioni potiſſimum innixam referunt Monaſterii regeſta, ipſamque in pergamena exaratam legimus, ad latera marmoreæ aræ, in qua ſacra effigies colitur, affixam. Rem, ut in ipſa tabula notatur, exhibeo, cujus veritatem (quod toties profeſſus ſum) eo loco, quem apud pios, & prudentes viros promeretur, relinquo; id tamen certum exploratumque eſt ex autographo, eoque graviſſimo documento ſacrum ſimulacrum a primis Venetæ translationis annis prodigiis claruiſſe, ſiquidem Nicolaus Caraciolus ex Ordine Prædicatorum tit. S. Cyriaci S. R. E. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus Venetiis degens anno Domini 1387 die 1. Junii, *ut Eccleſia Monialium S. Mariæ de Cœleſtibus de Venetiis, in qua Dominus Noſter Jeſus Chriſtus ob reverentiam glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, cujus ibidem imago multis coruſcabat miraculis*, a Chriſtifidelibus congruis honoribus frequentaretur, omnibus, qui Eccleſiam ipſam ſtatutis diebus rite viſitaſſent, centum dies remiſſionis indulſit (M).

Raguaglio della Miracoloſa Inventione, e Solenniſſima Translazione della Sacra Imagine di Maria ſempre Vergine adorata nel famoſo Tempio della Celeſtia, e de ſuoi ſalutari prodigi Anno 1672. li 2. Settembre.

„ L'Invenzione dell' Imagine glorioſa rapreſentante la Sa-
„ croſanta Vergine Maria, qual s'adora nel famoſo Tempio
„ della Celeſtia fu certo un chiaro effetto della Divina Pro-
„ videnza, avenga che ritrovandoſi doi Monache di famiglia
„ Contarena, in quel Monaſterio Ciſterclenſe molto divote
della

„ della gran Madre di Dio, iſtarono con efficaci preghiere
„ dei Gentil huomini loro fratelli, che ne paeſi oltramarini,
„ per li quali navigavano, gli provedeſſero di un qualche bel
„ ritratto della noſtra gran Signora. Avvenne, che viaggian-
„ do s'abbatterono in alcuni mercanti di Piſa, quai veniva-
„ no di Coſtantinopoli, & nel racconto, che ſi fece di mol-
„ te coſe, diſſe uno di loro, come ſopra un monte ſi trova-
„ va una bella ſtatua di pietra, quale figurava col Figliuolo
„ Gieſù la Vergine Madre, & come volendola toglier da quel
„ luoco non poterono mai, laſciandoſi prima ſpezzar al tra-
„ verſo (come ancora ſi vede) che ſpiccarſi da quel maci-
„ gno. Fatti curioſi quei Nobili Cavalieri di chiarirſi del fat-
„ to, a quel monte ſi riduſſero, & riconoſciuta l'Imagine,
„ trovarono in oltre doi belliſſimi giovani veſtiti di bianco,
„ con un paro di bovi, & un Carro, con la qual occaſione
„ indi la tolſero, & carreggiata ſul Carro la fecero condur
„ alla marina, & caricarla nella propria Nave. Il che fatto
„ ſparirono incontinente quei miniſtri, & con i bovi il Car-
„ ro. Arrichiti di sì pregiato teſoro di là ſi partirono col ven-
„ to in pupa con preteſto di condurlo alla Chieſa di Santi
„ Apoſtoli, loro Parochia, ma diſtornando queſto penſiero tem-
„ peſtoſa procella, che d'improviſo gli aſſalſe, gli ſe ſubito
„ cangiar voglia, onde il mare ſi ſe tranquillo, e il Cielo
„ ſereno, pure perchè gli parve far torto alla loro Chieſa, ſe
„ in queſta non ſi conducea, eccoti di bel nuovo imperver-
„ ſarſi più crucioſo il mare (e fu ben per tre volte) intan-
„ to, che alla terza vedendoſi da una folta caligine ſepolti,
„ e in un' abiſſo d'onde ſpumanti, poco men che travolti,
„ con efficaci preghiere a queſta Sacra Imagine ſi votorono,
„ che ſe gl'impetrava ſcampo da quell'iminente periglio l'ha-
„ veriano traportata ovunque a lei foſſe piacciuto. Eſauditi i
„ loro voti bonacciò la fortuna, così la raſſetorono in un
„ battello ſenza remi, ne naviganti, onde inviataſi da ſe me-
„ deſima a Venetia, venne ad aprodarſi a queſt' Iſoletta ſe-
„ guendola ogn' hora quel Vaſſello per veder dove arrivava.
„ Gionta a queſte Rive confini del Monaſterio, tantoſto che
„ ſi promulgò la novità del miracolo, uſcirono tutte queſte
„ Vergini velate (perchè erano Conventuali) ad incontrar-
„ la, cantando con applauſi e lodi Gloria in Excelſis Deo,

& il

„ & il giorno vegnente, che fu li 2. Agoſto 1341. fu da Monſign. Illuſtriſs. & Reverendiſs. Veſcovo di Caſtello Nicolò Moreſini, con tutto il Clero, & l'intervento del Sereniſſimo Prencipe Andrea Dandolo, & la Eccelſa Signoria con un concorſo innumerabile de Cittadini proceſſionalmente ſotto un baldachino trasferita in queſto tempio della Celeſtia, e quì ſopra decente Altare ſublimata con più ſtrana maraviglia, opera miracoli inauditi.

„ Miſterioſo fu quello, che avvenne ad un Muratore, quale in accomodarla su l'Altare, eſſendo incredulo, mentre inalzò il martello a queſto affare, gli cadè in terra, reſtandoli aſſiderata la mano; pentito del ſuo errore gli apparve inſogno nella vicina notte queſta Madre di gratie, e gli promiſe il ſuo benedetto ſoccorſo, ſe prima andava a confeſſarſi. E perchè quella tal confeſſione invalida fu, gl'apparve in altra viſione proteſtandolo a confeſſarſi meglio; il che fatto direttamente, & a lei ſantamente riccorſo, ottenè la ſua primiera ſalute.

„ Erano tali, e tante le grazie, che giornalmente piovevano dagl'influſſi della Divina Clemenza, che per raccorle innondavano le genti in queſto Tempio privilegiato, da Chioggia, dalla Dalmatia, da Murano, Mazzorbo, Torcello, da Trevigi, da Padova, & altre Città della Marca, che gli convenne giorno, e notte tener ſpalancate le porte, e perchè venivano inſino coi Cavalli furono ſteſe le gratelle nell'ingreſſo di ſotto portico, all'uſo di terra ferma. Da sì frequente concorſo moſſo il Sommo Pontefice Clemente Seſto all'hora regnante, l'arricchì di infinite Indulgenze, oltre quella Plenaria conceſſali nel ſuo giorno feſtivo, quale è dell'Aſſunta, & nei quindeci giorni prima, e in altri tanti doppo, onde ſi può ben dire, che non vi ſia giorno che non vi ſia Indulgenza, e più un giorno, che l'altro. Tramontana de Naviganti è queſta celebratiſſima Imagine, in tanto che ſe vaſſelli, o Galere naufragavano per le tempeſte a quei miſeri diſperſi, dirò più ingojati dall'onde apparia tutta ſparſa di luce con quella veſte, e forma, con che fu ritrovata porgendo ajuto a tutti quelli, che l'invocavano. Dirupò ruvinoſo il Tempio con la maggiore parte del Monaſterio, per occaſione d'incendio

„ dio horribilmente acceſo nell'Arſenale, che gli ſtà confi-
„ nante l'anno 1569. Onde fra quelle ruine reſtò ſotterrata la
„ lampada, che illuminava la miracoloſa figura. Fu doppo cin-
„ que giorni trovata acceſa più che mai. Rifabricato il Tem-
„ pio con quella maeſtoſa architettura, che ſi vede, nel gior-
„ no 26. Maggio ſereniſſimo fra gl'altri dell'Anno 1606, ſi
„ miſe in ordinanza la Proceſſione per traslattar ſolennemen-
„ te l'Imagine glorioſa al nuovo Altare, ma la diſordinò
„ ben preſto turbine impetuoſo di ſonante procella, che in
„ ſino le gondole in queſti rivi temevano di affondarſi, per lo
„ che ſi differì al giorno ſuſſeguente. Mà in queſto ancora
„ fu nuovo miracolo, poichè ſpiegata la Proceſſione con la
„ pompa regale della Sacra Imagine; quando fu gionta al
„ Ponte, che incontra la Chieſa di S. Trinità, come non
„ oſaſſe oltre paſſare, divenne tanto greve e poſſente, che
„ dove prima baſtavano ſei a condurla, ſeſſanta non erano
„ baſtanti ſoſtenerla, così, che in dietro rivolſero il camino,
„ & paſſando per mezzo la porta del Monaſterio chinò il
„ capo in ſegno di compiacenza, e fu condotta nella propria
„ Chieſa. S'acceſe irreparabil fuoco la notte di S. Gallo del
„ 1637. in un Magazeno pieno di legna, fabricato in mezo
„ il Monaſtero di S. Maria della Celeſtia ſotto il Dormito-
„ rio, e fu tale l'incendio, che imperioſo sboccando per ogni
„ lato minacciò incenerirlo; e pure all'invocazione di que-
„ ſta Vergine ſua Protettrice reſtò ſenza alcuna leſione, e
„ mentre ſi votava quella fornace di carboni acceſi, ſi riem-
„ piva il ſeno di quelle ſacre Vergini di Divina conſolazione.

„ Semplicetta fanciulla per l'età d'anni ſette nominata Gio-
„ vana figliola di D. Gio. Maria Petinaro agittata molto tem-
„ po da un demonio nel 1638. il dì 14. Marzo comparſa hu-
„ milmente alla preſenza di queſta ſacra imagine col cuore
„ divoto, e con la mente pura, e acceſa dopo languido ſopo-
„ re reſtò per Divino miracolo liberata; Un'altro tenero par-
„ goletto di anni cinque di nome Giovanni, orbato della lu-
„ ce degl'occhi iſtava a ſuoi Genitori, quali erano Ortolani
„ a condurlo a queſta miracoloſa Imagine con fede viva, e
„ ſicura ſperanza di farſi con queſto mezo ancora veggiente;
„ ma opponendoſi loro alle ſue voglie il dì 7. Settemb. 1638.
„ condotto da ſanto zelo l' infante conduſſe da ſe ſteſſo nel

„ Tempio, e proſtrato dinanzi il ſacro Altare con un tenero
„ sì, ma ſpiritoſo affetto, ſupplicando la Vergine pietoſa ri-
„ cuperò la già ſmarita viſta. Altre tali, e più ſtupevoli mi-
„ racoli operati ſi veggono di giorno in giorno nelle divote
„ perſone, quali riccorrono per ſovvenimento, & ajuto a que-
„ ſta Regina Celeſtiale Signora degli Angeli ſalvatrice degl'
„ huomini; di che fanno indubitata fede tante tabelle offer-
„ te, tanti voti ſoſpeſi, che riſulgono non ſolo inſegne glo-
„ rioſe di libertà e ſalutare a tanti infermi riſanati, e tribu-
„ bulati ſoccorſi, ma via più amoroſi trofei della pietà, e
„ clemenza di queſta Vergene eccelſa Figliola di Dio increa-
„ to, e dell' Incarnato Madre ſublime miracoloſa.

Sedatis interea diſſidiis, quæ viſitationum cauſa diu inter Abbatem de Columba, & Sanctimoniales efferbuerant, ſpirituale Monaſterii regimen rite ſanctæque agendum rurſus ſuſceperunt Placentini Abbates, qui aliquando idem Viſitationis hujusmodi munus per alios ſui Ordinis Abbates impendi deſtinarunt, ut ex authentico documento patet, quo Nicolaus de Bravis Abbas Fontis Nivis, uti Commiſſarius Bartholomæi Abbatis de Columba, Venetum de Cœleſtibus Monaſterium viſitavit anno MCCCC. die II. Aprilis, atque Sanctimonialibus ibidem degentibus ſub excommunicationis pena mandavit, ne ullum *recipere nec acceptare deberent ad viſitandum* absque litteris ſui proprii Patris Bartholomæi Abbatis de Columba (N).

Nec tamen quamvis tum propriis, tum Ciſtercienſis inſtituti privilegiis protectæ, ab omni Diœceſani Epiſcopi jurisdictione ſe exemptas eſſe putarunt Sanctimoniales, anno enim MCCCCXIX. die XIII. Februarii, ut conſtat ex autographo documento, (O) a Marco Lando Epiſcopo Caſtellano impetrarunt, ut eis liceret intra Monaſterii ſepta conſanguineos, cauſa viſitationis excipere.

Nec viſitationis tantum officium Sanctimonialibus præſtare conſueverunt Abbates de Columba, ſed & ſi aliquando Abbatiſſæ electio a Sanctimonialibus peragenda occurreret, ipſe hujusmodi electioni intereſſe, & præſidere Monialium rogatu ſolebat, quod ſi aliis diſtentus negotiis id facere nequiviſſet, alium ad id munus ſuo nomine peragendum deputabat, quod & actum anno MCCCCXXXIX. addiſcimus ex commiſſionis inſtrumen-

ſtrumento die IX. Septembris confecto, quo Andreas de Fiſſina Abbas S. Mariæ de Columba Reformator, & Viſitator *Sanctæ Mariæ de la Cœleſtia*, Petrum Abbatem S. Mariæ de Pollina delegavit, ut Venetis Sanctimonialium Ciſtercienſium Monaſteriis in Præſulum electione ſuo nomine intereſſet (P), ipſumque Monaſterium tam in capite, quam in membris, ſi id opportunum putaviſſet, reformaret, atque corrigeret; quod & iterum feciſſe noſcitur anno MCCCCXLII, quo Hieronymum Triviſanum S. Thomæ Torcellenſis Abbatem in ſuum Vicesgerentem die XI. Febr. inſtituit, ut in Monaſteriis S. Mariæ de Cœleſtibus, & S. Maphæi de Majurbio viſitationis, & correctionis impenderet officia (Q).

Viſitationis tamen munus, quod Abbas de Columba Hieronymo demandaverat, ſuperiori authoritate Romani Pontificis Divo Laurentio Juſtiniano tunc temporis Caſtellano Epiſcopo, & Fantino Dandulo Prothonotario Commiſſariis, & Viſitatoribus *ſemel tantum hac in parte* deputatis delegatum fuit, qui in viſitatione cum nonnulla comperiſſent *egentia correctione, & reformatione* die x. Auguſti ſuperius enuntiati anni 1342. certas leges ad ſpirituale Monaſterii regimen tulerunt prudentia, & diſcretione mirabiles (R).

Peracta itaque *ſemel* per Commiſſarios Apoſtolicos viſitatione, antiquum corrigendi, & reformandi jus ad Abbates Ciſtercienſes rediit, qui ex Monaſterio reformato S. Mariæ de Cœleſtibus anno 1457. die 18. Jan. Claram Amuliam ejusdem Monaſterii Abbatiſſam perſpectæ pietatis Virginem e ſuis clauſtris in Majurbienſi S. Matthæi Cœnobio Abbatiſſam conſtituerunt, eo conſilio, ut ſub ſalubri ejus regimine collapſa ibidem Monaſtica diſciplina ad priſtinam obſervantiam revocaretur. Electionis documentum inter Eccleſias Torcellanas exhibendum erit, Deo permittente, ad Monaſterium Sancti Matthæi.

Circa hæc tempora Sanctimonialis quædam nomine Clara, quæ in hoc Cœnobio regularem profeſſionem emiſerat, cum *inibi aliquandiu fuiſſet laudabiliter converſata, nulla canonica diſpenſatione ſibi ſuper hoc ſuffragante* ad ſæculum tranſiens matrimonium contraxit, & morti proxima emiſſæ profeſſionis memor corpus ſuum Ciſtercienſi habitu indutum in dicto Monaſterio tumulari mandavit, bona vero in ſæculo acquiſita in

certos expreſſos uſus converti, *& diſtribui voluit*. Hæc autem bona cum Sanctimoniales S. Mariæ de Cœleſtibus ad ſe ſpectare contenderent ratione profeſſionis, cui in nulla parte derogatum fuerat, ſuas ad Calixtum Papam III. quærelas detulerunt, *ut ſuper hiis opportune de benignitate Apoſtolica* providere dignaretur. Supplices Sanctimonialium libellos excepit Pontifex, indeque die x. Septembris anno MCCCCLVII. Andreæ Bono Epiſcopo Equilino Venetiis commoranti mandavit, ut *auditis hinc inde* propoſitis, quod juſtum eſſet in controverſia decerneret. Rem itaque diligenti examine ſcrutatus Andreas Epiſcopus anno a receptis Apoſtolicis litteris inſequenti die VII. Julii lata ſententia pronuntiavit Claram prædictam fuiſſe Monacham profeſſam converſam, ideoque non *potuiſſe legitime matrimonium contrahere*, *& per conſequens*, *quod bona per dictam Claram aquiſita erant Monaſterii S. Mariæ prædicti*, *cum jura vellint*, *quod ingreſſi Monaſteria per profeſſionem ſe*, *& ſua* dedicant, ideoque teſtari non poſſunt (S).

Noviſſima, quæ extant Ciſtercienſium Abbatum documenta, referunt Petrum Riolis *Monaſterium utriusque ſexus Ordinis Ciſtercienſis in Italica natione conſiſtentium Viſitatorem*, *& Reformatorem* anno MCCCCLXXXI. die XXV. Maii Monaſterium *Sanctæ* Mariæ della Cœleſtia viſitaſſe, atque ibidem pro bono ipſius regimine conſtitutiones edidiſſe ſalutares (T), atque inde anno MXID. die XV. Maii per Joannem Abbatem Ciſtercienſem Cabilonenſis Diœceſis authoritate Generalis Capituli Petrum de Peruſio Monachum S. Anaſtaſii de Urbe Cœnobio Sanctimonialium *de Cœleſtia Venetiis ſituato* in Confeſſarium deſtinatum fuiſſe (V). Exinde vero Sanctimoniales Apoſtolicæ Sedis authoritate Patriarchali jurisdictioni ſubjectæ fuerunt, & ab omni prorſus Ciſtercienſis Ordinis ſubjectione, & viſitatione ſolutæ.

Anno MDLXIX. intempeſta nocte, quæ feſtum Exaltatæ Crucis in menſe Septembri præcedit incendium repente in Navali Veneto exortum magnam ipſius Navalis partem conſumpſit, locaque plurima aptandis navibus deſtinata cum gravi publicæ rei detrimento ſolo proſtravit, cumque vehementiſſimo flante vento flammæ ſe quaquaverſus diffunderent, locum etiam, in quo tormentarius pulvis aſſervabatur, corripuerunt, cujus impetu concuſſa proxima ædificia momento ad cineres, &

ruinam

ruinam redacta fuerunt. Seſe tamen in tempore ex horribili periculo ſurripientes Sanctimoniales ad paternas domos primum ſe reduxerunt, mox (id ne dum permittente, ſed & mandante publica authoritate) ad Cœnobium S. Jacobi de Judaica, ex quo Patres Ordinis Servorum ob id receſſerant, deductæ fuerunt. Eo in loco tandiu conſtiterunt, donec reædificato in ampliorem ornatioremque formam antiquo loco, ex S. C. Decreto, anno MDLXXI. die XIV. Decembris lato, ad ipſum accedere, licet aliquantulum reluctantes, coactæ fuerunt.

1571. 14. *Decembre in Pregadi.*

„ Fu per il Colleggio noſtro deliberato fin dal 1569. a 28. „ di Settembre, che atteſa la rovina ſucceſſa nel Monaſtero „ della Celeſtia, per l'incendio dell'Arſenal noſtro doveſſero „ li Procuratori Noſtri de Ultra, ch' hanno il governo del „ Monaſtero di S. Giacomo dei Servi della Zudecca accomo- „ dar le Monache del loro Monaſtero per meſi ſei, finchè „ quello della Celeſtia ſe reſtauraſſe, li quali paſſati, eſſo Mo- „ naſterio foſſe conſegnato alli Padri di S. Giacomo, ma ſo- „ no paſsati ormai più di meſi 26. nel qual ſpazio di tempo „ ſono ſtate più volte amonite le Monache a rilaſciar il luo- „ go, eſsendo anco per tal'effetto più volte ſtati mandati due „ delli Savii del Collegio Noſtro, poichè il luogo della Ce- „ leſtia era ridotto in buoniſſimo termine con gran numero „ di celle fabricate, ſichè ſi può comodamente habitar. On- „ de non eſsendoſi le ſudette Monache curate di partir; & „ non eſsendo bene per quelli riſpetti che poſsono eſsere da „ cadauno per ſua prudenza conſiderati, ch'eſse Monache con- „ tinuino più lungamente a ſtar in luoco così aperto, con „ tanto pericolo di ſcandalo, quanto ſi può comprender.

„ L'anderà parte, che ſia intimato alle Reverende Mona- „ che ſopradette, che debbano per tutto Marzo proſſimo far „ ſerar il loro Monaſtero della Celeſtia, e non lo facendo „ debbano li Procuratori Noſtri de Ultra, che hanno la pro- „ tezione delli Reverendi Padri di S. Giacomo della Giudec- „ ca ſopradetti ſpender fin'alla ſumma di Duc. 100. delli da- „ nari della Procuratia per tal'effetto, ſicome ſi ſono offerti

alla

„ alla reintegrazione dei quali ſiano obligati i primi raccolti
„ delle poſseſſion, & affitti di Caſe delle Monache ſopradet-
„ te. Et non andando elle, doppo ſerrato il Monaſtero del-
„ la Celeſtia nel termine ſopradetto debbano eſſi Proc. No-
„ ſtri de Ultra con il Collegio Noſtro farle andar in ogni
„ modo, per tutto il meſe d'Aprile proſſimo ſenz' altra dilatione.

Quamvis autem tempus, pro renovati Monaſterii clauſura ad ſubſequentis anni Martium menſem alligatum ex Senatus lege fuiſset, tamen nonnullis, ut plerumque fit, obortis difficultatibus, translatio Monialium diu dilata, tandem anno MDLXXIV. die XIV. Martii peracta fuit, qua die Joannes Triviſanus Patriarcha Venetiarum Angelam Gradonicam Abbatiſsam, cæteraſque Virgines ad Ciſterciense S. Mariæ ad Cœleſtia Monaſterium ſolemni modo deduxit.

Reſtitutis Monaſterii ædibus, Templum etiam magnificentiſſimo opere reædificatum fuit ad Vincentii Scamozzii Archetypum, cujus conſecrationis ſolemnia peregit die XXVI. Aprilis anno MDCXI. Franciſcus Vendramenus Patriarcha Venetiarum.

Templum anno MDCV. reſtitutum, atque inſequenti anno ornatiſſime perfectum, & tandem conſecrationis munere decoratum anno MDCXI. referunt lapideæ epigraphes parietibus Eccleſiæ diverſis in locis affixæ.

„ Templum hoc Aſsumptæ in Cœlum Mariæ antiquitus
„ dicatum, ſextum jam, & trigeſimum annum, Finitimo Na-
„ valis incendio dirutum. Mil. ſexcenteſimo quinto ab hoc
„ Sacrarum Virginum Cœnobio reſtitutum fuit. Hieronymo
„ Juſtiniano, Ludovico Barbarigo, Bernardo Memo Procu-
„ ratoribus.

„ Queſta Chieſa dedicata a Santa Maria della Celeſtia, che
„ già 36. Anni dalla violenza del Fuoco dell' Arſenale fu atter-
„ rata, per proveder al Culto Divino, & accreſcer la devotion
„ de' fedeli, Innocentia Valareſso Abbadeſsa, e Raffaela Sala-
„ mon Priora del Monaſterio col conſenſo dell' altre Mona-
„ che han fatto erigere in queſta degna, e più auguſta forma
„ l'An. MDCVI.

„ Deo B. Mariæ in cœlis aſsumptæ Sanctiſque Benedicto,
„ & Bernardo Abbatibus, Franciſcus Vendramenus Patriarcha
„ Venetiarum Dalmatiæque Primas, Leonardo Donato Prin-
cipe,

„ cipe, conſecravit, Innocentia Vallareſſia Abbatiſſa, Pru-
„ dentiaque Juſtiniana Sacriſta curantibus VI. Kalend. Maii
„ MDCXI.

Utilem imprimis ad Monaſterii reædificationem contuliſſe operam Georgium Saler Venetum Civem teſtantur eæ inſcriptiones, quas marmori incidi, & ad parietes Sacelli prope Sacrarium a ſe ædificati affigi juſſit ejus Frater Joannes Antonius, de loco, & Sanctimonialibus, ipſe etiam optime meritus.

„ A. S. Georgius Saler Nicolai Civis Veneti F. Ducalis Ga-
„ ſtaldio, idemque hujus Monaſterii Procurator, qui Navalis
„ incendio 18. Calend. Octob. 1569. dum noctu tota Urbs ob
„ combuſtum tormentarium pulverem concutitur, proximis
„ ædificiis cum Monaſterio prolapſis Angelam Gradonicam
„ Abbatiſſam ſacraſque Virgines Ciſtercienſes 56. ex flammis,
„ & candentium tectorum ruinis incolumes in Judaicam Inſu-
„ lam transvexit, ubi in D. Jacobi ædibus 6. Idus Octobris
„ publice datis Senatus liberalitate commorantur, donec eo
„ curante Monaſterium a fundamentis reſtitueretur, quod in-
„ terim dum exædificatur Georgius Annos natus LIII. XV.
„ Kal. Novembris MDLXXI. moriens ſui deſiderium bonis om-
„ nibus reliquit.

„ Joannes Antonius Saler Nicolai Civis Veneti F. & Geor-
„ gii e regione frater, & hujuſce Monaſterii in demortui fra-
„ tris locum itidem prædilectus ædificationem hanc ab ipſo
„ antea ſummo ſtudio maximiſque laboribus inchoatam ab-
„ ſolvit, Angelamque Gradonicam Abbatiſſam cum Ciſter-
„ cienſibus Virginibus pridie Idus Martii MDLXXII. ex ea-
„ dem Judaica Inſula, ubi annos III. menſes V. dies III. fue-
„ rant, demum, quod maxime optabant, ad proprium Mona-
„ ſterium reduxit, atque hoc Sacellum ære proprio ædifican-
„ dum curavit, ſepulchro appoſito, in quo ipſe in noviſs. diem
„ hæredes ſui atque omnis poſteritas conquieſcant. Anno 1578.

Multis iiſque illuſtribus ditatur Eccleſia hæc ſacris Reliquiis, quarum hæ notatu digniſſimæ.

Sacra Dominicæ Coronæ Spina, quæ Feria III. intra Hebdomadam Paſſionis quotannis feſtivo exponitur apparatu.

Os Tibiæ S. Laurentii Levitæ M.

Os S. Stephani Prothomartyris.

Nonnulla oſſa, quæ ad Sanctos Montis Ararath Crucifixos

per-

pertinere dicuntur, & decem capita ex comitatu Sanctæ Urſulæ V. M.

Corpus S. Coloandri M. & plurima Sanctorum Martyrum oſſa olim in Cœmeteriis Romanis quieſcentia.

Ad ornatum hujuſce Eccleſiæ accedunt Tabulæ, quas ad aras Deiparæ in cœlum Aſſumptæ, & Crucifixi Redemptoris pinxit Jacobus Palma.

Ex vita Beati Jacobi Salomonii per Joannem Theupulum Primicerium S. Marci, mox Patriarcham Venetiarum concinnatam addiſcimus, ipſius Beati Matrem in hoc Monaſterio ſancte extremum diem obiiſse, viro enim orbata, ut liberius Deo inſerviret, Ciſtercienſe inſtitutum ibidem amplexa eſt, in cujus jugi frequentique obſervantia reliquum vitæ ſuæ tempus piiſſime egit.

Quieſcunt in hac Eccleſia tumulati Laurentius Celſi Dux Venetiarum, & Carolus Zenus, qui in ſummo Patriæ diſcrimine adverſus Januenſes fortiter pugnans labentes res ſua virtute reſtituit.

Ducis Celſi, hoc eſt emortuale elogium.

„ Laurentii Celſi Principis, Marcique Patris Divi Marci
„ Procuratoris. Oſſa.
„ Funera Dux Venetum Laurentius ultima Celſi
„ Hoc habet in ſaxo titulis clariſſimus altis
„ Magnanimus Patriæ Pater, & juſtiſſimus heros,
„ Hic moderans animis vigilantibus Urbis habenas,
„ Hoſtibus, ut fulmem, ut amœnum ſydus amicis,
„ Tranquilla tandem patria ſub pace relicta
„ Ad cœlum æterno celebrandus nomine migrat.
„ Vixit annos 44. In Principatu IV. obiit Anno 1365.

Gregorius IX. Monaſterium S. Mariæ ad Cœleſtia recipit ſub protectione Apoſtolicæ Sedis.

A 1237. 11. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus.. Abbatiſſe & Conventui Monaſterii Sancte Marie de Celeſtibus Ordinis Ciſtercienſis Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium deſideriis favorem benivolum impartiri. Ea propter dilecte in Chriſto filie veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipate, cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum permittente Domino poterit adipiſci, juſtis modis ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii (1) III. Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno undecimo.

Ego Frater Polidainas Ordinis predicatorum filius q. D. Zamboni de Andrea de Padua ſacri Palatii Notarius (2) preſens tranſcriptum ſumptum de litteris Sanctiſs. Patris & Domini D. Gregorii Pape non abolitis, nec in parte ſui aliqua viciatis, ſed integris cum bulla plumbea Papali pendente a filis ſericis rubris & placuis exemplavi fideliter & attente, & in publicam formam redegi, nichil addens vel minuens quod ſenſum earum variet vel immutet. Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono. Indictione ſecunda die Mercurii quintodecimo menſis Julii. Preſentibus fratribus Nicoleto Petro de Venetiis, & aliis omnibus de ordine predicatorum, qui predictas litteras, cum preſenti tranſcripto mecum auſcultaverunt & ſic comperimus omnia ad invicem concordare.

(1) Gregorius IX. anno 1237. Viterbii degebat, in qua Civitate edidit die XXII. Martii diploma de approbatione veritatis Sacrorum Stigmatum S. Franciſci de Aſſiſio.

(2) De Notariis Publicis ex Ordine Predicatorum electis diximus ſuperius, ad Monaſterium SS. Joannis & Pauli.

Innocentius IV. Monaſterium S. Mariæ ad Cœleſtias ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recipit & multis ornat privilegiis.

B 1247. 6. Maii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Mariæ ad Cœleſtia.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe Monaſterii de Celeſtibus, ejusque Sororibus, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis enervet. Ea propter dilecte in Chriſto filie veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sancte Dei Genitricis & Virginis Marie de Celeſtibus Caſtellane Diocesis, in quo divino eſtis mancipate obſequio ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primo ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum a vobis poſt concilium generale ſuſcepta in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium in preſentis juſte & Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, & hiis que vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, refuagis & paſcuis in boſco & plano, in aquis & molendinis in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine licentia ſue Abbatiſſe de eodem loco diſcedere; diſcedentem vero abſque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictius inhibentes ne terras ſeu beneficium quodlibet Eccleſie veſtre cellatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari abſque conſenſu totius capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si que vero donationes, aut alienationes aliter quam dictum eſt, facte fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ut nullus Epiſcopus vel quelibet alia perſona ad ſinodos vel conventus forenſes vos ire vel juditio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire preſumat. Nec regularem electionem Abbatiſſe veſtre impediat, aut de inſtituenda vel removenda ea que pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro conſervationibus vero Altarium vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo Sancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus a vobis ſub pretextu conſuetudinis vel alio modo

do quicquam audeat extorquere, ſed hec omnia gratis vobis Epiſcopus Dioceſanus impendat, alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habentem, qui noſtras fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi Sedes Dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc impoſterum propriis Epiſcopis nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romane Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habebitis per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Monialium vaſorum, & veſtium, conſecrationes Altarium auctoritate Apoſtolice Sedis recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis ſive aliquam eorum occaſionem, que ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate preſtiterint vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eamdem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolice indulta prolatam decernimus irritandam, nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra indulta Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterint impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nichilominus in Monaſterio veſtro excluſis excommunicatis, & interdictis divina offitia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtre paternam impoſterum ſollicitudinem providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu granciarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non & libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia conſerventur integra earum pro quarum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtre conſtitionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino juditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & D. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Innocentius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Otto Portuenſis, & S. Rufine Epiſcopus ſs.
✠ Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus ſs.
✠ Ego Petrus tt. S. Marcelli Presb. Card. ſs.
✠ Ego Willelmus Baſilice duodecim Apoſtolorum Presb. Card. ſs.

✠ Ego Fr. Johannes tt. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. ſs.
✠ Ego Fr. Hugo tt. S. Sabine Presb. Card. ſs.
✠ Ego Octavianus S. Marie in via lata Diac. Card. ſs.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Martini S. R. E. Vicecancell. II. Nonas Maii Indict. v. Incarnationis Dominice anno MCCXLVII. Pontificatus vero D. Innocentii Pp. IV. Anno quarto ſs.

Ego Fr. Polidamas Fratrum Ordinis Predicatorum filius q. Dom. Zamboni de Andrea de Civitate Padue Sacri Palatii Notarius preſens tranſcriptum ſumptum de litteris dive recordationis D. Innocentii Pp. IV. non cancellatis, non abolitis, nec in ſui parte aliqua viciatis, ſed integris autenticis, & celebriter inſignitis cum diverſis ſubſcriptionibus characteribus & figuris, ac duobus vinculis uno alium continente quaſi ad inſtar bulle Papalis, in qua ſupra premittitur S. Petrus S. Paulus, infra vero ſubſcribitur Innocentius Pp. IV. Extra bullam autem ſubſcribunt ſe nominibus ſuis propriis prefatus D. Innocentius Pp. IV. & ſeptem alii Cardinales, ac vicecancellarius Romane Eccleſie. Exemplum fideliter & attente nichil addens vel minuens, quod ſenſum earum variet vel mutet, prout eas auscultari feci, & preſens transcriptum earum cum teſtibus infraſcriptis, & ipſam comperimus in omnibus concordare.

Actum Venetiis in Domo Fratrum Predicatorum milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono Indictione ſecunda. Preſentibus Reverendis Viris Fratre Faliono Priore, & Fratre Johanne Lectore Sanctorum Johannis & Pauli de Venetiis Ordinis Fratrum Predicatorum, qui ut dictum eſt mecum dictas auſcultaverunt litteras cum tranſumpto, & ſic comperer. ea adinvicem in omnibus convenire die Veneris tertio menſis Julii.

Alexander IV. eximit Monaſterium S. Mariæ ad Cœleſtia ab omni Apoſtolica penſione.

C 1255. 13. Octobris.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus ... Abbatiſſe & Conventui Monaſterii S. Marie de Celeſtibus Ciſterſienſis Ordinis Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacram religionem veſtram, in qua cultui divini nominis ferventer intenditur, & animarum profectui ſollicite deſervitur, dignam Apoſtolici favoris preſidio reputantes, que pie depoſcitis libenter aure benigna ſuſcipimus, & benivolentia paterna complexmus. Hinc eſt, quod nos veſtre precibus devotionis inducti, ut ad proviſionem alicujus in penſionibus bladi, Vini vel cujuslibet quantitatis pecunie per litteras Sedis Apoſtolice vel legatorum ipſius compelli de cetero non poſſitis abſque mandato ſpeciali Sedis ejuſdem faciente plenam & expreſſam de hac indulgentia, & Ciſterćienſe ordine mentionem, auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Anagnie III. Idus Octobris. Pontificatus noſtri anno primo.

Ale-

Alexander IV. confirmat conceſſionem Walterii Epiſcopi Caſtellani ab Angelo Patriarcha Gradenſi ſubſcriptam, qua inhibetur, ne circa ambitum Eccleſiæ S. Mariæ ad Cœleſtia per CL. *paſſus nullus locus Religionis fundetur, vel Eccleſia ædificetur.*

D 1256. 5. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus ... Abbatiſſe & Monialibus Monaſterii S. Marie de Celeſtibus Ciſtercienſis Ordinis Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem offitii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod Venerabilis Frater noſter ... Epiſcopus Caſtellanus quieti veſtre providens ordinavit & ſtatuit Metropolitani loci & Capituli ſui accedente conſenſu, ut circa Eccleſie veſtre ambitum per centum & quinquaginta paſſus nullus locus religionis fundetur nec aliqua fabricetur Eccleſia, aut ſit ibi Conventus vel Congregatio quarumlibet perſonarum, prout in patentibus ipſius Epiſcopi litteris inde confectis, & ſuo ſigillo munitis plenius continetur. Nos igitur veſtris precibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Epiſcopo provide factum eſt ratum habentes, & gratum illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus; tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum preſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. Cum Nos Frater Walterius de Ordine Predicatorum Dei gratia Epiſcopus Caſtellanus pium eſſe credimus & honeſtum Deo ſervientium provideri utilitatibus & quieti, piis poſtulationibus dilectarum filiarum ... Abbatiſſe & Monialium Monaſterii S. Marie de Celeſtibus in noſtro Epiſcopatu ſiti ordinis Ciſtercienſis diligentius inclinati, ordinantes ſtatuimus & conſenſu Venerabilis Patris D. Angeli Dei gratia Gradenſis Electi Metropolitani (1) & noſtri Capituli, quod ab ambitu earum Eccleſie infra ſpacium centum & quinquaginta paſſuum locus alicujus religionis non fundetur vel Eccleſia fabricetur, nec etiam ibidem Conventus ſeu congregatio aliquarum perſonarum deinceps habeatur, ut eedem Moniales quietius & liberius poſſint ſecundum obſervantiam regularem Domino famulari. Et hanc noſtram ordinationem ſive indulgentiam auctoritate Epiſcopali duximus roborandam, eam facientes noſtri ſigilli munimine roborari. Datum Venetiis in Palatio Epiſcopatus Caſtellani currente MCCLVI. Indictione XIV. die undecimo intrante menſe Martii. Nos Frater Angelus Sancte Gradenſis Eccleſie electus manus mea ſubſcripſi Ego Frater Walterus Dei gratia Epiſcopus Caſtellanus manu mea ſubſcripſi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani Nonis Aprilis Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

(1) Angelus Maltraverſus, de quo Operis hujus Tom. III. pag. 21.

Ulri-

Ulricus Archiepiſcopus Salisburgenſis, & Thomas Epiſcopus Squillacenſis indulgentias concedunt erogantibus eleemoſinas pro ædificatione Eccleſiæ S. Mariæ ad Cœleſtia.

E 1261. 13. Septembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Mariæ ad Cœleſtia.

ULricus miſeratione Divina Sancte Salzeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, (1) & Frater Thomas miſeratione divina in Regno Sicilie Squillacenſis Epiſcopus. (2) Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem in Domino. Si populus Isdraeliticus, qui ſub legis umbra vivebat frequenter accedens oraturus ad locum, quem elegit Dominus, ut ibi poneret nomen ſuum, vota & donaria plurima offerebat, tanto fortius populus Chriſtianus, cui amparuit benignitas & humanitas Salvatoris, tenetur Eccleſias, in quibus Chriſtus ad abolendam noſtrorum criminum coruptelam immortaliter & incorruptibiliter vivens quotidie immolatur, & congruis honoribus frequentare ac ibidem offerre munera cum animi puritate, quanto certiora ſunt experimenta rerum quam enigmata figurarum. Cum igitur dilecte nobis in Chriſto ... Abbatiſſa & Sorores Monaſterii Sancte Marie de Celeſtia de Venetiis Eccleſiam edificarę ceperint opere ſumptuoſo, nec ad ipſius conſumationem proprie ſufficiant facultates Univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias elemoſinas, & grata caritatis ſubſidia dictis Abbatiſſe & Sororibus pro conſumatione, tam felicis operis erogetis, ut per hec & alia bona, que Deo inſpirante feceritis, poſſitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia Beate Marie Virginis & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum confiſi, meritis, omnibus vere penitentibus & confeſſis qui ad conſummationem predicti operis manum porrexerint adjutricem, unum annum, & quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in Domino relaxamus ſuper hoc aſſenſu Ven. Patris Domini .... Veneten. Epiſcopi requiſito pariter, & obtento. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fecimus noſtri ſigilli munimine roborari.

Datum Venetiis Idus Septembris Anno Domini MCCLXI.

(1) Ulricus Archiepiſcopus Salisburgenſis memoratur in Hiſtoriis Eccleſiaſticis ob graves moleſtias, quas pro ſua Eccleſia pertulit. De eo Odoricus Raynaldus ad annuum 1257. Hanſiz. German. Sac. Tom. II.

(2) Thomas Epiſcopus Scyllacenſis vulgo Squillacenſis prætermittitur ab Ughello in Ital. Sacra Tom. IX. col. 434. ſed Hanſiz. in Germ. Sac. Tom. II. pag. 360. eum aſſert Legatum Apoſtolicum, ut Ulricum ad ſuam Eccleſiam Salisburgenſem deduceret.

Hu-

Hugo Epiſcopus Bethleemitanus Indulgentias elargitur viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ ad Cœleſtia.

F 1287. 25. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

UNiverſis Chriſtifidelibus ad quos littere preſentes pervenerint Frater Hugo Ordinis Predicatorum Dei & Apoſtolice Sedis gratia Sancte Bethleemitane Eccleſie Epiſcopus ſalutem in filio intacte Virginis ſingularis. Licet is, de cujus munere, venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundantia pietatis ſue merita ſupplicum excedat & vota, & beneſervientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri. Cupientes tamen in Domino reddere populum acceptabilem fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet & remiſſionibus favorabiliter in Domino invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Volentes igitur, quod Venerabile Monaſterium Dominarum S. Marie de Celeſtia de Venetiis Ciſtercienſis Ordinis Caſtellane Dioceſis a Chriſtifidelibus congruis honoribus frequentetur; Nos de Omnipotentis Dei miſericordia ac glorioſiſſime Beate Marie Virginis Matris ejus pietate, nec non Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad Monaſterium predictum in Nativitate, Annuntiatione, Purificatione, & Aſſumptione Beate Marie ſemper Virginis, nec non in S. Bernardi, & Sanctarum undecim millium Virginum feſtis, & per octavas Omnium Feſtivitatum predictarum cauſa devotionis acceſſerint, vel manum porrexerint caritatis quadraginta dies de injuncta eis penitentia, dummodo conſenſus Dioceſani acceſſerit, miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus, & noſtro ſigillo communiri.

Datum Venetiis VII. Kal. Maii Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo.

Clemens VI. Epiſcopo Caſtellano ejusque Collegis Delegatis Apoſtolicis committit, ut inquirant, an Moniales S. Mariæ ad Cœleſtia ſubjectæ ſint Abbati de Columba Ordinis Ciſtercienſis.

G 1352. 6. Decembris.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri ... Epiſcopo Caſtellano & dilectis filiis ... Abbati Monaſterii Sancti Nicolai in littore ac ... Guardiano Fratrum Ordinis Minorum de Venetiis Caſtellane Dioceſis Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis Dilecte in Chriſto filie Maria Abbatiſſa, Cecilia Faletro Prioriſſa, Orſabilis Superantio Subprioriſſa, Catherina Venerio Celleraria, & Conventus Monaſterii de Celeſtibus Ordinis Ciſtercienſis Caſtellane Dioceſis petitione monſtrarunt, quod licet ipſe Abbatiſſa

& Con-

& Conventus, & dictum earum Monaſterium ab omni jurisdictione, dominio, & poteſtate, ac viſitatione .. Abbatis & Conventus Monaſterii Ciſtercienſis Cabilenenſis Dioceſis, ac Capituli generalis Abbatum, & aliorum Prelatorum dicti Ordinis, & Patris Abbatis dicti Monaſterii de Celeſtibus per ſpeciale Apoſtolice Sedis privilegium eſſent, prout ſunt, prorſus exempta & eidem Sedi immediate ſubjecta, ita quod predicti Abbas & Conventus ac Capitulum generale, aut Pater Abbas dicti Monaſterii de Celeſtibus, ſeu quivis alii viſitatores Monaſteriorum & locorum dicti Ordinis per eosdem Abbatem, & Conventum Ciſtercienſem, aut Capitulum generale vel Patrem Abbatem deputati non poſſint in Abbatiſſam & Conventum ac perſonas predicti Monaſterii de Celeſtibus jurisdictionem, Dominium, vel poteſtatem, aut viſitationem aliquam exercere, & per aliud dicte Sedis privilegium .... Abbas Monaſterii de Columba dicti Ordinis Placentine Dioceſis, qui eſt pro tempore eisdem Abbatiſſe & Conventui dicti Monaſterii de Celeſtibus, ſub ea forma dumtaxat viſitator datus exiſtat, ut ad dictum Monaſterium de Celeſtibus perſonaliter accedens, cum ab eisdem Abbatiſſa & Conventu foret requiſitus, easdem Abbatiſſam & Conventum, ac Moniales ipſius de Celeſtibus Monaſterii ſalutaribus monitis, ac regularibus inſtitutis prudenter & ſolicite inſtrueret & informaret, nichilominus corrigendo & reformando ibidem, que correctione & reformatione eſſent digna, & tam ipſe Abbatiſſa & Conventus, quam ille, qbe in dicto Monaſterio de Celeſtibus preceſſerunt easdem, fuiſſent in poſſeſſione pacifica vel quaſi libertatum, & immunitatum hujusmodi a tempore conceſſionum, privilegiorum, eorumdem. Quia tamen Jacobus Abbas dicti Monaſterii de Columba aſſerens ſe fore Patrem Abbatem dicti Monaſterii de Celeſtibus, ſeque predictas Abbatiſſam & Conventum dicti Monaſterii de Celeſtibus, tanquam earum Patrem Abbatem velle viſitare, prefatas Abbatiſſam & Conventum dicti Monaſterii de Celeſtibus requiri & moneri fecit, ut certa die ſe pararent ad recipiendum, cum in dicto Monaſterio de Celeſtibus ad viſitationis officium inibi impendendum juxta inſtituta ordinis ſupradicti, ex parte predictarum Abbatiſſe & Conventus dicti Monaſterii de Celeſtibus fuit coram eodem Jacobo infra dictam diem excipiendo propoſitum, quod ipſe & dictum earum Monaſterium de Celeſtibus, ab omni jurisdictione, dominio, & poteſtate ac viſitatione Abbatis & Conventus Monaſterii Ciſtercienſis Cabilonenſis Dioceſis & Capituli generalis Abbatum, & aliorum Prelatorum dicti Ordinis per ſpecialem Apoſtolice Sedis privilegium erant prorſus exempta, & eidem Sedi immediate ſubjecta, ita quod predicti Abbas & Conventus Ciſtercienſis & Capitulum Generale, aut Patres Abbates dicti Monaſterii de Celeſtibus, ſeu quivis alii viſitatores Monaſteriorum & locorum dicti Ordinis per eosdem Abbatem & Conventum Ciſtercienſem aut Capitulum Generale deputati, non poterant in Abbatiſſam & Conventum ac perſonas predicti Monaſterii de Celeſtibus jurisdictionem dominium vel poteſtatem, aut viſitationem aliquam exercere, & per aliud dicte Sedis privilegium Abbas ejusdem Monaſterii de Columba, qui eſt pro tempore eisdem Abbatiſſe & Conventui dicti Monaſterii de Celeſtibus, ſub ea forma dumtaxat viſitator datus erat, ut ad dictum Monaſterium de Celeſtibus perſonaliter accedens, cum ab eisdem Abbatiſſa & Conventu dicti Monaſterii de Celeſtibus foret requiſitus, easdem Abbatiſſam & Conventum ac Moniales ipſius Monaſterii de Celeſtibus ſalutaribus monitis, & regularibus inſtitutis prudenter & ſolicite inſtrueret & informaret, nichilominus corrigendo & reformando ibidem, que correctione & reformatione eſſent digna, & tam ipſe Abbatiſſa & Conventus, quam ille que in dicto Monaſterio de Celeſtibus preceſſerunt easdem, fuerant in pacifica poſſeſſione, vel quaſi immunitatum & libertatum hujusmodi a tempore conceſſionum priviiegiorum

eorum-

eorumdem, prout per exhibitionem privilegiorum predictorum, & alias erant legitime probare parate, propter quod predictus Paulus Abbas ad requiſitionem & monitionem hujusmodi proceſſerat minus juſte, dictaque Abbatiſſa & Conventus que predictum Jacobum ſuper viſitatione dicti Monaſterii de Celeſtibus facienda non requiſiverant nec requirebant ea vice eisdem requiſitioni & monitioni parere minime tenebantur, & ad id compelli de jure non poterant nec debebant, & quia predictus Jacobus Abbas ſuper hoc audire eas contra juſtitiam recuſavit pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus dicti Monaſterii de Celeſtibus exinde ſentientium indebite ſe gravari, ad dictam Sedem extitit appellatum, ac idem Jacobus Abbas contempta appellatione hujusmodi infra ejus proſecutionis tempus, de quo non modicum ſupereſt, & in quo predicte Abtiſſa & Conventus dicti Monaſt. de Celeſtibus exiſtebant, in easdem Mariam Abbatiſſam, Ceciliam Faletro Prioriſſam, Orrabilem Superantio Subprioriſſam, & Catherinam Venerio Cellerariam propter earum rebellionem, ut dicebat, excommunicationis ſententiam promulgavit, ac Mariam Abbatiatu, Ceciliam Prioratu, Orrabilem Subprioratu & Catherinam Cellerariatu predicti Monaſterii de Celeſtibus ſententialiter privavit, & predictum Conventum ejusdem Monaſterii de Celeſtibus Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto de facto, propter quod pro parte dictarum Marie Abbatiſſe & Conventus iterato, ac Cecilie Prioriſſe, Orrabilis Subprioriſſe, & Catherine Cellerarie, ad dictam Sedem extitit appellatum, dictusque Jacobus hujusmodi appellationibus vilipenſis Mariam Abbatiſſam, Ceciliam Prioriſſam, Orrabilem Subprioriſſam, & Catherinam Cellerariam excommunicatas & officiis & adminiſtrationibus, que in dicto Monaſterio de Celeſtibus obtinebant, privatas & Conventum predictum ejusdem Monaſterii de Celeſtibus interdicto Eccleſiaſtico ſubjacere mandavit, & fecit publice nuntiari, propter quod pro parte dictarum Marie Abbatiſſe, Cecilie Prioriſſe, Orrabilis Subprioriſſe, Catherine Cellerarie, ac Conventus dicti Monaſterii de Celeſtibus denuo ad dictam Sedem extitit appellatum. Quocirca diſcretioni veſtre de utriusque partis procuratorum aſſenſu per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod Canonicum fuerit appellatione remota decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Non obſtante indulgentia, qua fili Guardiane ordini tuo a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum, ut ipſius ordinis fratres non teneantur ſe intromittere, de quibuscunque negotiis, que eis per ejusdem Sedis litteras committuntur, niſi in eisdem litteris de conceſſione hujusmodi plena & expreſſa mentio habeatur. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Datum Avinione Nonis Decembris Pontificatus noſtri anno decimo.

R. G. Guidotus,

Urbanus V. decernit, ut Abbas de Columba una tantum vice in anno viſitare poſſit Monaſterium S. Mariæ ad Cœleſtia.

H 1369. 19. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Apoſtolatus deſuper nobis commiſſum nos pulſat officium, ut circa quietem Eccleſiaſticarum perſonarum quarumlibet attentius vigilemus, Sed circa illarum potiſſime que mundanis ſpretis illecebris, ſub regulari habitu aſſiduum prebent Domino famulatum debet in eſſe propenſior nobis cura, ut turbationis & moleſtie occaſione ſemota poſſint in viam mandatorum Domini liberius ambulare. Sane inſinuatione dilectarum in Chriſto filiarum . . Abbatiſſe & Conventus Monaſterii S. Marie de Celeſtibus de Venetiis Ciſtercienſis Ordinis Caſtellane Dioceſis, ad noſtrum nuper pervenit auditum, quod dilectus filius Jacobus Abbas Monaſterii Sancte Marie de Columba dicti Ordinis Placentine Dioceſis ejusdem Monaſterii de Celeſtibus, ut aſſeritur, ex privilegio viſitator contra ſanctiones Canonicas, & regularia dicti ordinis inſtituta, contraque tenorem privilegiorum eisdem Abbatiſſe & Conventui a Sede Apoſtolica conceſſorum, Abbatiſſam & Conventum predictas, absque requiſitione ipſarum adeo conatus eſt viſitare, ſeu per alios ab eos ſummiſſos facere viſitari frequenter, quod ipſe ter in eodem anno quandoque per tres Abbates diverſis temporibus fuerunt viſitationibus fatigate non tam pretextu corrigendi easdem, aut ipſum earum Monaſterium reformandi, quam cauſa extorquendi pecunias ab eisdem, quodque dum viſitationes hujusmodi contigit pro tempore fieri, Abbas, & ab eo ſummiſſi prefati cum eorum Monachis & familiaribus ſecularibus aliis, in veſtibus breviſſimis & alias in habitu incedentibus inhoneſto Clauſtra dicti Monaſterii preter & contra voluntatem Abbatiſſe & Conventus ipſarum intrare, & per dies plures quam eſſet expediens una cum predictis Monachis & familiaribus ibi ſtare, ac ibidem etiam pernoctare veriti non fuerunt, ex quibus illud inconveniens ſepius eſt ſecutum, quod propter tumultum ſeu ſtrepitum & clamores, tam diurnos, quam nocturnos etiam alias inhoneſtos Monachorum & familiarium predictorum, Abbatiſſam & Conventum prefatas contigit in divino officio & alias multipliciter perturbari in nominis divini opprobrium, & ſacre religionis contemptum, ac honoris & honeſtatis ipſarum Abbatiſſe & Conventus derogationem non modicam, & ſcandalum & obloquium plurimorum. Nos igitur volentes ſuper hiis paterna ſolicitudine providere ac adhibere congruum moderamen volumus, & tenore preſentium auctoritate Apoſtolica ordinamus, quod idem Jacobus Abbas ſemel tantum in anno easdem Abbatiſſam & Conventum earumque Monaſterium antedictum viſitet, & non ultra, niſi forſan ex cauſa rationabili ſuper ulteriori viſitatione ab eis fuerit requiſitus, & quod fiat viſitatio hujusmodi per feneſtram craticula ferrea cancellatam, & quod inſuper quandocunque dictum Abbatem ad idem Monaſterium accedere cauſa viſitationis contigerit, ipſe ſenario ſociorum numero ſit contentus, nec ſibi liceat ſociorum ipſorum illo numerum ducere ampliorem, neque infra ſepta Monaſterii prefacti pernoctet, ſed cum ipſe alium locum virorum dicti ordinis, in quo ei viſitationis officium competit, habeat in loco de Venetiis antedicto, ad illud declinet, ut honeſtatis majoris modeſtia obſervetur. Nul-

lum

lum ſiquidem donum, aut ſubventionem pecuniariam aliquam ab eisdem Abbatiſſa & Conventu ratione viſitationis hujusmodi Abbas ipſe preſumat recipere quoquomodo, ſi tamen conſiderata loci diſtantia pro expenſis acceſſus & receſſus dicti Abbatis ipſe Abbatiſſa & Conventus absque earum gravamine quicquam obtulerint, illud recipere licite valeat idem Abbas. In forma vero viſitationis hujusmodi Abbatiſſe & Conventus ac Monaſterii predictorum, nec non in quantitate expenſarum ratione viſitationis hujusmodi debitarum atque in providendo de Confeſſore ydoneo ipſis Abbatiſſe & Conventui deputando, quod prefati ſtatuta ordinis exigunt, obſervetur. Nonobſtantibus quibuscunque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac privilegiis & indulgentiis ordini & Monaſterio de Columba prefati ſub quacunque forma vel expreſſione verborum ab Apoſtolica Sede conceſſis, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus mentio plena & expreſſa foret preſentibus facienda, nec non ſtatutis & conſuetudinibus Monaſteriorum & ordinis predictorum, & aliis contrariis quibuscunque, per que voluntati & ordinationi noſtris hujusmodi poſſet aliquatenus derogari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre voluntatis & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii (1) XIII. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno ſeptimo. (2)

(1) Viterbii degebat Urbanus V. circa finem anni 1369. ut refert Baluzius in Papis Avenion. Tom. I pag. 388.

(2) Hoc Pontificium diploma datum fuit potiſſimum ad præces Veneti Senatus, cujus Epiſtolas ad Urbanum V. transmiſſas ex Archivo Monaſterii exhibemus.

Exemplum litteræ transmiſſæ per Ducale Dominium Papæ Urbano Sanctæ Recordationis 1368. Aprilis XXVI.

Piiſſime Pater. Inter cetera Monialium loca in Ducatu Venetiarum conſtituta fuit & eſt unus, ſub vocabulo S. Marie de Celeſtibus, ubi ſecundum regulam Beati Benedicti Deo & Glorioſe Virgini ſerviunt Ven. Domina Lucia Contareno Abbatiſſa, & nonnulle moniales de Nobilibus Venetiar. Civibus oriunde. Ad quod quidem Monaſterium Communitas mea & progenitores noſtri geſſimus & inceſſanter benivolentiam gerimus ſingularem, maxime pro honeſtiſſima vita & religionis obſervantia, quibus poſſunt merito commendari divino cultui, cum omni devotione & reverentia intendentes. Cum autem ad audientiam noſtram pervenerit, quod aliqui Dei timore poſtpoſito ipſas Moniales apud Sanctitatem Veſtram enixi fuerint diffamare, eidem Sanctitati ob divinam reverentiam & ex propria conſcientia duximus declarandum, quod prefatarum Abbatiſſe & Monialium fama in patria noſtra ſemper integra, & laudabilis fuit & eſt, ac regulari vita & honeſtis moribus approbata, unde Beatitudini veſtre humiliter ſupplicamus, quatenus ipſas ipſarumque nomen bonum ac juſtas, & honeſtas ſupplicationes earum habere dignetur apud veſtram clementiam benignius commendatas. Nam quidquid favoris & gratie a fonte pietatis veſtre reportabunt, nobis prodevotiſſimis ejusdem S. filiis aſcribemus.

Da pacem Domine in diebus noſtris. Numquid ſatis Abbati Columbe eſt, mulieribus humiliter Monachatis eſſe moleſtum, confeſſiones eis etiam in mortis articulo perhibendo, quia moleſtus fuit Summo Pontifici Urbano V. & mandatis ejus per Sereniſſimum Ducale Dominium ſupplicatis, atque ſuaſionibus Beati Domini Patriarche Gradenſis, &

aliorum plurium Venerabilium Prelatorum. Oremus igitur, & ſuppliciter exoremus. Ut ipſe Abbas, ſua moleſta cunctis pravitate per gratiam Sancti Spiritus derelicta, ſe ad viam vere recognitionis inducat, ut mereamur ipſe, & nos cum Virgine Matre apud filium ejus in excelſis gloriam adipiſci per infinita ſecula ſeculorum Amen.

Gregorius XI. committit Abbati S. Thomæ de Burgundionibus, ut niſi Abbas de Columba eligat Confeſſarium pro Monialibus S. Mariæ ad Cœleſtia, ipſe teneatur illum deſtinare.

I 1371. 27. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Chriſto filio .... Abbati Monaſterii S. Thome de Burgundionibus Torcellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Humilibus ſupplicum votis libenter annuimus, eaque favore proſequimur opportuno. Exhibita ſiquidem pro parte dilectarum in Chriſto filiarum ... Abbatiſſe & Conventus Monaſterii de Celeſtibus Ciſtercienſis Ordinis Caſtellane Dioceſis petitio continebat, qood ... Abbas Monaſterii B. Marie de Columba dicti Ordinis Placentine Dioceſis, qui eſt pro tempore tamquam viſitator dicti Monaſterii, predictum Monaſterium & perſonas in eo degentes ex privilegio Sedis Apoſtolice ſpeciali ſemel in anno viſitare, & eiſdem Abbatiſſe & Conventui de confeſſoribus ydoneis providere tenetur, quodque dilectus filius Jacobus Abbas dicti Monaſterii B. Marie indebite contra eaſdem Abbatiſſam & Conventum odii rancore concepto eidem Abbatiſſe & Monialibus dicti Monaſterii, que ſepe ſepius annuatim confiteri ſolebant, confeſſores, quos ipſe habebant, indebite ſubtraxit, & a feſto Pentecoſtes proxime preterito eiſdem Abbatiſſe & Conventui de confeſſoribus hujuſmodi providere nullatenus voluit ſuper hoc humiliter requiſitus. Quare pro parte Abbatiſſe & Conventus predictarum nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hiis de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui animarum ſalutem querimus ſingulorum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi prefatus Jacobus eiſdem Abbatiſſe & Conventui per eas ſuper hoc requiſitus de confeſſoribus hujuſmodi non providerit, tu eis de confeſſoribus prefatis auctoritate Apoſtolica providere procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Pp. VIII. predeceſſoris noſtri in quibus cavetur. Ne aliquis extra ſuam Civitatem & Dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam a fine ſue Dioceſis ad juditium evocetur, ſeu ne judices a Sede Apoſtolica deputati aliquos ultra unam dietam a fine Dioceſis earumdem trahere preſumant, & de duabus dietis in concilio generali, quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, ſeu ſi eidem Abbati vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſto-

licas

licas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Avinione v. Kal. Maii Pontificatus Noſtri anno primo.

Andreas Contarenus Dux Venetiarum admonet Jacobum Abbatem S. Thomæ de Burgundionibus, ut Moniales S. Mariæ ad Cœleſtia de Confeſſario provideat.

K 1374. 21. Settembris.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

ANdreas Contateno Dei gratia Dux Venetiarum &c. Ven. Viro Fratri Jacobo Abbati Monaſterii S. Thome de Borgondionibus amico dilecto ſalutem & ſincere dilectionis affectum. Alias dilectionem veſtram requiſiſſe meminimus, quatenus Venerab. D. Lucie Contareno Abbatiſſe & Monialibus Monaſterii S. Marie de Celeſtibus, quibus D. Abbas B. Marie de Columba Ciſterciensis ordinis de confeſſore providere congruis temporibus non curabat, placeret vobis ſupplere de confeſſore predicto, ſicut eſſet expediens. Et quia dictum Monaſterium preſentialiter ſimili defectu laborat, & prout intelleximus prefatus D. Abbas, & vos etiam idem requiſiti adhuc eis nullatenus ſubveniſtis, benivolentiam veſtram attente rogamus, quatenus vobis cui per litteras Apoſtolicas noſtra interceſſione obtentas expreſſe commiſſum eſt, placeat ſupplere predicto defectui de confeſſore prefato, ſicut expediens eſt, licet enim hoc ex mandato Apoſtolico facere teneamini, tamen exinde complacebitis nobis valde eo quod ad ipſum Monaſterium amorem gerimus & benivolentiam ſingularem.

Datum in noſtro Ducali Palatio die xxi. Decembris xiii. Indictione 1374.

Monaſterium S. Mariæ ad Cœleſtia, interveniente conſenſu Jacobini & Franciſci de Carraria, permutant prædium cum Rolando de Placentinis de Parma.

L 1357. 1. Februarii.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

IN Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo Indictione quarta die Martis primo Februarii. Actum Padue in Palatio habitationis infraſcripte Magnificorum Dominorum ſuper podiolis magnis ſuperioribus, preſentibus ſapientibus Viris Domino Bartholomeo de Placentinis de Parma legum Doctore filio D. Rolandis de Contrata S. Clementis, D. Jacobo de S. Cruce legum doctore q. D. Bartholomei de contrata porte thadorum, Joanne dicto Capa de Contrata S. Egidii, & ſ. Franciſco Notario q. D. Natalis de Iſembertis de contrata porte thadorum teſti-

ſtibus ad infraſcripta vocatis, rogatis, & aliis. Magnifici & potentes Dom. D. Jacobinus & Franciſcus de Carraria pro Romanorum Regia Majeſtate Civitatis Padue & diſtrictus Vicarii Generales de ſue plenitudine poteſtatis & omni ſua auctoritate, qua fungebantur, ac omni jure, via, modo, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt, ſtatuerunt, decreverunt, voluerunt, & ordinaverunt, quod Lyoniſius filius D. Rolandi de Placentinis de Parma civis Paduanus habitator Padue in contrata S. Mathei libere licite & impune emere, & aquirere poſſit quocunque jure vel titulo a Bonenſegna q. D. Gerardi de Locaſſis de Contrata S. Sophye unum ſedimen, cum domo & tejete, curte, & orto poſitum Padue in burgo omnium Sanctorum a latere verſus nulloram, (1) cui coheret a mane bonenſegna predictus, a meridie via communa, a ſero jura illorum de Curtoſiis, & á nullora jura Monaſterii S. Marie de Porcilia, (2) & ipſum ſedimen cum domo, & omnibus adjacentibus & per ſe & ſuos heredes libere licite & impune dare & tradere poſſit ad proprium, & jure proprii in perpetuum Monaſterio & Conventui S. Marie de Celeſtibus de Venetiis nomine permutationis & cambii infraſcripti ſediminis, cum domo ipſius Monaſterii, & e converſo, quod dictum Monaſterium & Conventus per ſe & ſuos ſucceſſores in cambium & permutationem, ac nomine permutationis & cambii ſupraſcripti ſediminis, cum domo libere licite & impune dare & tradere poſſit, & quolibet modo transferre dicto Lyoniſio pro ſe & ſuis heredibus recepturo infraſcriptum ſedimen cum domo, videlicet unum ſedimen cum domo de lignamine, & cupis cum duobus ſolariis murata circumcirca, & cum curte poſitum Padue in Contrata Meſeragnorum, cui coheret a mane benedictus de hoſtilia, a meridie D. Galazius de Piis de Carpo (3) partim, & partim . . . a ſero jura Fratrum Heremitarum, a nullora via communis, & forte dictis ſediminibus cum domibus alie ſunt coherentie veriores, & quod de predictis ſuper predictis, & quolibet predictorum, ac connexis & dependentibus, ab eiſdem libere, licite & legiptime fieri poſſit contractus venditionis permutationis & cambii, & alii cujuscunque Manerici (4) ſolempnes utiles & opportuni de conſilio ſapientum inter ipſas partes, & pro ipſarum partium perpetui roboris firmitate, quibus omnibus & ſingulis contractibus, ut premittitur, celebrandis tamquam legiptimis juſtis & licitis antedicti magnifici Domini ſuam & communis Padue auctoritatem interpoſuerunt pariter & decretum. Nullis obſtantibus in premiſſis, vel aliquo premiſſorum ſtatutis reformationibus, & ordinamentis quibuslibet Communis Padue generalibus vel ſpecialibus, factis & fiendis, nec aliquibus aliis juribus vel exemptionibus tam juris quam facti tacitis vel expreſſis, quibus vel eorum aliquo contra preſens decretum, vel ea que ſequentur ex eo, modo aliquo vel ingenio tunc vel impoſterum dici vel fieri poſſet, & maxime ſtatuto poſito in quarto libro voluminis ſtatutorum Communis Padue, ſub Rubrica de Angariis, & facionibus communis Padue, quod incipit milleſimo trecenteſimo trigeſimo nono de menſe Februarii. Statuimus, & ordinamus, quod alique domus poſſeſſiones, ſeu aliqua bona immobilia &c. Quibus omnibus & ſingulis in quantum contradicerent huic decreto vel alicui, quod inde ſequetur,

(1) Nulla ora etiam nunc vocatur pars Septentrionalis in inſtrumentis Territorii Patavini.

(2) De Monaſterio S. Mariæ de Porcilia actum eſt in Torcello Sacro ad Eccleſiam S. Michaelis de Muriano.

(3) Carpum Civitas Longobardiæ olim ſubjecta Principibus de Piis, nunc ſubjacet Duci Mutinenſi.

(4) *Manericum* fortaſſe *Manerium*, erat habitatio cum certa agri portione, cum vero hic contextui non conſonet, potius accipienda eſt vox hæc pro tractatu Italice *Maneggio*.

tur, derogaverunt & voluerunt preſati magnifici Domini totaliter derogatum per hujus decreti ſeriem ſolum in hac parte, ac ſi de eis & ipſorum quolibet in derogatione preſenti ſpecialis & expreſſa mentio facta foret. In premiſſorum itaque evidens teſtimonium perpetue firmitatis antedicti magnifici D. Jacobinus Franciſcus hoc publicum inſtrumentum per me Notarium infraſcriptum fieri juſſerunt, ſuique pendentis ſigilli munimine roborari.

Et Ego Johannes Clemeas filius olim D. Milani Notarius habitator Padue in quarterio domi Cent. & contrata S. Nicolai publicus Imperiali auctoritate & dictorum Magnificorum Dominorum Notarius predictis omnibus interfui, eaque mandato ipſorum Magnificorum Dominorum fideliter ſcripſi.

(5) 

(5) Vox hæc *Secretum* idem loco hoc ſonat ac Sigillum, quo ſecreta, & abſcondita clauduntur ea, quæ in Epiſtolis enuntiantur. Simile rei hujus exemplum habemus in quodam Codice membranaceo Cancellariæ Communitatis Tarviſii cui titulus Miſcellanea *R* ibi enim pag. 18. enuntiatur quædam Epiſtola Comitiſſæ Goritiæ, ejusque Sigillum deſcribitur *ceræ rubeæ, in quo ſigillo hæc litteræ legebantur, videlicet Secretum Beatricis Comitiſſæ Goritiæ, & Tyrolis, & unus clypeus ſive ſcutus in eodem ſigillo videbatur impreſſus*.

Nicolaus Caracciolus Cardinalis Legatus viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ de Cœleſtibus, eique opem ferentibus, certis ſtatutis diebus, indulgentias elargitur.

M 1387. 1. Junii.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia Venetiarum.

NIcolaus miſeratione divina tt. S. Ciriaci (1) Presbyter Cardinalis Apoſtolice Sedis Legatus Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Licet is de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne & laudabiliter ſerviatur de abundantia pietatis ſue

(1) Nicolaus Caracciolus Neapoletanus Ordinis Prædicatorum inter S.R.E. Cardinales ab Urbano VI. promotus tit. S. Cyriaci anno 1378.

ſue, que merita ſupplicum excedit & vota bene ſervientibus ſibi multa majora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen deſiderantes domino reddere populum acceptabilem & bonorum operum ſectatorem fideles ipſos, ad complacendum eis quaſi quibusdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur ut Eccleſia Monialium S. Marie de Celeſtibus de Venetiis Caſtellane Dioceſis Ordinis Ciſtercienſis in qua Dominus N. J. C. ob reverentiam Glorioſe Virginis Marie matris ejus cujus ibidem decoratur ymago multis coruſcatis miraculis, a Chriſtifidelibus congruis honoribus frequentetur, & ut ipſi Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eandem, & ad ſuſtentationem dictarum Monialium manus porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie conſpexerint ſe refectos de Omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis qui Eccleſiam ipſam ſingulis diebus quadrageſimalibus & Sabbatorum annuatim, ac prima Dominica poſt feſtum Apoſtolorum qua feſtum Corone D. N. J. C. celebratnr ibidem Eccleſiam ipſam viſitaverint, & ad ſuſtentationem dictarum monialium manus porrexerint adjutrices ſingulis videlicet dierum & Sabbatorum, ac Dominicarum predictarum quibus viſitaverint & porrexerint, ut premittitur centum dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum Venetiis Caſtellane Dioceſis, ſub noſtri appenſione ſigilli. Anno a Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſeptimo Indictione decima die prima menſis Junii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patri & Domini Noſtri Domini Urbani divina providentia Pape VI. anno decimo.



Nicolaus Abbas Fontis nivi Commiſſarius Bartholomæi Abbatis de Columba præcipit Monialibus S. Mariæ de Cœleſtibus, ut ſub excommunicationis pena nullum recipiant ad viſitationem ſui Monaſterii absque litteris prædicti Abbatis Bartholomæi.

N 1400. 2. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo quadringenteſimo Indictione octava die ſecunda menſis Aprilis Venetiis in Monaſterio Sancte Marie de Celeſtibus de Venetiis Caſtellane Dioceſis in loco capituli dicti Monaſterii preſentibus D. Luca de Godis de Marano profeſſo Monaſterii de Columba ſ. Odorico de Straſuldo q. ſ. Dominici Notario de Venetiis de Contrata S. Marie Formoſe, & ſ. Jacobo Abbeto q. ſ. Petri, & alii teſtibus ad infraſcripta vocatis ſpecialiter & rogatis. Ibique Congregato & convocato Capitulo Dominarum Monialium dicti Monaſterii S. Marie de Celeſtibus de Venetiis Caſtellane Dioceſis predicte in loco Capituli dicti Monaſterii ad ſonum campanelle, ut moris eſt in quo quidem capitulo interfuerunt infraſcripte D. Abbatiſſa & Moniales Videlicet Ven. Domina D. Agneſina de Molino Dei gratia Abbatiſſa dicti Monaſterii S. Marie de Celeſtibus D. Mabilia Celſi Priora D. Aliſeta Gradonico Caniparia magna D. Sophia Cornario Dom. Maria Contareno D. Lucia Bragadino D. Agneſina Polani D. Chriſtina Polani D. Alba de Canali D. Franciſchina Juſtin. D. Maria Quirino D. Isabeta Contareno D. Marcheſina Geno ſubterpriora D. Chriſtina Cornario D. Margarita Boldù D. Contarena Contareno D. Beatris Mauroceno D. Franciſchina Bragadeno D. Catarucia Contareno D. Clara Lauredano D. Maria Lauredano D. Maria Contareno D. Beta Polani D. Benedicta Aurio D. Lucia Storlado D. Andreola Barbo D. Magdalena Mauroceno D. Franciſchina Contareno D. Catarucia Erizo D. Maria Mauroceno D. Cecilia Barbo D. Agneſina Michael, & D. Soprana Quirino omnes Moniales profeſſe dicti Monaſterii, que tamquam major pars Monialium profeſſarum prelibati Monaſterii & conſtituunt totum & integrum Capitulum Monaſterii antedicti. Conſtitute & cohadunate pro hoc contractu faciendo & celebrando in omnibus, & per omnia pro ut hinc infra ſcriptum, & Notatum eſt Vener. Dominus D. Nicolaus de Bravis Dei gratia Abbas Monaſterii D. Sancte Marie Fontis nivi vulgariter dicti de Claravale Ordinis Ciſtercienſis, & Dioceſis Parmenſis Commiſſarius Ven. in Chriſto Patris Domini D. Bartholomei de Palaſtrellis Dei gratia Abbatis Monaſterii Domine Sancte Marie de Columba antedicti & Dioceſis Placentine, ad viſitandum corrigendum & reformandum, tam in capite, quam in membris Monaſterium D. Sancte Marie de Celeſtibus de Venetiis Dioceſis Caſtellane, ut patet publico inſtrumento ſcripto rogato & publicato manu Boſii de Albertenzono Imperial auctoritate Notarii publici anno ab Incarnatione D. N. J. C. milleſimo treceteſimo nonageſimo nono Indictione octava die ..... Quibus omnibus ſupraſcriptis Dominabus Abbatiſſe & Monialibus. Preſentibus audientibus & intelligentibus in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunicationis pena impoſuit & mandavit quatenus nullum debeant recipere nec acceptare, ad viſitandum cujuscunque conditionis exiſtat absque litteris ſui proprii. Patris Dom. D. Bartholomei de Pallaſtrellis Abbatis ſupraſcripti de la columba. Si vero contra-

traſecerint noverint ſe ſupraſcripte D. Abbatiſſa, & Domine Moniales in penas ſupraſcriptas incurriſſe a quibus nullo modo poſſint abſolvi niſi ab ipſo D. D. Bartholomeo de Pallaſtrellis. Verum cum predicta omnia mandaverit, & jubſerit prefatus D. D. Nicolaus de Bravis Abbas & Commiſſarius obſervari ab ipſis Dominabus Abbatiſſa, & Monialibus ut conſtat in viſitatione quam ipſe prefatus Ven. Dominus Nicolaus Abbas, & commiſſarius dimiſit ſupraſcriptis Dominabus Abbatiſſe & Monialibus inſcriptis, & pro tanto prefatus D. Nicolaus de Bravis Abbas & Commiſſarius rogavit me Petrum de Tibertinis Notarium infraſcriptum quod de predictis omnibus & ſingulis, ad majoris rei firmitatem debeam conficere publicum inſtrumentum.

Ego Petrus q. ſ. Zambonini de Tibertinis qui de Bononia originem habens Civis & habitator Venetiar. publicus Imper. auctorit. Not. predictis omnibus & ſingulis preſens fui & rogatus ſcribere ſcripſi & in formam publicam redegi.

Marcus Lando Epiſcopus Caſtellanus permittit, ut Monaſterium S. Mariæ ad Cœleſtia ingredi poſſint conſanguinei Sanctimonialium.

O 1419. 13. Februarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Mariæ ad Cœleſtia.

MArcus Lando Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Caſtellanus dilecte nobis in Chriſto filie Ven. D. Abbatiſſe Monaſterii de Celeſtibus ſalutem in Domino. Nuperrime ſiquidem devotam, ac piam ſupplicationem tuam intelleximus continentem; Quod cum alias auctoritate noſtra prohibuerimus, & mandaverimus, ne qua perſona tam Eccleſiaſtica, quam ſecularis cujuscunque gradus, ſtatus, & dignitatis exiſteret Dioceſis noſtre Caſtellane auderet ſub pena excommunicationis intrare Monaſteria Civitatis Venetiarum abſque noſtra licentia ſpeciali, dignaremur non obſtantibus dicta inhibitione, & mandato tibi concedere de gratia ſpeciali: Quod Capellanus veſtri Monaſterii poſſit in dicto Monaſterio ſecum ducere unum ſocium, qui juvet ipſum Capellanum dicere miſſam dicti Monaſterii Monialibus, & deinde recedere. Item quod attinentes, & propinqui ſanguine tui Abbatiſſe, & Monialium dicti Monaſterii tu Abbatiſſa poſſis admittere & recipere in dicto Monaſterio cauſa viſitationis. Item quod in die Veneris Sancti Schola batutorum Valviridis poſſit ſine periculo excommunicationis intrare chorum dicti Monaſterii cauſa explicandi Crucem, ut eorum moris eſt. Item quod Presbyteri cauſa funeralium poſſint intrare dictum chorum, & ibi circa funus officium ſuum cantare, deinde recedere. Nos igitur tui, & dicti Monaſterii anteacte vite integritatem, atque continentiam contemplantes, confiſi de tua probitate & virtute maxime etiam quia nos ſemper ipſum Monaſterium ob ejus laudabilia opera affectu ſingulari proſecuti ſumus, & cognovimus idem Monaſterium erga nos gratum devotionis affectum pie & humiliter geſſiſſe in his, que ſpectant ad Dei Omnipotentis religionem & venerationem; Tenore preſentium petitioni tue gratioſius annuentes tibi ſecundum petitionem tuam concedimus. Ita tamen quod dictas attinentes tuas, & monialium predictarum feminei ſexus admittas in dicto Monaſterio cauſa viſitationis tantummodo imminentis neceſſitatis: Dummodo nullus

ſeu

ſeu nulla dictorum attinentium pernoctent in dicto Monaſterio, & dummodo non intrent cum pompis, ſed in habitu decenti, & honeſto neque in dicto Monaſterio ludant aut choreas faciant, aut aliquid aliud quod ſit contra continentiam monialium predictam, quemadmodum in te, & virtute tua plene confidimus & ſperamus, ſuper omnibus & ſingulis predictis tuam conſcientiam onerantes. In quorum teſtimonium preſentes fieri juſſimus, & noſtri Pontificalis ſigilli appenſione muniri. Statuentes tamen ad placitum noſtrum valituras.

Datum in noſtro Epiſcopali Palatio Cancellario die tertiodecimo menſis Februarii Indictione XII, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Martini divina clementia Pape Quinti Anno ſecundo.

Andreas de Fiſſina Abbas S. Mariæ de Columba mandat Petro Abbati S. Mariæ de Follina, ut præſideat electionibus Abbatiſſæ in Monaſteriis S. Mariæ de la Cœleſtia *Venetiarum S. Matthæi de Majurbio (1) S. Mariæ de Varmo, (2) & S. Mariæ de Portu Gruario (3) Ordinis Ciſtercienſis.*

P 1439. 14. Septembris.

Ex Autographo in Tabulario Abbatiæ de Follina.

IN Nomine Domini Amen. Anno ab Incarnatione ejusdem milleſimo quadrigenteſimo trigeſimo nono, Indictione ſecunda, die quartadecima menſis Septembris. Florenzole Epiſcopatus Placentie, in domibus habitationis infraſcripti D. Abbatis de Columba. Coram Magiſtro Johanne Cataneo. Patruo Fratris Jacobini, Joanne Jvaſſio textore, Fratre Javini, & Chriſtophoro da campo Fratre Jacobini, omnibus de Florenzola predicta teſtibus vocatis & rogatis.

Reverendus in Chriſto Pater D. Andreas de Fiſſina Dei gratia Abbas Monaſterii S. Marie de Columba Ordinis Ciſtercienſis & Placentine Dioceſis, Pater Abbas Reformator & Viſitator Domine S. Marie de la Celeſtia in Venetiis, dicti & aliorum Monaſteriorum & locorum infraſcriptorum ejusdem Ordinis & Dioceſibus infraſcriptis. Vacante in dicto Monaſterio de la Celeſtia Abbatiſſa per mortem quendam D. Catheruzze Trivixane, olim Abbatiſſe dicti Monaſterii de preſenti, que die . . . menſis Auguſti proxime preteriti diem ſuum clauſit extremum, ſecundum quod ſibi ſignificatum eſt, & fuit per litteras Dominarum Monialium Capituli & Conventus dicti Monaſterii S. Marie de la Celeſtia; rogando ipſum Dominum P. Abbatem earum & dicti Monaſterii, ut dignetur ad dictum Monaſterium S. Marie de la Celeſtia accedere velle pro occaſione dicte nove Abbatiſſe fiende, & ad confirmandam ipſam in Abbatiſſam dicti Monaſterii, & ad ea omnia & ſingula dicendum, faciendum, providendum, ordinandum, diſponendum, adimplendum, celebrandum, firmandum & confirmandum quomodo tenetur & debet, & quod poteſt facere tamquam Patrem Abbatem ſe-

(1) de Monaſterio S. Matthæi de Majurbio verba dedimus in Torcellanis Eccleſiis Tom. X. pag. 299.

(2) Varmum ſeu Varmus exiguum Oppidum inter illuſtriora Oppida Belgradi, & Madriſii poſitum juxta cornua fluvii, ſeu torrentis *Taliamentum* nuncupati.

(3) Portusgruarius oppidum, ſeu Civitas Forijulii in qua reſidentiam habet Epiſcopus Concordienſis.

ſecundum Jura Canonica, & conſtitutiones, ac conſuetudines dicti Ordinis & Monaſterii predicti, que ſunt & vertuntur in honorem & utilitatem dicti Monaſterii ac earum Monialium, ac dictorum Capituli & Conventus ipſius Monaſterii, & que in ſimilibus fieri conſuetum eſt. Et attento, quod ipſe D. Abbas propter multas cauſas, & diverſa negotia ſpectantia, & pertinentia dicto Monaſterio ſuo de Columba, ac propter guerras de preſenti vigent in Lombardia ad preſens importantiam habentes, nullatenus illuc ad dictum Monaſterium perſonaliter accedere poteſt. Nolensque propter hoc, quod ipſe D. Moniales & Capitulum & Conventum earum, & dicti Monaſterii aliquod patiantur detrimentum, imo libentius eis, & dicto earum Monaſterio, celeriter quantum poteſt, & debet de opportuno remedio providere velle, ut tenetur & debito & vigore Paſtoralis officii ſui, juxta poteſtatem ſuam, commiſit & committit Rev. in Chriſto P. D. Petro Dei gratia Abbati Monaſterii D. D. Marie de Follina, alia Sane Vallis, Dioceſis Cenetenſis Ordinis Ciſtercienſis loco ſui D. Abbatis totaliter in hoc, & in omnibus, & per omnia vices ſuas, in & pro predictis & circa predicta; transferendo in eo Commiſſario ſuo in hoc omnem poteſtatem & bailiam, quam ipſe P. Abbas habet, & ſibi ſpectat quomodocumque, & qualitercumque, in totum & per totum, prout ipſemet facere poſſet, ſi adeſſet, & ad electionem, & confirmationem predicte nove Abbatiſſe per eas Dominas Moniales ac Capitulum, & Conventum earum eligende & fiende inter eas, etiam ſi caſus eveniret aliquo modo propter differentiam aliquam ſeu diſcordiam, quam inter eas haberent & condeſcendere poſſet in electione predicta, ſi ſe non concordarent, vel non poſſent per modum aliquem; unde dicta electio & confirmatio predicte Abbatiſſe aliquo jure Canonico perveniret ipſi Patri Abbati, quod ſimiliter ipſe Commiſſarius loco ſui ſuppleat ac ſupplire poſſet, & procedere, & exequi, & finire ut ipſemet Pater Abbas facere poſſet, ſi adeſſet; cavillationibus & exceptionibus quibuscumque rejectis ſemper omni honore, & utilitate dicti Monaſterii, ac dictarum Monialium, Capituli, & Conventus dicti Monaſterii S. Marie de la Celeſtia. Adjungendo etiam ei Commiſſario ſuo poſſendi viſitare, reformare, & corrigere dictum Monaſterium S. M. de la Celeſtia, & ipſas Donnas Moniales Capituli & Conventus earum, & ejusdem Monaſterii earum in capite & in membris, & quaſcumque novitias profeſſionem facere volentes recipere poſſe: nec non Monaſterium S. Maphei de Mazorbio Dioceſis Torcellanenſis, & Dominam Abbatiſſam & Moniales ac Capitulum & Conventum ejusdem; & Prioratum S. Marie de Varmo, & Prioratum S. Marie de Portu Gruario in forojulii ejusdem Ordinis Ciſtercienſis ſpectantia reformari Patri Abbati Monaſterii Domine S. Marie de Columba antedicti. Mandantes inſuper vobis omnibus & ſingulis Dominabus Monialibus de la Celeſtia, nec non vobis Fratribus & Monachis Prioribus, & Monialibus aliorum locorum ſupraſcriptorum, quatenus in virtute ſancte obedientie, & ſub certis penis commiſſario intendatis obedire in dictis viſitationibus ſuis & veſtris, & in electione predicta, ut ipſi Domino P. Abbati veſtro faceretis, & vos etiam D. Moniales de la Celeſtia ad electionem predictam dicte Nove Abbatiſſe, nunc eligende per vos, & inter vos procedatis, & perſone idonee & laudabilis vite, morum honeſtate, fame decorate, & in divinis Officiis experte & comprobate. Inſuper faciendo & conſtituendo, & ſolemniter ordinando ejus Sindicum & Procuratorem, liberum & generale, quicquid melius eſſe poteſt . . . dictum Abbatem Monaſterii S. Marie de Follina Commiſſarium ſuum, ut ſupra, licet abſentem, tanquam preſentem in predictis & circa predicta, & que in ſimilibus fieri conſueverint & debent, introducendi, inſtallandi in dicto Monaſterio S. Marie de la Celeſtia, & in ſtallo, & in Choro, & in tenuta, & poſſeſſione dicte Abbatie, & om-

nium

nium bonorum, & jurium dicti Monaſterii, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus ſpectantibus dicto Capitulo, & Conventui dicti Monaſterii, & ipſi Monaſterio, & dicendi & faciendi omnia & ſingula circa hoc neceſſaria & opportuna, & que dicere & facere poſſet prefatus D. P. Abbas, conſtituens, ſi preſens eſſet, ſecundum jura conſtitiones & conſuetudines Ord. Ciſtercienſis, ac Monaſterii ſui. In quorum teſtimonium preſentes fieri juſſit & ſigillo Monaſterii ſui appenſione muniri. Et de predictis dictus D. Pater Abbas rogavit me Notarium infraſcriptum, ut unum & plura publica in uno tenore conficerem inſtrumenta, & quod Procurator &c. & quam commiſſionem durare voluit, & vult per annum unum proxime futurum.

Ego Antonius de Alberterono Imperiali auctoritate Notarius publicus Placentie his omnibus interſui, & rogatus ita ſcripſi.

Andreas Abbas S. Mariæ de Columba inſtituit Viſitatorem Monaſteriorum S. Mariæ de Cœleſtibus, & S. Maphæi de Majurbio Hieronymum Triviſano Abbatem S. Thomæ de Burgundionibus.

Q 1442. 11. Februarii.

Ex Archivo S. Mariæ ab Horto.

NOs Frater Andreas Dei & Apoſtolice Sedis gratia Abbas Monaſterii S. Marie de Columba Ordinis Ciſtercienſis Placentine Dioceſis Pater Abbas, & immediatus Viſitator & Reformator Monaſterii S. Marie de Celeſtibus Caſtellane Dieceſis, ... & maxime pro predictis Monaſteriis de Celeſtia, & S. Matthei predicti viſitandis & reformandis juxta ſolitum ... a ſolita habitatione noſtre reſidentie abſentare, ac ad predictos Conventus transferre, animadvertens quod ſepius nedum nobis rebusque noſtris, ſed etiam aliis propter noſtri abſentiam multa fieri incommoda, & volentes in effectu ſalubriter providere, ne Monaſteria ſupradicta debitis & opportunis viſitationibus careant, & quod erga ipſa debitum fiat, eo tempore quo nos abſentes ſtare contigerit. Conſiderantes etiam, quia ad preſens ad Monaſteria prenominata ex variis ſenetutis & infirmitatis cauſis noſter prohibetur acceſſus, confidentes tam latiſſime de Ven. D. Hieronymo de Trivixano Abbate Monaſterii S. Thome de Borgognonibus Torcellane Dioceſis; de cujus moribus, ſcientia, probitate, ac circumſpectione ſatis nobis conſtat, eum ipſum in noſtrum locum tenentem & vicesgerentem quoad Monaſteria prefacta viſitanda & reformanda conſtituimus, ſubſtituimus, & deputamus, vices noſtras omnimodas circa predicta exequenda eidem transferrentes. Tribuentes demum eidem poteſtatem, & auctoritatem plenariam viſitandi, reformandi, deliberandi in ſupradictis Monaſteriis, ac in eisdem conſtituendi, & deſtituendi, & in totum & per totum providendi occaſione, ut ſupra, & eo modo, & prout & quemadmodum poſſemus, ſi preeſſemus nos, ac ita prout prefato D. Abbati oppertunum videbitur pro majori ipſorum Monaſteriorum commoditate, & utilitate ſervatis in talibus ſervandis. In quorum fidem preſentes fieri fecimus, & regiſtrari ac noſtri conſueti ſigilli magni appenſione muniri.

Dat. die 11. Menſis Febr. 1442. ab Incarnat.

Divus

Divus Laurentius Juſtiniano & Fantinus Dandulo leges conſtituunt pro bono regimine Monaſterii S. Mariæ ad Cœleſtia.

R 1442. 10. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

LAurentius Juſtiniano Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Caſtellanus, & Fantinus Dandulo Prothonotarius, Commiſſarii & Executores & Viſitatores inſimul, ſemel tantum hac in parte, a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati dilectis in Chriſto Sororibus Dominabus Abbatiſſe & Monialibus Monaſterii S. Marie de Celeſtibus Ordinis Ciſtercienſis de Venetiis Caſtellane Dioceſis preſentibus & futuris ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam in viſitatione nuper facta per nos auctoritate Apoſtolica de veſtris Monaſterio & perſonis nonnulla comperimus egentia correctione & reformatione in ſpiritualibus maxime advertendis hujuſmodi duximus proviſionibus ſuccurrendum. Primo namque mandamus, ac precipimus vobis D. Abbatiſſe & Monialibus preſentibus & futuris auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, quatenus ſub excommunicationis pena exire non debeatis de cetero veſtrum Monaſterium antedictum cauſa eundi ad poſſeſſiones veſtras ſeu Monaſterii veſtri, tam ruſticas, quam Urbanas. Liceat tamen vobis D. Abbatiſſe, cum duabus ex antiquioribus Sororibus Monaſterii, cum opus fuerit ex urgentiſſima cauſa, & pro evidenti neceſſitate, ire ad domos veſtri Monaſterii ſitas circa clauſuram Monaſterii, ad providendum de dictis Domibus, & de affictibus earumdem. Nec debeatis vos D. Abbatiſſa, & Moniales exire portam chori Eccleſie veſtre predicte, niſi clauſis januis Eccleſie omnibus. Et non vadat hoſtiaria ſive ſacriſtana abſque duabus ex antiquis ſororibus, ad claudendum portas dicte Eccleſie. Et maneat porta ripe clauſa ſemper, preterquam in neceſſitatibus & opportunitatibus Monaſterii. Item non debetis vos D. Abbatiſſa & Moniales recipere, nec intrare permittere Monaſterium veſtrum aliquos ſeculares mares ſub pena predicta, preterquam medicum in opportunitate, factorem Monaſterii, murarios & marangonos, cum eorum famulis, cum in dicto Monaſterio laborant. Nec aliquem religioſum aut ſecularem presbyterum adire permittatis, niſi predicatorem capellanum, & confeſſorem temporibus deputatis, & Sacerdotes ſeculares in ſolemnitatibus Eccleſie conſuetis. Parlamentum quoque per vos non fiat in Eccleſia cum aliquibus preterquam in parlatorio deputato. Item certis ſuadentibus cauſis ordinamus, atque mandamus vobis D. Abbatiſſe, & Monialibus ſub eadem pena, quatenus de cetero habere debeatis aliquem bonum & ydoneum Confeſſorem, qui non ſit Capellanus veſter, nec maneat in Monaſterio vel circa penes vos, prout retroactis jamdiu temporibus habere conſueviſtis. Capellanum vero habebitis alium prout decet. Item mandamus & committimus vobis omnibus & ſingulis Dominabus Abbatiſſe & Monialibus predictis, ſub excommunicationis pena, quam ex nunc contra vos omnes contrafacientes, & veſtrum quamlibet contrafacientem ferrimus in his ſcriptis, quatenus Luciam Juſtiniano olim Monialem dicti veſtri Monaſterii, que ſe a dicto Monaſterio abſentavit, nullo modo in dicto Monaſterin veſtro recipere debeatis, nec cum ea colloquium habeatis, litteris nec ſermone nec nuntiis hinc inde mittendis. In quorum omnium fidem & teſtimonium preſentes noſtras litteras fieri juſſimus, & Pontificalis ſigilli noſtri mediocri impreſſione muniri & regiſtrari, ad perpetuam rei memoriam & vobis

per

per notarium noſtrum ſolemniter preſentari mandavimus.

Datum in Episcopali Palatio Caſtellano die decima menſis Auguſti Anno Nativitatis Dominice milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo. Indictione Quinta Pontificatus Sanctiſs. Domini Noſtri D. Eugenii divina providentia Pape IV. anno duodecimo.

Andreas Bono Epiſcopus Equilinus lata ſententia decernit bona cujusdam Claræ olim in Monaſterio S. Mariæ ad Cœleſtia Sororis Profeſſæ Converſæ ad ipſum Monaſterium pertinere.

S 1458. 7. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ ad Cœleſtia.

IN Chriſti Nomine Amen. Nos Andreas Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Equilinus Judex & Commiſſarius Apoſtolicus ab eadem Sede cauſe & partibus infraſcriptis ſpecialiter deputatus, de cujus commiſſione conſtat litteris Apoſtolicis bulla plumbea communitis, cujus tenor talis eſt. Caliſtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ven. Fratri Andree Epiſcopo Equilino in Civitate Venetiarum reſidenti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectarum in Chriſto filiarum Marie Abbatiſſe & Conventus Monaſterii Beate Marie de Celeſtibus Venetiarum Ciſtercienſis Ordinis accepimus continentem, quod poſtquam q. Clara de Romeis Monialis dicti Monaſterii in ipſo Monaſterio profeſſionem per illius moniales emitti ſolitam emiſerat regularem, ac inibi aliquandiu fuerat laudabiliter converſata, ipſa nulla ſaltem Canonica licentia, ſeu diſpenſatione ſibi ſuper hoc ſuffragante, ab eodem Monaſterio divertens, & ad laycalia vota aſpirans matrimonium per verba de preſenti cum quodam Antonio de Romeis layco etiam Venetiar. contraxit, licet de facto, cum quo multa mobilia & immobilia bona acquiſivit, quorum aliqua in ultima voluntate per Jo: Grimani Presb. Paſchalem Malipetro Aloyſium Storlado, Chriſtophorum Mauro laycos, & Ludovicam Longam mulierem Venetiarum illius exequtores ſeu fidei commiſſarios in certos tunc expreſſos uſus converti & diſtribui voluit & mandavit, in predicti Monaſterii prejudicium non modicum atque dampnum. Quare pro parte Abbatiſſe & Conventus predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hiis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, quo circa fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis exequtoribus ſeu fidei commiſſariis predictis, & aliis qui fuerint evocandi, auditiſque hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione remota decernas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnat. Dominice milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo IV. Idus Sept. Pont. noſtri anno tertio. Volentes cauſam predictam expedire, ac debito fine & juſtitia mediante terminare viſis citationibus pluribus factis commiſſariis pretenſis dicte Clare, ac contumacia ipſorum & pronuncia per quam declaravimus nos ſuper premiſſis judicem competentem, ac procedendum ad ulteriora, viſa copia pretenſi teſtamenti in forma autentica producta ſcripti manu Ven. Viri D. Presb. Thomei de Thomeis Eccl. S. Sophie de Venetiis Pleb. & Notarii ſub anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo die ultimo menſis Aprilis Indictione quinta Rivoalti. Viſis intimationibus factis beneficiatis in dicto pretenſo teſtamento, quod

quod debeant comparere coram nobis, ſi preſenti cauſe inſiſtere voluerint. Viſa petitione, ſeu libello in contumaciam abſentium producto per eximium utriuſque juris doctorem Dominum Marcum de Zazis Monaſterii predicti S. Marie de Celeſtibus procuratorem ſubſtitutum per ſpectabilem D. Hieronymum Baduarium q. D. Sebaſtiani dicti Monaſterii procuratorem habentem auctoritatem ſubſtituendi, cujus libelli tenor ſequitur & eſt talis. Coram vobis Rev. in Chriſto Patre & D. D. Andrea Epiſcopo Equilino Venet. reſidenti tamquam commiſſario & Delegato Apoſtolico conſtitutus ego Marcus de Zazis de piſcis civis & habitator Venetiarum tamquam procurator ſindicus & advocatus Ven. Dominar. Abbatiſſe & Monialium Monaſterii & Conventus B. Marie de Celeſtibus Venetiarum Ordinis Ciſtercienſis, de cujus procurationis mandato conſtat legiptimis documentis ex actis & ſcriptis Presb. Andree S. Severii Notarii preſentis cauſe, & contra ſpectabiles & generoſos Viros D. procuratores S. Marci de citra tamquam commiſſarios cujusdam Clare, que ſe fecit uxorem nominari cujusdam Antonii de Romeis, & contra Ven. Virum D. Presb. Johannem Grimani S. Juliani, & Dominam Aloycam neptem dicte Clare etiam commiſſarios dicte Clare una cum dictis procuratoribus S. Marci, & tanquam beneficiatis ex teſtamento dicte Clare intervenientibus etiam, quam pluribus aliis beneficiatis in dicto teſtamento, & dicto per dictam Claram nominatis in teſtamento predicto, & in proceſſu etiam nominatis & citatis & requiſitis, ut adſiſtant huic liti & cauſe mote contra commiſſarios predictos pro ſuo & cujuslibet ipſorum intereſſe, quod quidem teſtamentum rogatum fuit per Presb. Thomeum de Thomeis Pleb. S. Sophie ſub anno D. ab Incarnatione milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo menſis Aprilis die ultimo Indict. v. Rivoalti. In his ſcriptis propono & dico, quod dicta Clara dudum ingreſſa fuit Monaſterium B. Marie de Celeſtibus Venet. & in dicto Monaſterio, cum aliis monialibus aliquibus annis laudabiliter & devote vixit, & tandem experta vitam & mores monialium, & regule predicte profeſſionem regularem fecit in dicto Monaſterio ſecundum mores ſolitos obſervari in profeſſionibus fiendis in dicto Monaſterio, & quod dicta Clara ſic profeſſa non bono ſpiritu ſeducta, ad laycalem vitam ſe tranſtulit contra voluntatem Abbatiſſe & Conventus predictorum, & quod deterius fuit, preſumpſit ſe matrimonio copulari cum quodam Antonio de Romeis, cum quo etiam certo tempore ſtetit, & ut creditur dicta Clara conſcia ſue profeſſionis, ad colorandum ſuum dampnabilem propoſitum obtinuit, ut dicitur, quamdam diſpenſationem Apoſtolicam fallaciter ſub....... quod eſſet profeſſa unde neceſſarium eſt tenere, quod ſi quam diſpenſationem optinuit, fuit fallaciter impetrata, & inſciis & ignaris Abbatiſſa & Conventu prelibatis, unde cum talia fuerint, & ſint de facto preſumpta & dampnabiliter commiſſa, & redundent in dampnum & obprobrium dicti Monaſterii, & quod ad juditium Eccleſiaſticum pertineat cognoſcere de profeſſione predicta & juribus ipſius, & etiam videre & examinare de validitate diſpenſationis predicte peto & requiro Ego Marcus predictus nomine, quo ſupra, quatenus per veſtram ſententiam auctor. Apoſt. proferendam ..... ubi de premiſſis ſententietis, & declaretis dictam Claram fuiſſe profeſſam ordinem regularem in dicto Monaſt. de Celeſtibus legiptime ſecundum conſuetudinem aliarum profeſſarum dicti Monaſt. & Matrimonium non potuiſſe per ipſam Claram profeſſam, ut ſupra, legiptime contrahi & diſpenſationem, ſi qua appareret conceſſa, fuiſſe fallaciter obtentam & nullius fuiſſe nec eſſe roboris vel momenti, attento etiam quod dicta Clara conſcia, & non immemor ſue profeſſionis condita & ſepulta fuit in dicto Monaſt. cum habitu religioſo, prout etiam ordinavit beneficiando inſuper dictum Monaſt. in dicto teſtamento, & ſi aliquis contradictor exiſteret peto expenſas factas, & de fiendis proteſtor ſuper quibus peto michi dicto nomine jus fieri, & juſtitiam miniſtrari &c. & procedi ſumma-

ma-

marie & de plano ſine ſtrepitu & figura juditii. Viſis legitimationibus procuratorum ultra ſcriptorum, ac additione dicte petitionis, cujus tenor talis eſt. Coram ſupraſcripto Rev. Domino delegato conſtitutus Dominus Marcus de piſcis ſupraſcriptus dixit, quod licet ex petitione producta ſatis eliciatur, quod conſtito de profeſſione dicte clare reſultet anulatio & irritatio teſtamenti, nichilominus ſpecifice & aperte requirit, quod fiat per dictum Rev. Dominum Delegatum declaratio & pronuntiatio nominatim ſuper & de nulitate teſtamenti conſtito de narratis in petitione & preſente Nobili Viro Domino Petro Chaucho aſſerto procuratore fratrum ſupraſcriptorum petiit responderi petitioni producte in termino, & accuſavit contumaciam aliorum ſua intereſſe putantium, ac termino dato dicto Domino Marco procuratori, ad probandum de juribus ſuis. Viſa contumatia eorum, quibus legiptime extitit intimatum: viſis proceſſu fulminato per q. Rev. Patrem D. Thomam Thomaſino Epiſcopum Feltrenſem de diſpenſatione a religione, cum dicta Clara, cum inſertione litterarum Apoſtolicarum ſuper dicta commiſſione a fel. record. Domino Eugenio Pp. IV. emanatarum, ac publicatione proceſſus coram nobis agitati, & dictis & atteſtationibus teſtium & terminis pluribus datis & toto proceſſu, viſa contumatia dictorum commiſſariorum & beneficiatorum, conſideratis merito conſiderandis, communicato conſilio peritorum, ac matura deliberatione habita, & in contumatiam predictorum, admonitis prefatis Dominis Marco de Zazis & Hieronymo Baduario procuratoribus predictis pro hac die & hora ad hanc noſtram ſententiam diffinitivam audiendam. Chriſti Nomine repetito, cui Pater dedit omne juditinm, ac ſolum ipſum pre oculis habentes, qui eſt lux vera illuminans corda, ſedentes pro tribunali in porticu inferiori noſtre ſolite reſidentie Venetiis in Contrata S. Juliani ſite, quem locum pro ydoneo, ad hanc noſtram ſententiam diffinitivam pronuntiandam elegimus, dicimus, pronuntiámus, decernimus, declaramus, & diffinitive ſententiamus dictam Claram fuiſſe Monacham Converſam in Monaſterio S. Marie de Celeſtibus predicto, & ibidem profeſſionem emiſiſſe regularem per alias Monachas, & Converſas dicti Monaſterii emitti ſolitam, ut per depoſitiones, & dicta teſtium evidentiſſime patet, & ipſam tanquam profeſſam expreſſe dicti Monaſterii non potuiſſe legiptime matrimonium contrahere, ſeu contraxiſſe cum dicto Antonio de romeis ex parte ipſius Clare, ſed ipſum Matrimonium ex parte ipſius Antonii fuiſſe legiptimum propter ignorantiam dicti Antonii de profeſſione predicta, & per conſequens, quod bona per dictam Claram acquiſita ſunt Monaſterii S. Marie predicti, cum jura vellint, quod ingreſſi Monaſteria per profeſſionem ſe & ſua dedicant, ideo teſtari nnn poſſunt, attento etiam quod dicta Clara conſcia profeſſionis predicte, cum habitu regulari in dicto Monaſterio condita & ſepulta fuit, prout ordinaverat, ipſam teſtari non potuiſſe, aut diſponere de bonis predictis in prejuditium Monaſterii predicti, & ulterius in conſequentiam neceſſariam predictorum litteras Apoſtolicas emanatas a fel. record. Domino Eugenio Papa IV. ſuper diſpenſatione predicta fuiſſe & eſſe ſubreptitias, & falſitate ſubgeſtas, falaciter obtentas, & proceſſum vigore dictarum litterarum fulminatum per q. Rev. D. Epiſcopum Feltrenſem, de quo ſupra, fuiſſe, & eſſe nullum, & nullius roboris vel momenti, ac ipſum proceſſum per hanc noſtram ſententiam diffinitivam irritamus, & anulamus, & irritum & nullum eſſe declaramus, & hec omnia & ſingula dicimus pronuntiamus decernimus, & per hanc noſtram ſententiam diffinitivam terminamus hoc in omnibus aliis melioribus via, modo, jure, & forma, quibus magis ac melius de jure facere poſſumus & debemus.

Lata, data & promulgata in hiis ſcriptis fuit ſupraſcripta ſententia per ſupraſcriptum Rev. Dom. Delegatum in loco ſupraſcripto & lecta per me Andream

dream de Armanis Notarium preſentis cauſe milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo Indictione ſexta die vero ſeptima menſis Julii Pontificatus Sanctiſs. Domini Noſtri D. Caliſti divina providentia Pape III. anno IV. preſentibus egregio decretorum Doctore D. Baldaſara de Piſcia & Mapheo q. Petri Sanctorum Diacono nuntio cauſe teſtibus habitis & rogatis.

Ego Andreas de Armanis de Venetiis Eccleſie S. Severi Presb. pub. Imperiali auctoritate Not. ſupraſcriptam ſententiam ex actis ſumpſi & quia dum promulgaretur preſens fui una cum teſtibus ſupraſcriptis ac eam legi de mandato prefati Rev. Domini delegati ipſam in hanc publicam formam redegi cum appoſitione nominis & ſigni conſueta, in quorum fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum ſupraſcriptorum prefactus Rev. D. Delegatus hujus ſententie publicum Inſtrumentum ſuo Pontificali ſigillo communiri mandavit.

Petrus Riolis Viſitator Generalis Ordinis Ciſtercienſis viſitat Monaſterium S. Mariæ de Cœleſtibus, atque pro bono ejus regimine multa ibidem decernit.

T 1481. 25. Maii.

Ax Archivo Monaſterii S. Mariæ de Cœleſtia.

Jeſus. Maria. Bernardus.

NOs Frater Petrus Riolis Sacre Theologie profeſſor in Curia Romana generalis procurator totius Ordinis Ciſtercienſis, nec non omnium & ſingulorum Monaſteriorum utriusque ſexus in Ytalica natione conſiſtentium cum plenaria ipſius ordinis poteſtate viſitator, & reformator a generali Capitulo ſpecialiter deputati Monaſterium Monialium S. Marie de Venetiis de la Celleſtia Caſtellane Dioceſis perſonaliter viſitantes, infraſcripta volumus pro ejus reformatione, ab omnibus regularibus perſonis moram illo loco trahentibus inviolabiliter obſervari ſub inobedientie pena. Inprimis mandamus, quod offitium divinum diurnum, pariterque nocturnum cum horis Beate Marie, officioque defunctorum in choro ordinis ceremoniis obſervatis integraliter, cum mantelis albis ab omnibus devote perſolvatur juxta formam a noſtro Patre Bernardo traditam, non nimis abreviando, aut protrahendo, ſed ſimul incipiant ſimulque finiant, omnia explentes in pondere & menſura, biscantus aliasque inanes curioſitates prorſus abiicientes, negligentes vere ad arbitrium Abbatiſſe vel Prioriſſe omni diſſimulatione poſtpoſita graviſſime puniantur in Capitulo per privationem bonorum Communitatis, & in hoc nullo pacto volumus Abbatiſsam aliquas diſpenſare, exceptis infirmis, officiariis, atque antiquis juxta ſuum arbitrium. Ordinamus preterea miſsam Conventualem omnibus diebus totum etiam diurnum offitium, cum nota decantari. Diebus tamen duarum miſsarum nullo modo pretermittatur, quin ſingule hore tam diei quam noctis cum cantu ſicuti prediximus perſolvantur, & quoniam religioſas dicti Monaſterii in cantando Epiſtolas, ymnos, pſalmos, capitula verſiculo, atque collectas quampIurimum reperimus ab ordinis forma & cerimoniis devias, precipimus ipſi Abbatiſse, ſingulisque, & preſertim cantrici, cum ad ejus offitium

tium ſpectet, quatenus ſtudeant in omnibus formam ordinis obſervare. Preterea volumus atque ordinamus, ut nullam pretermittant ſolemnitatem, quin peccatis contritis humiliter etiam ſuo confeſsori devote confeſſis ſacroſanctam valeant recipere communionem. Volumus preterea atque ordinamus, quod cum domus dei domus orationis debeat eſse, & non negotiationis, ſit ipſi Abbatiſse, aut in ejus abſentia preſidenti cura, ut ſilentium, quod clavis dignoſcitur eſse religionis, ſervetur maxime in Eccleſia, ſub inobedientie pena, ac illius, que proterva erit, privationis ad quecunque offitia; preterea cum ad preſens non habeatur domus apta pro confeſsore ordinis, prout ſtatuta canunt, diſpenſamus cum Abbatiſsa ut aliquem alterius ordinis religioſum antiquum bone fame doctum ac virtuoſum ad tempus recipiat, qui poſſit ac valeat ipſam, ceteraſque ſui Monaſterii regulares perſonas a cunctis abſolvere peccatis modo noſtre religionis conſueto; ſtudeat preterea Abbatiſsa quod & ſi non omnes pariter quolibet die ſuas in refectorio ſumant refectiones quibuſdam certis ex cauſis per ordinem tamen certo in numero dictum refectorium frequentent, quo loco illis horis nunquam volumus lectionem deeſse, ſed & jubemus gratias in Eccleſia terminari. Vellemus tamen Abbatiſsam, cum ſuo toto Conventu precipuis ſollempnitatibus ſimul quocunque abſque defectu in refectorio convenire, quouſque alia dabitur proviſio. Preterea cum paupertas voluntaria regule Monachali ſit annexa, ut etiam Summus Pontifex eam diſpenſare non valeat, diſtricte precipimus atque prohibemus, ſub inobedientie pena, ne aliqua religioſa aliquod proprium habeat, niſi ad uſum tantum, & per licentiam Abbatiſse ſub prefata etiam pena precipiendo, ut quolibet anno ante Paſcha omnes & ſingule quidquid generaliter habent verbo vel ſcripto Abbatiſsam certiorent, ne tandem tanquam proprietarie loculos habentes, ut judas a regni celeſtis participatione excludantur. Item ſummopere ſecularium religioſorumque cujuſcunque conditionis exiſtant infra Monaſterium prohibemus ingreſſum, abſque graviſſima neceſſitate, & per licentiam Abbatiſse, poterint tamen ipſe religioſe ſuis dumtaxat parentibus in ipſo locutorio loqui, & rariſſime, dum opus erit, ſervantes ſemper modeſtiam atque humilitatem, & oculis ſemper ad terram defixis, preſentibus etiam duabus antiquioribus, nec volumus hanc licentiam diſpenſare quovispacto & tempore, quo divinum in Eccleſia celebratur offitium, quod ſi predicta ſecus acciderent, ipſi precipimus Abbatiſse, ut oſtium locutorii tandem murare diſponat feneſtras conſtruendo ferreas, in quibus dumtaxat cratis ferreis vallebunt ſuis parentibus loqui; Verum cum ſciamus plurima facta fuiſse ſcandala ex colloquio quarumdam cum ſecularibus, diſtricte inhibemus ſub excommunicationis pena precipiendo, ne aliqua in poſterum audeat ea, que in Monaſterio fiunt, nullis revellare ſecularibus, preſertim ea in quibus nulla ſequitur commoditas, ſed potius diviſio, ſcandalum, inhoneſtas, & animorum intus & extra inter ipſas & amicos diſparitas. Caveat etiam ipſa Sacriſta ne prefato tempore, quo divinum ſervitium perſolvitur, per Eccleſiam permittat portare aut reportare quidquam, quod poſſit offendere intuentes, eidem inhibendo, ut clauſum ſemper teneat oſtium, que itur ad ymaginem Virginis Glorioſe, niſi dumtaxat in elevatione Corporis Chriſti. Item ſufficiat cuilibet religioſe unam tantum habere ſervitricem, & non plures, prout actenus conſueverunt, nec volumus quod de cetero aliqua ſecularis ſtet, aut in Monaſterio moretur, cujuſcunque conditionis ſit, que annum attigerit quartumdecimum, niſi in caſu, in quo vellet perpetuo in dicto loco ſancte atque devote vivere per licentiam Abbatiſse, & Conventus, abſque gravamine tamen Monaſterii, Abbatiſse precipiendo ſub excommunicationis pena, ne aliquam permittat in futurum laycam manere, aut Monaſterium frequentare maleſamatam, & vi-

vite ſue ſuſpectam, quod ſi que eſſent ad preſens, & certa ſit Abbatiſſa, ipſi ſub eadem precipimus pena, ut ipſas licentiet quorumcunque aut quarumcunque precibus rejectis. Item ne moniales occaſionem habeant hinc inde vagandi, & ipſis etiam multorum tollatur occaſio malorum, diſtricte precipimus ipſi Abbatiſſe, ne ipſis religioſis licentiam miniſtret Monaſterium quoquomodo exeundi, cum ſecundum ſtatuta etiam Papalia debeant, ſub firma perpetuo manere clauſura, poterit ipſa tamen pro Monaſterii utilitate, & raro cum duabus ad terras prefati Monaſterii & poſſeſſiones pertranſire. Preterea ipſi Abbatiſſe precipimus, atque mandamus, ut procuret in futurum de celleraria, burſaria, ac aliis officiariis ſecundum exigentiam loci fidelibus, probis, & prudentibus taliter, quod omnes & ſingule de hiis, que tractabunt fidelem reddant computationem, quotiens viſum fuerit ipſi Abbatiſſe quibusdam ſenioribus convocatis, & ipſa Abbatiſſa de omnibus fideliter & ſingulis receptis & expenſis viſitatorem certiorabit, dum prefate computationes exigentur. Verum inventaria omnium & ſingulorum jocalium, & reliquiarum, ceterorumque bonorum predicti Monaſterii penes ſe Abbatiſſa reſervet, eorumque duplum habeat etiam ipſe Conventus. Item ſit ipſis officiariis ſumma cura honeſtatem atque Monaſterii utilitatem ſervare ſecundum ſibi impoſita & imponenda onera, ut magiſtra Novitiarum ſibi ſubditas cum diligentia doceat, que ſunt docenda, ac idem de magiſtra converſarum. Verum ipſe clavium Monaſterii cuſtodes, cunctis clauſis hoſtiis, & bene ſerratis volumus, ut claves Abbatiſſe quolibet ſero portentur, quas tota mente penes ſe reſervet, cui Abbatiſſe committimus, precipimus, atque ordinamus, ut duas eligat antiquas plurimum probas, que valeant tanquam decane, tum de die quam nocte per dormitorium, & alia Monaſterii loca ſcrutinium facere, ne aliquod inhoneſtum, atque indecens verbo vel facto committatur, que quamprimum ſciverint, nec remedium apponere voluerint, ſic taliter Abbatiſſa provideat circha hujusmodi deliquentes, quod aliis cedat in exemplum. Item precipimus omnibus & ſingulis ſub graviſſima pena per Abbatiſſam infligenda, ne de cetero prout hactenus conſueverunt, hinc inde per Monaſterium ambulent absque mantelo, aut ſcapulari. Item precipimus Abbatiſſe, ne de cetero ſuas permittat religioſas caligas nigras portare, ſed albis utantur ſecundum ordinis formam, propterea cum plurimas experimur eſſe infirmas, & plurimum tenuis complexionis, ad preſens cum ipſis diſpenſamus, ut poſſint, ac valeant uti camiſiis lineis, ceteras autem robuſtas, & juvenes hortamur, ut paulatim ac ſucceſſive aſſueſcant laneis, nam expedit ut in futurum portent. Verum licet graviſſime feramus vos non uti ſcapulari nigro ſecundum ordinis formam, tamen cum ſciamus plures fuiſſe viſitatores, etiam olim ordinis noſtri ſupremum patrem videlicet Abbatem Ciſtercienſem, ut plurimorum fide dignorum didici relatu, qui vobiscum diſpenſarunt portare, & uti albis ſingulari privilegio vobiscum etiam uti ad preſens albo diſpenſamus, quamdiu tamen ipſi ordini placuerit, precipiendo tamen omnibus & ſingulis, ut de cetero tunicas & ſcapularia taliter usque ad collum deferant, ut nichil tum in pectore tum in ſcapulis appareat nuditatis. Cetera autem ſicuti zonas de argento, & alia monilia, que ſtatum plurimum dehoneſtant Monaſticum, relinqui de cetero mandamus ſub graviſſima pena, quam infligere per Abbatiſſam absque diſſimulatione jubemus. Item diſtricte precipimus omnibus & ſingulis, que habent feneſtras vicis & aquis correſpondentes, ne per feneſtras cum aliquibus loquantur, nec etiam quovis pacto ſe oſtendant, ſub pena murandi illas feneſtras in alia noſtra futura viſitatione, ſi hujusmodi mandatum atque preceptum tranſgredientur. Finaliter Abbatiſſam in Domino benigne monemus atque hortamur, quatenus ut bo-

na

na Paſtoriſſa ſuas diligat filias , inſtruat , & in viam dirigat ſalutis. Ipſe quoque ut bone filie ſuam Abbatiſſam timeant , honorent , & tota mentis devotione ſtudeant revereri . Juvenes vero atque Converſe ſuas antiquas debita Veneratione, ac obedientia proſequantur , ipſe vero ſeniores easdem diligant , & in regularibus obſervantiis , ac morum profectu ipſas inſtruere ac nutrire laborent, ut tandem Abbatiſſa cum grege ſibi credito gloria fruatur eterna . Et quia fruſtra conduntur leges , niſi ſit qui eas obſervet , ne aliqua valeat in dies ſe excuſare, diſtricte damus in mandatis hanc cartam noſtre viſitationis ter in anno omnium conſpectu in Capitulo a cantrice legi , & per preſidentem exponi . Videlicet Vigiliis Nativitatis Domini , Reſurrectionis , & Pentecoſtes.

Datum in preſato Monaſterio Sancte Marie de la Celeſtia die vigeſimaquinta Maii anni MCCCCLXXXI. Sic enim ſingulis tranſgreſſionibus ſupradictis taliter Abbatiſſa provideat , atque punitione diſponat ſecundum ordinis formam, ut omni ammoto favore creſcente culpa creſcat & pena, verum & gravi delicto detur, & pena condigna &c. ſub appenſione magni ſigilli offitii noſtri vid. Procurationis.

Joannes Abbas Generalis Ciſtercienſis eligit Petrum de Peruſio in Confeſſarium Sanctimonialium S. Mariæ de Cœleſtibus.

V 1489. 15. Maii.

Ex Archivo S. Mariæ de Cœleſtibus.

FRater Johannes Abbas Ciſtercienſis in Cabilonenſi Dioceſi totius noſtri Ciſtercienſis Ordinis & Capituli Generalis plenaria fungens poteſtate. Dilecto nobis in Chriſto filio Fratri Petro de Peruſio Monacho in Sacerdotali ordine conſtituto Monaſterii noſtri Sancti Anaſtaſii (1) expreſſe profeſſo ſalutem & in commiſſis diligentiam cum diſcretione fidelem . Cum nobis perſonaliter viſitantibus Monaſterium noſtrum Monialium de Celeſtia , ſeu Celeſta Venetiis ſituatum cognovimus Monaſterium ipſum ad preſens confeſſorem in ordine profeſſum non habere , noſtrumque ſit de hujuſmodi providere , hinc eſt quod vobis de cujus probitate , religionis zelo , prudentia & diſcretione in Domino confidimus , confeſſoratus offitium in eodem Monaſterio de Celeſtia , cum omnibus ſuis juribus , emolumentis , ac pertinentiis tenore preſentium ſecundum morem Ordinis conferimus . Dantes vobis auctoritatem omnes , & ſingulas regulares ejusdem Monaſtetii perſonas per inmediatum ſequtus triennium in foro conſcientie quotiens opus fuerit audiendi, atque ab omnibus caſibus peccatis, & criminibus abſolvendi, niſi tales eſſent , quod ad nos vel ad noſtras vices gerentem , ſeu ad ſuperiorem merito ſecundum ordinis ſtatuta remitti deberent . Mandantes atque in virtu- te

(1) Monaſterium S. Anaſtaſii ad Aqua Salvias Romæ poſitum fundatum fuit ab Eugenio III. Ordinis Ciſtercienſis S. Bernardi diſcipulo.

te ſalutaris obedientie, ac ſub excommunicationis pena diſtrictius precipientes Abbatiſſe, Prioriſſe, ceterisque Sororibus, tam Monialibus, quam Converſis ibidem Deo ſervientibus, quatenus vos in dicto confeſſoratus offitio recipiant, vobisque de habitatione decenti, victu, ac veſtitu, & aliis ad humane vite neceſſariis, prout confeſſoribus Monialium ordinis noſtri fieri ſolitum eſt, provideant. Omnibusque & ſingulis juribus emolumentis, ad dictum confeſſoratus offitium ex antiqua conſuetudine pertinentibus libere, ac pacifice gaudere & uti faciant & concedant. Illis diſtrictius inhibentes, ut alteri confiteri aut alia Sacramenta Eccleſiaſtica, ab alio recipere non preſumant ordinando expreſſe, ut a vobis ſacras ordinis ceremonias humiliter ſuſcipiant.

Datum Venetiis in prefato Monaſterio noſtro de Celeſtia ſub appenſione ſigilli noſtri die xv. menſis Maii Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimd nonc.

Conradus Lembergen.

DE

DE
MONASTERIO SANCTI SEPULCRI.

IN ambiguo ſe eſſe fatetur Clariſs. Vir Lucas Wadingus; dum Tom. xxv. Annal. Seraphici Ordinis Monaſterii S. Sepulcri Venetiarum originem, & fundatores enuntiat. Aſſerit enim primo Fundationis hujuſce meritum Helenæ quondam Marci Vioni Viduæ adſcribendum eſſe, quæ teſtamento juſſerat, *ut domus amplæ, quam Venetiis poſſidebat, pars una in habitaculum* Sanctimonialium, *& altera in Hoſpitium pauperum fœminarum ad pia loca peregrinantium adaptaretur*; mox Gonzagam valde aliter hujus Monaſterii originem narraſſe refert, cujus fundatrices conſtituit *duas nobiles fœminas Polixenam Præmarinam, & Beatricem* a Rayneriis, quæ ab Euboea Inſula fugientes Venetias appulerunt, ubi ſibi adſcitis ſociis Urſula Uſnago, & Maria Canali Xenodochium quoddam inſtituerunt, quod mox *creſcente adventantium Virginum numero in Monaſterium Clariſſarum ſub S. Sepulcri nomine* converterunt. Ut autem haſce rei enarrationes, quas inter ſe diverſas eſſe fatetur, aliquo modo conciliet præ-

cla-

clariſſimus Hiſtoricus, *fortaſſis*, inquit, *Euboicæ fœminæ inter primas primum recluſorium Sororum Tertii Ordinis ab Helena conceſſum ingreſſæ ſunt, & mox ad Clariſſarum tranſierunt inſtitutum*. Verba ipſius Wadinghi pag. 195. citati Tomi exarata exhibemus.

„ Venetiis quædam Helena quondam Marci Vioni conjux,
„ teſtamento ſtatuit, ut domus amplæ, quam Venetiis poſſi-
„ debat, pars una in habitaculum quarumdam mulierum re-
„ gularem vitam ducere cupientium, & altera in Hoſpitium
„ pauperum fœminarum Hieroſolymas, Romam, Compoſtel-
„ lam, aut ad alia pia loca peregrinantium adaptaretur. Ubi
„ id factum a teſtamenti executoribus, adjunctumque ſacel-
„ lum ſub invocatione Præſentationis Beatæ Mariæ Virginis,
„ in eoque conſtructum ſepulcrum ad ſimilitudinem ſepulcri
„ Domini, quod Hieroſolymis conſpicitur; petierunt hoc an-
„ no Sorores ibidem conſtitutæ, ut liceret ſibi illic regulari-
„ ter ſub perpetua clauſura, & cura Minorum Obſervantium
„ habitare. Annuit Pontifex, emiſſo diplomate *Regularem vi-*
„ *tam profeſſis* VII. Kalendas Novembris. Poſtea tranſierunt
„ Sorores ad Inſtitutum S. Claræ, & ab illo condito ſepul-
„ cro cœpit Monaſterium *Sancti Sepulcri* appellari. Valde
„ aliter hujus Monaſterii originem narrat Gonzaga; ait enim
„ duas nobiles fœminas, Polixenam Præmarinam, & Beatri-
„ cem a Rayneriis ab Euborea inſula, a Turcis obſeſſa, fu-
„ gientes, Venetias mirabiliter appuliſſe, aggregatiſque ſociis
„ Urſula Veneta, & Maria Canali, Xenodochium quoddam
„ peregrinis mulieribus Hieroſolymas proficiſcentibus exci-
„ piendis, a Senatu impetraſſe, & creſcente adventantium
„ Virginum numero, Xenodochium in Monaſterium Clariſ-
„ ſarum ſub Sancti Sepulcri nomine convertiſſe. Fortaſſis Eu-
„ boicæ fœminæ inter primas primum recluſorium Sororum
„ Tertii Ord. ab Helena conceſſum, ingreſſæ ſunt, & mox ad
„ Clariſſarum tranſierunt Inſtitutum. Ea porro Beatrix vixit
„ pietate, ut miraculis claruerit, ejusque corpus, & Claræ
„ Venetæ in magna illic habeantur veneratione.

Beatricis Rayneriæ tum Arturus in Martyrol. Franciſc. ad diem X. Septembris, tum in Menologio pariter Franciſc. Hueberus ad diem IX. ejusdem menſis mentionem ingerunt, quorum ſecundus Beatricis fugam, merita, & virtutes fuſiori calamo enarrat.

Artu-

Arturus 10. Septembris: " Venetiis B. Beatricis (*g*) a Ray-
" neriis genere, & gratia miraculorum inſignis.
" Nota (*g*) Dum Euboea Ægei maris (vulgo Nigropons)
" Inſula ab immaniſſimis Turcis expugnaretur, nobiliſſimæ
" duæ fœminæ ejus incolæ (quarum altera Polixena Præma-
" rina, altera vero Beatrix a Rayneriis nomen erat,) ſe Deo
" ad Religionis ingreſſum, ſi eam calamitatem evadentes, &
" Chriſtianorum plagas incolumes trajicere poſſent, ex voto
" obligarunt. Ereptæ itaque a tanta rabie, atque Venetiis re-
" migio mirabiliter applicitæ, quod pie voverant, religioſe
" exequi curarunt: fundationi Monaſterii Sepulcri Clariſſarum
" initium dantes. Ubi ipſa præfata B. Beatrix Soror, miracu-
" lis omnino claruit. Scribunt de ea Gonzaga ſup. par. 2. in
" Monaſt. 13. Prov. S. Antonii, & Wading. Tom. 7. ſup. ad
" annum 1499.

Fortunatus Hueberus 9. Septemb. in Menologio Franciſcano col. 1742. & ſeqq. " Venetiis in Marchia ann. 1509. Beatrix
" Veniera, in altiſſimam excrevit arborem, & palmites ſuos
" extendit usque ad Cœlum. Hæc in expugnatione Græcæ Ni-
" gropontanæ Metropolis, venuſtam ſuam Virginitatem Tur-
" cis proſtituere cum nollet, anno 1471. potius mori maluit,
" quam fœdari, auffugiens ſola in ſylveſtrem altiſſimum mon-
" tem prope mare, jamjam ſibi præſcidit flavos capillos, ut
" iis in modum *funiculi* compoſitis ad arborem ſe ſe alligaret,
" ſicque potius expiratura contabeſceret, quam luxurioſis be-
" ſtiis ſuam virginitatem deflorandam concederet. Dum ita
" officioſe Virguncula in abſcindendis, & torquendis ſuis ca-
" pillis laboraret, ſubito apparet ei glorioſiſſima Deipara Ma-
" ria, conſolans & confortans, imo aſſecurans de conſervan-
" da corporis integritate, ſed & fugam felicem Venetias in-
" ſtituendam ſuadens; ubi pro Filii ſui unigeniti gloria Mo-
" naſterium fundaret. Diſparet Mariana viſio, & quantocius
" accedit Venerabilis ſenex, qui Beatricem conſolando, per
" compendioſam, & accommodam viam deducit ad mare,
" ubi eandem paratæ magnæ navis Patrono commendat. Quod
" conſolationem ejus auxit, etiam invenit ibi *Polixenam Præ-*
" *marinam*, nobiliſſimam Matronam, ex mariti tamen in ob-
" ſidione occiſi relictam viduam, dudum ſibi notam & gra-
" tioſe familiarem, a qua in tutelam, obedientiam, & con-

„ victum recepta felicibus velis, brevi Venetias deducta fuit.
„ Ibi inſignes tres Nobiles Venetiani, *Antonius Juſtiniani*,
„ *Hieronymus Gabrieli*, & *Petrus Ausnago*, harum exulum mi-
„ ſerti, omnibus humanitatis officiis eis proſequendo, nobi-
„ li Domicellæ *Urſulæ de Ausnago* tradiderunt: quæ pro ge-
„ nio ſuo una cum ipſis totaliter ſe conſecravit exercitiis
„ orationis, devotionis, Eccleſiarum viſitationis, præſertim
„ vero miſericordie operibus, ita ut domus earum inſigni Pe-
„ regrinorum Terram Sanctam viſitantium Charitati applica-
„ retur. Adjungebatur his præſtantiſſima Matrona *Maria de*
„ *Canale*, ingenti nobiliſſimæ Civitatis Venetæ ædificatione,
„ ob exemplariſſimam harum quatuor fœminarum converſa-
„ tionem; qua paulo poſt numerus nobilium Virginum huic
„ propoſito addictarum, usque ad denarium excrevit. Proin-
„ de Negropontanæ apparitionis memor Beatrix, anno 1484.
„ Hoſpitale Peregrinorum, ſub titulo S. Sepulchri, & ſub
„ tertia Regula S. Franciſci, in Clauſtrum convertit: in quo
„ ipſa mortificationibus, jejuniis, obedientia, humilitate, pa-
„ tientia, oratione, charitate Dei, & Proximi, reliquas ſuas
„ novas Moniales omnes ſuperavit, ita ut etiam gratia mi-
„ raculorum eluceſceret; ſolo Crucis ſigno infirmos curaret,
„ & etiam *Claræ de Bugni*, ſuæ tunc Superioriſſæ, Spiritum
„ extaticum, aliasque extraordinarias gratias, præſertim vero
„ reales ſanguinis Chriſti, & Mariæ, ejusque Virginei Lactis
„ guttas, penetrantiſſimis ſuis precibus veriſſime a Deo im-
„ petraret. Apparitiones multæ, quas a Chriſto, Deipara,
„ Sancto Joanne Baptiſta, aliisque Sanctis diverſimode accepit,
„ ſunt ſtupendæ, veræ, & myſterioſæ. Denique in virtutibus
„ conſummata ad cœleſtem ſuum Sponſum migravit in ſuo
„ fundato Monaſterio, pro cujus amore tot pericula, itine-
„ ra, anguſtias, ſollicitudines, difficultates, & mortificatio-
„ nes invicto animo ſuperavit. *Gonzaga*, *Cimarellus*, *Sannig*,
„ *Leonardus de Neapoli*, *Georgius in Hiſtoria Monaſterii Sancti*
„ *Sepulchri*.

Apparentem hanc rerum diſſonantiam in unam veritatem conciliare facile quidem erit, ſi documenta ipſius fundationis ex integro per ſeriem evolvamus.

Sæculo XV. Helena ex nobili gente Celſa Venetiis progenita Marco Vioni Patritio Veneto in matrimonium copulata

fuit,

fuit, mox, morte interveniente, a viri lege ſoluta, religioſam in aſſiduis virtutum, & religionis officiis viduitatem diu duxit, cujus finem cum ſibi imminere prænoſceret, voluntatem ſuam extremis tabulis notari juſſit, quam in actorum codicem anno MCCCCIX. die II. Januarii redegit Gaſpar de Marinis Venetiarum Notarius; In eo teſtamento præter cætera piæ teſtatricis munera religioſis locis aſſignata hæc ad inſtitutionem hoſpitalium ædium aſſignata leguntur:

„ Item volo, quod hoſpitia domus meæ magnæ poſitæ in „ confinio S. Joannis Bragoræ perpetuo dentur, & concedan- „ tur quam melioribus mulieribus poterunt commiſſarii, & „ commiſſariæ meæ (*ex ſuperiori ipſius teſtamenti diſpoſitione „ praelecti*) prædicti per majorem partem eorum reperire pro „ earum reductu, & manſione ob reverentiam Jeſu Chriſti, „ & ob remedium animæ meæ intelligendo, & declarando, „ quod ille mulieres, quæ erunt tempore mortis meæ in di- „ ctis hoſpitiis, vel in parte eorum hoſpitiorum non poſſint „ expelli, immo in ipſis ſtent, quouſque vixerint, vel volue- „ rint, & cum contigerit aliquam ex ipſis mulieribus migrare, „ alia, quam melior poſſit reperiri juxta diſcretionem meorum „ commiſſariorum, & mearum commiſſariarum, loco defunctæ „ ſubrogetur, de tempore in tempus perpetualiter intelligendo il- „ la hoſpitia, quæ videbuntur majori parti commiſſariorum, & „ commiſſariarum mearum prædictorum. Alia vero pars prædictæ „ domus meæ deputetur, & ſit perpetuo, ut feci, dum vixi in „ humanis, pro habitatione reductu, & retentorio pauperum mu- „ lierum peregrinarum viſitare volentium Indulgentias Romæ „ Aſſiſii & Sacri Sepulcri Dominici, & aliarum Indulgentiarum „ ſeu peregrinationum ultramarinarum, aut exremeantium juxta „ prudentiam dictorum meorum, & mearum commiſſariorum, „ aut majoris partis eorum. Et ſi aliqua cauſa non poſſet iri ad „ Viaggium ſacri ſepulcri Dominici, nominati tunc, & eo cau- „ ſæ volo, quod ipſa pars domus aptetur, & reducatur pro „ habitatione bonarum mulierum, ut de alia dictum eſt, „ juxta prudentiam, & diſcretionem ipſorum commiſſariorum „ & commiſſariarum meorum vel majoris partis eorum, ita „ quod perpetuo dicta domus deputata ſit ob reverentiam „ Jeſu Chriſti in talibus operibus miſericordia, ut de alia „ parte ſuperius ordinavi. Inſuper volo, ut per ſupraſcriptos

„ meos commiſſarios, & commiſſarias vel majorem partem eo„ rum reperiatur de tempore in tempus, ut oportebit, una „ ſufficiens, & bona mulier juxta eorum diſcretionem, & „ ad eorum libitum voluntatis, quæ ſit cuſtos, & adminiſtra„ trix ejusdem domus, & rerum in ea exiſtentium, quæ ape„ riat, claudat, ac aperiri, & claudi faciat, adminiſtraret, „ gubernet, & provideat peregrinis de cultris linteaminibus, „ & aliis neceſſariis, & opportunis, ita quod deſignetur ei„ dem gubernatrici, & adminiſtratrici per dictos meos com„ miſſarios, & commiſſarias, vel majorem partem eorum, vel „ earum omnia exiſtentia in ipſa domo, ut poſſit, & teneatur „ facere præparari, & proponi ipſam domum, & hoſpitia in or„ dinem, & miniſtrare eis peregrinabus, & in ea habitantibus, „ & ſe reducentibus. Et de tempore in tempus quando ali„ quid defecerit, vel devaſtatum eſſet, ipſa gubernatrix tenea„ tur oſtendere, & monſtrare ipſis meis commiſſariis, ut de„ ficientia renoventur, & faciant renovari de tempore in tem„ pus, uti fuerit opportunum: Et ipſa adminiſtratrix tenea„ tur ad omnem requiſitionem prædictorum commiſsariorum „ meorum de adminiſtratis, habitis, & deterioratis oſtende„ re rationem, ut ipſa domus ſemper ſtet fulcita omnibus „ oportunis, ut ſupra. Cui etiam Gubernatrici volo per ip„ ſos meos commiſsarios dari ducatos in anno, & ratione an„ ni de bonis meæ commiſsariæ, ut ſibi provideat, uti vi„ debitur expedire, & fore conveniens. Item volo, quod pro „ reparatione ipſius meæ domus magnæ aliæ meæ domuncu„ læ de ſergentibus contigue ipſi domui affitentur, & de af„ fitibus earum manuteneatur in culmine, & concio. Et de „ reſiduo ipſorum affictuum emantur lecti, & cultræ, ſeu „ coopertoria, linteamina, & alia neceſsaria pro dicta domo „ de tempore in tempus, ut opus fuerit. Et ſi aliquid factis „ dictis reparationibus neceſsariis, & domibus, & ſuppelle„ ctilibus, & aliis oportunis ſuperfuerit, erogetur per ipſos „ commiſsarios *pauperibus Chriſti* ....

Omnia, quæ pia mulier extremæ voluntatis decreto ſtatuerat, fideliter ipſius Commiſsarii opere compleverunt, atque aptata ad pauperum, & peregrinarum ſuſceptionem legata domo, Sacellum ei adhærens ſub Virgineæ Præſentationis invocatione conſtruxerunt, quod deinde majori ſpatio dilatatum

ex

ex erecto Dominici Sepulcri prototypo, in ejusdem Sancti Sepulcri titulum tranſiit. Rem ex Seraphicis ſuperius allatis Hiſtoricis addiſcimus, ſiquidem Beatrix Veneria Virgo, & Polixena Præmarena Vidua nobiliſſimæ fœminæ ex Euboica clade divinitus ereptæ cum Venetias appulliſsent, ibi ex publicæ pietatis ſubſidio adjutæ (A) cum domum non haberent, in qua conſiderent; ex virorum miſericordia, quos pio operi præfecerat Helena teſtatrix, in pauperum fœminarum hoſpitium exceptæ fuerunt anno MCCCCLXXI. Cum autem eo in loco plurima pietatis, & Chriſtianæ miſericordiæ in dies ederent exempla, vulgato per urbem ipſarum ſanctimoniæ rumore, Urſula Usnago non minus moribus, quam generis nobilitate ſpectabilis Virgo ſe ſe eis ſociam adjunxit, cujus exemplum paulo poſt æmulata Maria de Canalibus probatiſſima Matrona ipſarum converſationi copulari poſtulavit, & obtinuit.

Mutuo itaque animorum, & virtutis vinculo devinctæ, ita religioſæ vitæ inſtituta agere cœperunt, ut quamvis adhuc ſæculari habitu detegerentur, regularem tamen vivendi perfectionem attigiſse viderentur, temporibus, & muneribus ita diſtributis, ut inter aſſidua orationis, & pœnitentiæ exercitia, conſuetis hoſpitii officiis egregie ſatisfacerent. Acceſserunt deinde ad eas pietatis, ac religionis ſtudio ſex laudatiſſimæ vitæ, & honeſti generis virgines, impulſu plane Divino, ut ea, quæ Beatrici in Euboea Inſula adhuc degenti (ut retulit Hueberus) Deipara revelaverat, opere complerentur.

Haſce igitur, Divinæ diſpoſitionis arcano, comites nacta Beatrix, cum ſatis opportunum ad Monaſterii fundationem ipſarum numerum eſse cognoſceret, de Hoſpitali in Aſceterium commutando conſilium iniit, mentisque ſuæ cogitata cæteris aperuit, quæ ingenti cum alacritate Beatricis ſententiam ſine controverſia approbaverunt, ex eo præſertim, quod poſt expugnatam a Turcis Conſtantinopolim nulla ferme Venetias peregrinationis cauſa pauper fœmina adventaret. Re itaque ex unanimi ſororum voto decreta, cum de eligendo inſtituto actum eſset, placuit omnibus Seraphicum Tertii Ordinis inſtitutum deligere, in quo, ſub perpetua tamen clauſura, Domino famularentur.

Hæc igitur, & alia id generis cum ad præclari operis inſtitu-

ſtitutionem decreviſsent Sorores, eadem Helenæ Vioni Commiſsariis retulerunt, ut ſi id & ipſi ſibi perſuaſum haberent, hoſpitales pauperum domus cum bona ipſorum venia ad novum Monaſterium excitandum detorquerentur, in quo ſpectatæ virtutis mulieres per voti ſacrificium pauperes Divinæ majeſtati gratius, & acceptius deſervirent. Placuit omnibus, qui erant eo tempore Helenæ Commiſsarii, poſtulatis aſsentiri, idque cum ob religionis pietatisque cauſam, tum etiam quia ex hoc putabant *piam voluntatem Helenæ teſtatricis non ſolum adimplere, ſed potius laudabili opera augumentare. Divina igitur inſpiratione ducti Nob. Viri Angelus Gabriel, Juſtinianus, & egregius civis Petrus de Usnagis nomine etiam ſociorum ſuorum* (quos omnes rebus ſuis adminiſtrandis Helena præfecerat) *elegerunt*, & in dicto hoſpitali deputaverunt Venerab. & Relig. Dominas Sorores *Puliſenam Præmarino*, *Beatricem Venerio* ſociasque earum nominatim enuntiatas *Tertii Ordinis S. Franciſci pro pauperibus, & loco pauperum ſubveniendorum de ſuperabundantibus affictuum domorum* legatarum, *attenta honeſtiſſima, & religioſiſſima dictarum Dominarum fama, & vita*, eisque hoſpitales ædes conceſserunt *ad inhabitandum*, ut *ibi religioſiſſimam S. Franciſci, & Tertii Ordinis vitam* agerent, conditione tamen ex Helenæ teſtamento appoſita, quod in altera ædium parte tenerentur mulieribus pereginis ibidem adventantibus miniſtrare. Acta fuerunt prædicta anno 1493. die 13. Aprilis, & in publicas tabulas per Notarium Bernardinum de Zanettis redacta (B).

Rebus ita diſpoſitis, Beatrix (cui Fundationis meritum tribuit Hueberus) anguſtam Eccleſiam piorum ſuffulta præſidiis ampliori ſpatio dilatari, atque in ea marmoreum Dominici ſepulcri exemplum, prout Hieroſolymis viſitur anno 1488. ædificari mandavit ex qua deinde erectione Monaſterio Sancti Sepulcri nomen inditum fuit, in conſecratione etiam Eccleſiæ renovatum, approbatumque. Sacri hujus ædificii ectypon Beatæ Claræ de Bugnis Virgini virtute, & chariſmatum donis clariſſimæ in cœleſti mentis exceſsu revelatum fuiſse traditur, quæ certas extruendi leges cœmentariis præſcripſit. Traditas ſibi ædificandi præſcriptiones cum aliquando ex arbitrio immutaſsent artifices, factum eſt (quemadmodum fertur) ut quidquid per diem eorum opera extructum fuerat,

noctu

noctu dirutum poſtea invenirent, quod cum ex divina voluntate prodigioſe actum certe cognoviſſent, ſtatutum ſibi laboris modum de cætero prævertere auſi non ſunt. Hanc, plurimasque alias Seraphicæ Virgini factas apparitiones, ejusque eximias virtutes, & admirabilia, quibus affluenter ditata fuit, cœleſtia charismata fuſe in ejus vita latine exarata enarravit Franciſcus Georgius celeberrimus Minoritici Ordinis Scriptor, qui Claræ aliquandiu fuit a Confeſſionibus, ex qua geſtorum ejus ſeriem cum hauſiſſet Wadinghus admirabilem Virginis vitam quaſi compendio uſus in annalibus inſeruit Tom. XVI. pag. 456. ad annum 1514.

Interea Beatrix ejusque ſociæ cum ad Religioſæ inſtitutionis complementum Apoſtolicæ approbationis munus ſibi deeſſe cognoſcerent, Alexandrum VI. exorarunt, ut ſibi in domo ab Helena Vioni pro uſu mulierum regularem vitam ducere cupientium legata, propriisque ſumptibus ampliata ſub perpetua clauſura, & cura Fratrum Minorum de Obſervantia vivere, & virtutum Domino famulari liceret, quarum vota, cum facilis excepiſſet Pontifex, anno MID. die VII. Septembr. Archidiacono Eccleſiæ Nonenſis, tunc Venetiis commoranti per Apoſtolica ſcripta mandavit, ut præfatis ſororibus *domum cum capella retinendi*, & *in ea ſub cura dictorum Fratrum ſub perpetua clauſura permanendi* facultatem Apoſtolica authoritate impertiretur (C). Ejusdem deinde menſis die XXVI. *Guardiano*, & *Fratribus domus S. Franciſci Venetiarum Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia ſub excommunicationis pena* præcepit, *ut quotieſcumque pro parte earumdem Monialium* fuiſſent *requiſiti*, *unum ex fratribus laudabilis vitæ*, *qui curam earum* gereret, *deputare* deberent. Ægre id oneris ſubierunt Fratres, cumque *tria alia Monaſteria Ordinis Sanctæ Claræ*, ſub eorum regimine conſtituta in ſpiritualibus adminiſtrarent, nec præterea aliarum Sanctimonialium curam ſalvo religionis inſtituto ſuſcipere ſe poſſe cognoſcerent (D), tertio a Pontificia juſſione vix elapſo menſe humiles Pontifici preces obtulerunt, efficacibus verbis oſtendentes, quantum ex onere ſibi nuper impoſito nimis gravarentur, & a regularis vitæ exercitio retraherentur, quapropter, cum ex hoc *potius animarum pericula*, *quam ſalus* provenirent, Apoſtolicam benignitatem obteſtabantur, ut commiſſi ſibi regiminis decretum reſcindere, &

abro-

abrogare dignaretur, religioſis autem mulieribus, quæ nimis arcto detinebantur ædium ambitu, domos etiam ad habitationem concederet, peregrinis olim fœminis excipiendis ab Helena teſtatrice legatas, *magna* enim *ex Monialium*, & *peregrinarum mulierum habitatione* poterat *confuſio generari*. Fratrum preces Thomæ Donato Patriarchæ Venetiarum (E) delegavit Pontifex die viii. Februarii anno Md, cujus quidem Patriarchæ quamvis latum in eo negotio judicium inter Archivi ſchedas non reperiatur, facile tamen ex re ipſa deducitur, ſiquidem ædes peregrinis legatæ intra Monaſterii ſepta receptæ fuerunt, at Sanctimoniales ſub Fratrum Obſervantium cura diu perſtiterunt, donec anno Mdxlvi. ex Pauli III. decreto una cum aliis Clariſſarum Monaſteriis Apoſtolici Nuntii Venetias degentis gubernio addictæ fuerunt, ac poſtmodum anno Mvid., Clemente VIII. jubente, Patriarchali jurisdictioni aſſignatæ. Pontificia Diplomata dedimus Operis hujus Tom. vi. pag. 177. & 178.

Dum itaque inſtituta Monaſterii fundatio proſperum, Deo miſerante, curſum tenere videbatur, acris in eam, & periculoſa tempeſtas erupit, proximæ enim Eccleſiæ Divo Joanni Baptiſtæ vulgo de Bragora nuncupatæ Plebanus, & Prebyteri ſibi ſuiſque juribus ex propinqui Monaſterii erectione metuentes præjudicia inferri, ex Archipresbyteri Nonenſis, quem diximus Apoſtolicum Delegatum, ſententia pridem lata ad Apoſtolicam Sedem provocarunt, quorum appellationem Alexander VI. Thomæ Donato Venetiarum Patriarchæ delegari mandavit, die xx. Junii anno Md, ut vocatis vocandis ad illius exequutionem procederet (F). Novimus die xi. Auguſti ejusdem anni utramque partem coram Patriarcha Judice fuiſſe citatam, at quid ipſius ſententia ſtatutum fuerit ex documentorum inopia ignoramus, cum vero Monaſterium extet, nullique ſubjaceat Parochialis Eccleſiæ jurisdictioni, profecto arguendum eſt, vel utramque partem inter ſe æquis conditionibus conveniſſe, vel Patriarchali judicio Archipresbyteri Delegati ſententiam confirmatam fuiſſe.

Jam ſuperius diximus in Eccleſia Beatricis Fundatricis ſtudio dilatata nobile marmoreum ad inſtar Hieroſolymitani ædificatum fuiſſe ſepulcrum, in quo ex porphyretico aliiſque ſe-

lectis

lectis marmoribus Altare erectum fuit, ejusque fronti diſtychon inciſum viſitur.

Surrexit victa Chriſtus de morte triumphans
Exurgat Domino jam pia turba comes.

Super coronidem vero legitur:

Hic intus eſt corpus Jeſus Chriſti.

Infra vero:

Hic Deus eſt veræque Crucis pars, atque columnæ.

Altare marmoribus affabre elaboratis cingitur ab utroque latere, queis inſculpta ſunt duo hæc carmina.

Conſcia vulneribus Domini hic Crucis, atque Columnæ
Portio, & ipſe parens rerum proſtratus adora.

Oſtium ſerpentino marmore ornatum brevem hanc epigraphen exhibet:

Sepulcrum Jeſu Chriſti MDCLXXXIV.

In exteriori autem ſepulcri parte inciſa viſuntur hæc carmina.

Hoc mirum ſpectetur opus compagibus auctum
Rupibus artifici ſaxa revulſa manu
Gens Mauſoleum ſileat veſana Sepulchrum
Quod fuit, & Domini Martia Roma ſui.
Illa duo congeſta Viri Monumenta fuere
Hoc Chriſto tanta mole paratur opus
Quanto homines ſuperum præſtat Rex ſummus, & auctor
Tanto hoc eſt illis clarius, & melius.

Ad ſepulcrum inferius collocatum per octo marmoreos gradus deſcenſus eſt, ibique ligneum Chriſti jacentis ſimulacrum viſitur prodigiorum frequentia, & conſtanti populi devotione tota Urbe celeberrimum. De eo traditum eſt, (nullo tamen traditio hujusmodi authentico documento fulcitur) Moniales erecto Sepulcro, aliquod mortui Redemptoris ſimulacrum vehementer exoptaſſe, cumque ob id fervidas preces inceſſanter Altiſſimo exhiberent, mirabiliter factum eſſe, ut quadam die ob validam tempeſtatem repente exortam marinæ aquæ plus ſolito intumeſcentes per viam etiam, quæ ad Monaſterium ducit extenderentur; nec multo poſt lignea capſa ſupernatans undarum fluxu agitata januam Monaſterii iterato percuſſit.

Rei novitatem admiratæ Sanctimoniales januam primum, mox inductam capſam aperuerunt, in qua Crucifixi Domini ſimulacrum in modum demortui quieſcentis diſpoſitum invenerunt, atque ſpirituali gaudio repletæ ſumma cum devotione veneratæ ſunt. Prodigioſa imago per integrum anni ſpatium in ſacrario prius aſſervata tandem ſupra ſepulcri aram collocata fuit, cum vero (& hæc quoque ex traditione, atque ex pagella typis edita hauſimus) aliter de ipſa Omnipotens diſpoſuiſſet, altera die ſimulacrum invenerunt in inferiori ſepulcri parte reſtitutum, quod cum iterum ac tertio eveniſſet, de Divina voluntate certiores factæ Sanctimoniales ibidem Altare erigi, & prodigioſum ſimulacrum reponi mandarunt; Anteactis (quæ feruntur) mirabilibus fidem aſtruere videtur conſtans prodigium, ſiquidem marinas aquas, quæ ex Euronoto vento ſæpeſæpius in Venetis æſtuariis excreſcunt, dum inferioris aræ limen attingunt, ulterius progredi non audere, experientia probatum eſt.

Eccleſiam decentiſſime ornatam, in cujus aræ Principis tabula Virginis Aſſumptionem depinxit Jacobus Palma, conſecrari curarunt Sanctimoniales anno MDLXXII. die XIV. Novembris, ut ex pergamena patet in Monaſterio áſſervata (G).

Præter eas, quæ in Archiepiſcopali diplomate recenſentur, alias quoque inſignes Divorum Reliquias ſe poſſidere gloriatur Eccleſia hæc, quarum Indicem exhibemus:

Corpus S. Aureliæ Mart. & alia multa SS. Mm. oſſa ex Romano Calliſti Cœmeterio eruta.

Corpus Beatæ Claræ Bugni Virginis Venetæ, olim hujus Monaſterii Abbatiſſæ, cujus ſanctitatem tanti fecit Diva Catharina Bononienſis, ut eam inter præcipuos ſibi apud Deum tutelares Divos adnumeraverit; Ex ipſius vita in Franciſ. Leggend. typis edita.

Os S. Hilarionis Abbatis.

Os S. Melithonis M., num ex XL. Sebaſtenis incompertum.

De Coxa S. Mercurii M.

Os S. Stephani Epiſcopi Antiocheni, & Martyris, de quo in Martyrologio Romano ad diem 25. Aprilis. Fortaſſe de hoc Sancto Epiſcopo, atque aliis homonymis Sanctis aliæ tum in Venetis, tum in cæteris Eccleſiis Reliquiæ quieſcunt, quæ ob ignorantiam rerum Protomartyri Hieroſolymitano tribuun-

buuntur, unde tot de ſacro corpore, quod Venetiis quieſcit in Eccleſia Sancti Georgii Majoris, deque ipſius lipſanis controverſiæ emerſerunt.

Os Sancti Andreæ Hieroſolymitani Cretenſis Archiepiſcopi, cujus admirabilem vitam ex antiquis Græcorum codicibus erutam in Italicum ſermonem tranſtulit Nicephorus Pasqualeo Sacromonachus Græcus, & Venetis Joannis Pinelli typis deinde edidit anno MDCXXIII. In ejus vitæ præfatione hæc habentur: " Onde eſſendo in queſta Inclita Città di Venetia, „ tra le altre Reliquie ritrovate nel Venerando Monaſterio „ delle Molto Reverende Madre del Sepolcro una Reliquia „ del Beato, & Glorioſo Sant'Andrea Gieroſolimitano Arci„ veſcovo di Candia, perſona ſingolariſſima non ſolo nella „ Dottrina, ma etiam di vita Santiſſima come ſi legge nella „ ſua vita, la qual ad inſtantia delle ſudette Reverende Ma„ dre fu tratta dalle Legende Antiche, & Tradotta dal Gre„ co Idioma all'Italiano dal Molto Reverendo Padre Niceſo„ ro Pasqualeo Sacromonacho Greco ". In fine autem vitæ ipſius hæc addita leguntur: " Nell' Iſola di Mitilino reſe la „ Santiſſima Anima al ſuo Creatore, & Dio, con grandiſſi„ mo dolore di quei popoli, e di tutto'l Regno di Candia, „ eſſendo deſiderato, & aſpettato da loro per la ſama della „ ſua Dottrina, e Santità: il quale nel fine della vita rac„ comandò a Dio ſuo Salvatore, & alla glorioſiſſima Imma„ culata ſempre Vergine Madre ſua, tutti li fedeli, e nella „ ſua morte, e doppo ancora per ſua interceſſione furon ot„ tenute molte gratie da poveri Infermi di quelle parti do„ ve fu ſepolto il ſuo Glorioſiſſimo Corpo, ma preſe poi quelle „ Città da Infedeli furon da Chriſtiani portate in varie parte quel„ le Sante Reliquie, come in queſta Sereniſs. Città nel Vene„ rando Monaſterio del Santiſſimo Sepolcro, luoco di gran„ diſſima divotione, e di buone, e ſante Religioſe di Vita „ eſemplare ſi trova una di queſte ſante Reliquie, e da eſſe „ tenuta in grandiſſima veneratione, le quali votateſi ne' ſuoi „ biſogni a queſto glorioſo Santo hanno ottenuto molte „ gratie, e di giorno in giorno vedono grandiſſimi mi„ racoli.

Quomodo venerabile hoc pignus ad hanc Sancti Sepulcri Eccleſiam devenerit, & nonnulla Sancti Præſulis interceſſio-

ne patrata fuerint miracula ex quadam Italica enarratione addiſcimus, quam ſimplici quidem, ſed ſincero ſtylo contexuit Maria Formenti ejusdem Monaſterii Sanctimonialis, & deinde Abbatiſſa. Breve opus propitia forte in officina typographica Joannis Antonii Pinelli ab anno *1629.* jacens, ac pene deperditum invenire datum eſt, eo quidem delatum, ut typis vulgaretur, ipſi namque operi ſubſcripti leguntur die xx. Novembris enuntiati anni *1629.* tum Generalis Fidei Quæſitor, tum Patavini Lycei moderatores. Hoc igitur, quod initio tranſacti ſæculi cogitatum fuit, modo ad Dei, atque Sanctiſſimi Archiepiſcopi laudem non modo perficio, ſed & latinam rerum verſionem, ut omnibus innoteſcat, adjicio.

Vedendo io Suor Marietta Formenti Monacha profeſſa nel Monaſterio del Santo Sepolcro di Venetia le gratie grandi, che noſtro Signor Iddio benedetto ha conceſſo, e di giorno in giorno va concedendo per mezo della Reliquia di S. Andrea Arciveſcovo di Candia, che ſi ritrova nel noſtro Monaſterio, non ho voluto mancar in ſodisfar ad alcune perſone devote, con occaſion di publicar a fedeli alcuni tra li molti miracoli fatti da Dio per eſſo Santo, di ſcriver come ſia capitata eſſa ſanta Reliquia in eſſa noſtra Chieſa, per quanto riferiſſe Suor Dorothia converſa di eſſo, che al preſente anco vive, dice queſta vecchia Madre, che era un Signor Pietro carter, il quale teniva appreſſo di sè già molti anni queſto ſanto oſſo, e perchè tutta la ſua facoltà gl' an-

Cum viderem Ego Soror Maria Formenti Monialis profeſſa in Monaſterio Sancti Sepulcri Venetiarum beneficia ſingularia, quæ Dominus noſter Deus benedictus conceſſit, & in dies magis concedit per Reliquiam S. Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis, quæ aſſervatur in Monaſterio noſtro, volui libenter ſatisfacere devotis quibusdam perſonis, & facta occaſione publicandi fidelibus quædam inter multa miracula a Deo per ipſum Sanctum patrata, exponere ſimul quonam pacto eadem Sancta Reliquia in noſtram Eccleſiam pervenerit, ut narrat Soror Dorothea Monaſterii Converſa, quæ adhuc in vivis eſt. Aſſerit igitur hæc ſenex Soror fuiſſe quendam Dominum Petrum chartæ mercatorem, qui jamdudum apud ſe habebat hoc Sanctum Os, & quia dome- ſticæ

andava di male ſi riſolſe andar a ritrovar il ſuo Confeſſore dandogli conto del ſuo ſtato, e come lui era molto travagliato, ſpirato da noſtro Signor Dio il buon religioſo, gli riſpoſe doveſſe conſiderare ſi aveſſe qualche legato da ſodisfare, il quale diſſe non haver alcun carico, ma che ſi ritrovava un oſſo d'un Santo, che non ſapeva il nome, il quale teniva involto in un fazoletto nel ſuo ſcrigno che era gran tempo, il Confeſſore gli commiſſe doveſſe portarlo a qualche Chieſa. Ritrovandoſi queſto Signor Pietro haver un' Ameda nel noſtro Monaſterio, quale haveva nome Suor Marcella lo portò ad eſſa, e fu circa l'anno 1569. fu poſta detta ſanta reliquia in loco conveniente, & e tenuta con gran veneratione: havendo uſata gran diligenza nel far leger certe lettere Greche, che ſono ſcritte in un cerchietto d'argento, che è intorno eſſo ſanto oſſo ſi conobbe chiaramente eſſer oſſo di Sant'Andrea Arciveſcovo di Candia, Santo di tanta ſantità, e veneratione non ſolo appreſſo i latini, ma anco appreſſo i Greci come ad ogn'uno, che ha letto o legge l'Iſtorie è beniſſimo noto: ma miracolo grande fu, e non deve eſſer tacciu-

ſticæ facultates detrimenta in dies majora capiebant, ſtatuit adire Confeſſarium ſuum, eique rerum ſuarum rationem reddere, & ingentem, qua premebatur, ærumnam aperire. Religioſus homo reſpondit advertendum eſſe, num onus legati alicujus ſolvendi haberet, cumque repoſuiſſet nullo ſe hujusmodi onere teneri, ſed tamen apud ſe habere Os Sancti cujusdam, cujus nomen ignorabat, quod involutum linteo, jampridem in ſcrinio aſſervabat. Confeſſarius juſſit, ut ad aliquam illud Eccleſiam deferret. Cum vero degeret in noſtro hoc Cœnobio Petri Avia, cui nomen Soror Marcella, Os ad eam attulit, & contigit circa annum MDLXIX, ut eadem Sancta Reliquia decenti in loco poneretur, ubi magna cum veneratione aſſervatur. Adhibita autem diligenti cura, ut legi poſſent quædam Græcæ litteræ inſcriptæ parvo argenteo circulo Os ipſum ſanctum ambiente, liquido conſtitit, os illud eſſe S. Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis, qui tanta effulſit ſanctimonia, & tanto fuit in honore non apud Latinos ſolum, ſed etiam apud Græcos, ut cuilibet hiſtoriarum perito perſpectum eſt. Sed ingens prodigium fuit, nec omitti debet

eiuto; continuando queſto tale le ſue mercantie particolarmente havendo mandato fuori una nave, e quando meno vi penſava gli vene la nave a ſalvamento con grandiſſima facoltà, dal cui miracolo devono imparare gli fedeli in quanta veneratione vuole noſtro Signore Iddio ſiano tenute, & honorate le Reliquie di quelli, che vivendo furno ſervi di ſua divina Maeſtà. Queſta reliquia s'eſpone tre volte all'anno cioè alli quattro Luglio ſolennità di eſſo Santo, la preſentatione della Santiſſima Vergine Maria feſta della noſtra Chieſa, & la terza feſta di Paſqua di Reſurrezione feſta del Santo Sepolcro a quali ſolennità s'eſorta ogni fedel Chriſtiano venire ad honorare detta ſanta reliquia con ſperanza d'ottenere grazie da Noſtro Signor Iddio, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis.

Intorno all'anno 1617. havendo Suor Chriſtina Monaca profeſſa in detto Monaſterio udito raccontare le gran virtù del far miracoli del antedetto B. Andrea ritrovandoſi con febre continua, che per il corſo de vintidoi giorni l'haveva travagliata ſenza mai ceſſare fece voto di ſpender certo danaro per far un reliquiario d'argento per riporvi con maggior

bet prædictum Petrum negotiationem ſuam continuaſſe, & navim præſertim alio miſiſse, quam, cum nihil tale cogitaret, repente reducem, & incolumen vidit, & multis opibus onuſtam. Ex quo prodigio addiſcant Fideles, quanto velit Deus honore coli Reliquias eorum, qui fideles famuli ſui in vita fuerunt. Hæc Reliquia ter in anno publico cultui exponitur, ſcilicet die IV. Julii, quæ Sancto ipſi Andreæ ſacra eſt, & ſolemnis, tum in Feſto Præſentationis Deiparæ, quod in noſtra Eccleſia celebratur: denique feria III. poſt Reſurrectionem, quæ nobis in honorem Sancti Sepulcri eſt ſacra: quibus diebus, hortamur omnes Chriſtifideles, ut accedant ad cultum prædictæ Sanctæ Reliquiæ cum ſpe impetrandi dona a Deo Domino noſtro, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis.

Circa annum MDCXVII. cum Soror Chriſtina Monialis Profeſsa in eodem Monaſterio audiſset ſibi enarrari virtutem ingentem patrandi prodigia prædicti Beati Andreæ, cumque ex febri continua ægrotaret, quæ dies continenter XXII. illam ſine interruptione vexaverat, vovit impenſas pecuniæ faciendas in conſtructione argentei Reliquiarii, in quo decen-

gior decentia la reliquia dell' oſſo di detto Santo, & ſubito fatto il voto incominciò a migliorare, ſi che in capo de doi giorni fu riſanata del tutto.

Intorno all' anno 1618. tra le molte Monache, che ſtavano amalate nel letto nel Monaſterio predetto ritrovandoſi Suor Moroſina più aggravata delle altre, anzi talmente aggravata, che da Medici era ſtimata, che preſto preſto doveſse morire, havendo di già cominciato a perder la viſta una Monaca ſua confidente l' eſortò a votarſi, & raccommandarſi di cuore al detto B. Andrea, il che fatto ſi riduſſe ad un manifeſto miglioramento & tale, che il Medico ſopravenuto la matina ſeguente la trovò con pochiſſima febre, e de lì ad alcuni giorni reſtò poi del tutto libera dal male.

Nell' anno 1619. vel circa nel meſe d'Agoſto in giorno di Domenica Suor Anna di detto Monaſterio aſsalita da gagliardiſſima febre, & data da Medici per ſpedita, poichè doi meſi continui haveva portata la detta febre ne vi era alcun rimedio, ne ſcampo alla ſua vita fattaſi devotamente ſegnare con la reliquia di detto

centius contineretur Os ejusdem Sancti, & voto vix emiſſo cœpit melius habere, adeo ut poſt biduum omnino convaluerit.

Circa annum MDCXVIII. inter multas Moniales ægrotantes in prædicto Monaſterio erat Soror Maurocena morbo præ cæteris graviori laborans, immo eo loco res erat, ut Medici de ejus valetudine quamprimum actum fore pronuntiarent, quandoquidem oculorum acies languere cœperat, & obtenebrari. Tunc vero Monialis quædam ſingulari neceſſitudine illi devincta eandem hortata eſt, ut voto concepto ſe ex corde Beato Andreæ commendaret. Quod cum fecisset vis morbi manifeſte deferbuit, adeo ut Medicus poſtridie mane ſuperveniens febrim in ea vix aliquam invenerit, nec multis poſt diebus ab omni morbi veſtigio prorſus emerſerit.

Circa annum MDCXIX. Menſe Auguſto, & die Dominica Soror Anna ejusdem Monaſterii comprehenſa febri vehementiſſima, & a Medicis deſperata, ſiquidem per duos menſes integros eandem febrim nunquam potuit expellere, nec remedia ſuppetebant, nec auxilium vitæ, cum devote Benedictionem Reliquiæ B. Andreæ

detto Beato Andrea, di ſubito incominciò a migliorare, & poi a poco a poco ridurſi a ſtato tale, ſicchè in fine del tutto ricuperò la ſanità.

L'anno 1623. in circa Suor Rimonda Converſa del Monaſterio ſudetto cominciò a patir un dolore di ſtomaco con affani, & dolori graviſſimi, che alle volte li cauſavano la febre, che li durava per molto tempo, al qual male havendoſi applicato da Medici, ma ſempre in vano molti rimedii, finalmente tré anni doppo havendo eſſa Monaca fatto certa elemoſina per far un reliquiario alla reliquia del B. Andrea ſudetto, che ſi ritrovava nel Monaſterio ſudetto ſe le raccommandò de cuore, acciò l'impetraſſe la ſua ſanità promettendo per tutto il tempo della ſua vita recitare ogni giorno in ſuo honore un Pater Noſter, & un Ave Maria, & ſubito reſtò del tutto ſana da quel male di ſtomaco che all'hora con tal vehementia la travagliava, che l'haveva ridotta con una gran febre a paſſo di morte, ſi che il chirurgo, che haveva cominciato a medicarla con alcuni veſcigatorii ſubito ghe li ſerrò, & levò mano dalli rimedii, vedendo, che il mezo ſo-

dreæ ſuſcipere voluiſſet, confeſtim convaleſcere cœpit, & ſenſim quæ eo usque convaluit, ut tandem perfectam ſanitatem priſtinam recuperaverit.

Circa annum MDCXXIII. Soror Raymunda Cœnobii ejusdem Converſa ſtomachi doloribus torqueri cœpit non ſine ſpiritus interclusione, & ſævis doloribus interdum febrim diuturnam cauſantibus. Contra hunc morbum cum Medici remedia multa, ſed ſemper fruſtra adhibuiſſent, tandem triennio poſt eadem Monialis eleemoſinam erogavit, qua Reliquiarium conficeretur pro Reliquia B. Andreæ in Monaſterio exiſtente. Tum illi ſe commendavit ex corde, ut ſuam a Deo ſanitatem impetraret promittens ſe toto vitæ ſuæ tempore recitaturam quotidie in ejus honorem Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem. Nec mora, facta eſt confeſtim ſana ab illo ſtomachi morbo, quo adeo vehementer actu cruciabatur, ut furioſa febri accedente ad vitæ extremum deveniſset. Propterea chirurgiæ profeſsor, qui Cantharidas adhibuerat ad medelam, easdem removit, & hiantes tumenteſque veſcicas clauſit, videns ſupernaturali remedio Sancti implorati eam ad ſtatum

ſoprãnaturale dall'interceſſione del Santo l'haveva ridotta a ſtato di ſicura, & perfetta ſalute.

Ritrovandoſi l'anno 1624. infermo di febre con molto pericolo, il Signor Leonardo Formenti pregata Suor Marieta Formenti Monaca del antedetto Convento a riccorrer ad alcuna particolar devotione per ſupplicare il Signore Iddio per la ſua ſanità, lo raccommandò divotamente al detto B. Andrea, & ricercò, che per ottener più ſicuramente la priſtina ſanità ſi deſſe alcuna elemoſina per fare il tabernacolo della ſua reliquia, & incontinente eſſo Lunardo migliorò, & de lì a pochi giorni ricuperò del tutto la ſanità, & del tutto.

L'anno 1626. ritrovandoſi Suor Viena Peranda Monaca Profeſſa del Monaſterio del S. Sepolcro di Venetia, inferma di una febre terzana continua havendola patita per otto giorni ſeguenti ſenza che mai li ceſſaſſe, ſi votò al Beato Andrea Arciveſcovo di Candia, del corpo del quale tengono eſſe Monache un'oſſo, antica reliquia di eſſo Monaſterio, pregandolo ad intercederle dal Signor Dio la ſua ſanità promettendo far celebrare una Meſſa in honore di detto Santo,

ſtatum certæ, & perfectæ ſalutis adductam.

Cum anno MDCXXIV. decumberet periculoſa admodum febri correptus Dom. Leonardus Formenti, rogata enixo Maria Formenti in eodem Monaſterio Moniali, ut aliquam peculiarem devotam praxim exerceret ad orandum Deum pro ſua valetudine, illa ægrotum devote commendavit Beato Andreæ, & inſtavit, ut ad obtinendam tutius priſtinam ſanitatem eleemoſyna aliqua fieret pro conficiendo tabernaculo, cui Reliquia imponeretur, & continuo idem Leonardus morbo relevari cœpit, nec multo poſt pleniſſime valuit.

Anno MDCXXVI. cum Soror Vienna Peranda Profeſſa inter Moniales Monaſterii S. Sepulcri febrim pateretur, quam duplicem vocant continuamque tertianam, neque poſt integrum octiduum vis morbi quidquam remitteret, votum emiſit in honorem B. Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis, de cujus lipſanis Moniales Os poſſident antiquam Monaſterii Reliquiam, orans, ut a Deo ſanitatem ſuam intercederet, unaque promittens ſe eleemoſynam pro Miſſa in honorem San-

to, & ſubito fatto il voto ottene la gratia perchè non li venne il paroſiſmo, che quel giorno ſi aſpettava infallibilmente, & il dì ſeguente reſtò del tutto libera dal male, & perfettamente ſana, attribuendo la ſanità non alli rimedii medicinali, che mai li havevano giovato, ma al detto Santo poi, che con gran divotione a quello ſi è raccomandato.

L'anno 1626. Suor Pacifica Monaca Profeſſa del antedetto, & più volte nominato Monaſterio havendo per il corſo de tre anni patito una continua ſordità nel orecchia ſtanca, che le levava da quella parte l'uſo dell' udito, ſicchè per eſsa non ſentiva coſa alcuna, fatto voto di far celebrare una Meſsa in honore del Beato Andrea Cretenſe di ſubito guarì, ne mai più ha patito tal male, il che è ſtato con molto ſtupore, & contento di tutte le Monache di eſso ſuo Monaſterio.

L'anno 1629. Suor Michiela Baglioni profeſsa nel ſudetto Monaſterio del Sepolcro nella Settimana de Paſqua aggravata di febre, & mal di ponta con pericolo della vita, una mattina tenendo gli occhi chiuſi ſi raccomandò devotamen-

Sancti celebranda daturam, factoque voto gratiam ſanitatis e veſtigio aſsequuta eſt, neque enim nova acceſſit febris eadem die, quæ ſine dubio expectabatur, & poſtridie fuit a morbo plane immunis, & cum valetudine perfecte recepta, adſcribens ſanitatem non medicinæ viribus, quæ nihil unquam profuerant, ſed Beato Andreæ, cujus patrocinium magna cum fiducia, & devotione imploraverat.

Anno MDCXXVI. Soror Pacifica in prius, & ſæpius nominato Cœnobio Monialis profeſsa, cum per triennium continuam in aure ſiniſtra ſurditatem paſsa eſset, quæ auditum in ea parte plane ſuſtulerat, adeo ut nihil omnino perciperet, emiſso voto celebrationis unius Miſsæ in honorem Beati Andreæ Cretenſis confeſtim audivit, nec amplius hoc morbo laboravit, quod accidit non ſine ingenti admiratione & gaudio omnium ejus Cœnobii Monialium.

Anno MDCXXIX. Soror Michaela Balleonia in dicto Monaſterio Sepulcri Profeſsa in hebdomada Paſchæ ex febri, & pleuritide in vitæ periculo exiſtens mane quodam clauſis oculis devote confugit ad Patrocinium Beati Andreæ Creten-

mente al detto Beato Andrea Cretenſe, & ſi votò di farle arder una lampeda per alcuni giorni avanti alla ſuddetta ſua reliquia, & appenderli inanzi una ſtatua di argento, & incontinente l'apparve eſso Beato con faccia grave, con l'inſegne Epiſcopali, & imaginandoſi detta Monaca, che quello foſse il detto Beato Andrea le venne in penſiero di chiederli la ſua beneditione dicendoli vi piace di benedirmi, & così all'hora eſso Beato li diede la Beneditione, & li diſse, ſta di buona voglia, & poi ſparve, & la Monaca ſi deſtò migliorata, & in breviſſimo tempo reſtò ſana, ancorchè per altro non ſperaſse di vivere, poichè l'arte della Medicina havendo tentato varii mezi, non haveva potuto guarirla, & fatta ſana adempì il voto promeſso.

tenſis, vovit ſe lampadem per aliquos dies ante ejus Reliquiam accenſuram, & argenteum ſimulacrum proxime ſuſpenſuram, & illico apparuit illi Beatus Andreas gravi aſpectu, & Epiſcopalibus veſtimentis indutus, cumque illum ipſum eſse Monialis ægra arbitraretur voluit benedictionem ab illo obtinere, eique dixit: placeat benedictionem impertiri, cui idcirco Beatus benedixit, & addidit: bono animo eſto, & evanuit ex ejus oculis. Tum Monialis experfeſacta eſt morbo jam decreſcente, & citiſſime convaluit, quamquam cæteroquin vitam producere non ſperaret, quandoquidem ars Medica remedia bene multa tentaverat, nec ad ſanitatem revocare potuerat. Votum Monialis ſana adimplevit.

Index Abbatiſſarum Monaſterii S. Sepulcri.

Beatricem Venerio, & Beatam Claram Bugni huic Monaſterio in ipſo ſuæ Fundationis exordio præfuiſse ex ipſius Claræ vita agnoſcimus, quam Latine, ut diximus exaravit Clar. Vir Franciſcus Georgius Ordinis Minorum de Obſervantia alumnus, & ipſius Claræ olim Confeſsarius. Quæ clariſſimas haſce Virgines in munere ſubſequutæ ſunt, eas, ut fas fuit, ex inordinatis Archivi ſchedis, & codicibus erutas exhibemus.

Anno 1516 Maria fortaſse de Canalibus ex primis, quæ in loco Seraphicum inſtitutum amplexæ fuerunt.

Anno 1531 Auguſtina.
Anno 1543 Cornelia.
Anno 1593 Vincentia Capis.
Anno 1600 Eliſabeth Maſsa.
Anno 1618 Maria Formenti, de cujus pietate circa Divi Andreæ Cretenſis Reliquias ſuperius dictum eſt. Iterum 1632. 1638.
Anno 1622 Innocentia.
Anno 1625 Camilla de Alibardis.
Anno 1629 Contarena Contarena. Iterum 1635.
Anno 1645 Lucia Molina.
Anno 1647 Cornelia de Floravantis.
Anno 1650 Perpetua Piſani Novennio rexit.
Anno 1660 Columba Poleni. Iterum 1666.
Anno 1663 Roſana Golini.
Anno 1669 Angela Gotardini. Iterum 1675.
Anno 1672 Claudia Damiani. Iterum 1684.
Anno 1681 Anna Righetti.
Anno 1687 Angelica Fanelli. Iterum 1696.
Anno 1690 Maria Joanna Albinoni. Iterum 1699.
Anno 1693 Maria Pax Bortolotti.
Anno 1702 Maria Candida Jugali. Iterum 1709.
Anno 1705 Maria Archangela de Prata. Iterum 1716.
Anno 1710 Franciſca Soderini. Iterum 1720. 1723.
Anno 1713 Eliſabeth Calegari.
Anno 1717 Clara Maria de Prata.
Anno 1726 Electa Maria Caſtelli Confirmatur 1729.
Anno 1731 Maria Cœleſtis Calegari Confirmatur 1734. Iterum 1743.
Anno 1737 Roſa Franciſca Zuanelli Confirmatur 1740. Iterum 1746.
Anno 1749 Laura Maria Ferramoſca Confirmatur 1751.

Nobi-

Nobiles Mulieres ex Euboea Inſula dilapſæ opem ad ſubſidium vitæ implorant, & obtinent.

A 1475. 1. Martii.

Ex regeſtis Cancellariæ Ducalis.

1475. *Menſis Martii.*

AL Sereniſſimo Cospetto della Clementiſſima voſtra Signoria, cum ogni reverentia humiliter ſe apreſentemo noi ſora tutte le altre, che mai foſſeno al Mondo infortunatiſſime Donne Zentildonne nate a Negroponte Madre, Fiole Serelle, e ſpoxe di fedeliſſimi Martiri di Chriſto e de la Voſtra Illuſtriſs. Signoria. Qui noi ſiamo, di quante riccheze, ſtato, felicità ſiamo cadute la Serenità voſtra beniſſimo intende della miſeria, & inaudita calamità noſtra. Quantunque i pianti, e le voce zà riſonano in ogni lingua, & ogni zente. Molto più debbono eſſer eſaudite dalle pietoſiſſime orecchie della voſtra ſublimità, a piedi della quale dalle oribil ſervitù de Turchi ſemo reddute. Degnaſſe adunque l' Altitudine voſtra veder li habiti noſtri molto miſerabili, li volti molto ſmariti, e palidi, li quali zà videno le ſanguinoſe ſpade Turcheſche tagliar, & smenbrar i fioli, i mariti con li altri noſtri parenti. Et quantunque la crudeltà de Barbari da noi miſerabile femine ſe aſteneno, e non avolſeno occidere, ſo grande miracolo che da paura, e dolore non cadeſſemo morte. Ma così ha parſo a la Maeſtà Divina per exempio eterno a tutto el Mondo perchè foſſemo za molto felice, e de grandiſſima proſperità. Dapoi la fortuna giattandone per tanti caſi doppo l' excidio della noſtra Patria la horibel morte di tanti noſtri poi l' inſoportabil ſervitù Barbarica: e doppo tanta varietà de mali ſemo rendute a mendicare il pane per le aliene porte. Supplichemo adunque per la ſolita voſtra clemenza e compaſſione e per merito della fede ſen-

1475. *Menſis Martii.*

IN Conſpectum Sereniſſimum Clementiſſimæ Dominationis veſtræ, cum omni reverentia humiliter venimus nos mortalium omnium infeliciſſimæ mulieres, & Nobiles Feminæ in Euboea Inſula natæ, matres, filiæ, ſorores, & ſponſæ fideliſſimorum Martyrum Chriſti, atque Illuſtriſſimæ veſtræ Dominationis. Hic adſtamus, & quidem ſatis Serenitas veſtra ex miſeria & inaudita calamitate noſtra intelligit, ex quali divitiarum & felicitatis gradu exciderimus. Quamvis autem gemitus, & clamores noſtri ad univerſas gentes, & populos pervenerint, tamen multo magis oportet, ut a piiſſimis auribus ſublimitatis veſtræ excipiantur, ad cujus pedes ex horribili Turcarum captivitate confugimus. Dignetur itaque altitudo veſtra reſpicere attrita veſtimenta noſtra, faciesque emanctas & pallidas, que ſuper cruentos Turcarum gladios conſpexerunt Filiis, Sponſis, & Conſanguineis necem afferre: Et quamvis Barbarorum ſevities a noſtra occiſione abſtinens nobis miſeris mulieribus pepercerit, tamen miraculo adſcribi poteſt, quod nos timor & dolor morte non affecerit. Ita quidem Divinæ Majeſtati placitum fuit, ut univerſo orbi evaderemus in eternum exemplum. Fuimus enim felices admodum & in maxima proſperitate poſitæ, at adverſo fato per varios caſus jactatæ poſt patrie excidium, poſt triſtem noſtrorum cædem, poſt ſeviſſimam Barbarorum captivitatem, atque poſt multam malorum varietatem, ad talem mendicitatem jam reductæ ſumus, ut cogamur panem oſtiatim emendicare. Exoramus igitur innatam Clementiam veſtram, & pietatem per merita ſin-

ſenciera di quelli fedeliſſimi Martiri, li quali fortemente pugnando pel nome di Chriſto, e della voſtra Serenità ſono glorioſiſſimamente morti a Negroponte ve degnate no dare, ma impreſtare alla vita noſtra, la qual ſarà breviſſima uno qualche tecto, & recepto qual alla ſapientiſſima Signoria voſtra parà conveniente aciò che in quello ſi poſſiamo redure, & inſieme piangere l'infortunio, & oribil caſo noſtro. E concederne tanto pane che poſſiamo ſoſtenere le anime noſtre nelli afflitti Corpi noſtri ſino alla morte. Non cerchiamo più le perdute ricchezze non più cerchiamo l'onori e la nobiltà delle antique caxade ſolamente deſideremo in qualche loco rimoto, e ſolo quietamente complire queſta noſtra gravoſa vita. La qual compita el loco tornerà in mano della Voſtra Serenità alla qual umilmente ſe raccomandemo.

Queſte infraſcritte ſono le ſupplicante.

- ſ. Elena Dieda, e una ſo fiola.
- ſ. POLLISENA PREMARIN, e una ſo Nezza.
- ſ. Cattarina Canal e una ſo fiola.
- ſ. Maria Creſpo, e una ſo fiola.
- ſ. Samaritana da Canal e una ſo fiola.
- ſ. Cattarina Sanudo.
- ſ. Grazia Premarin.
- ſ. Chriſtina Protimo.
- ſ. BEATRICE VENIER.
- ſ. Maria Scagnol e una ſo Sorella.
- ſ. Maria Eopana.
- ſ. Antonia Premarin, e una ſo fiola.
- ſ. Orea de Berti.
- ſ. Anna dalle Zaure con tre fioli uxor q. Dom. Joannis de Molino q. ſ. Maſei cum Matre ſua.
- ſ. Maria Maripetro uxor olim ſ. Paſqualis Maripetro.
- Una filia q. ſ. Andree Zane qui fuit Camerarius Negropontis.

ſinceræ fidei illorum fideliſſimorum Martyrum, qui ſtrenue pugnantes pro Chriſti, & Serenitatis Veſtræ glorioſe nomine in Euboea Inſula mortem oppetierunt, ut dignetur commodare potius, quam concedere ad vitæ noſtræ quæ breviſſima erit, neceſſitates tectum aliquod, & ſubſidium, prout melius Sapientiſſimæ Dominationi veſtræ conveniens eſſe videbitur, ut in illo congregatæ, infortunia noſtra, & triſtes caſus deplorare poſſimus; tantumque panis aſſignare, quantum ſatis ſit, ut animas noſtras in afflictis corporibus ſuſtineri poſſint uſque ad mortem. Divitias ammiſſas non querimus, nec antiqui generis ſplendorem, aut honores, ſed tantum modo optamus in remoto aliquo loco ærumnoſæ vitæ dies ſolitarie traducere, quibus completis locus ipſe iterum ad Dominium Serenitatis veſtræ revertetur, cui humiliter nos commendamus.

Hec infraſcriptæ ſunt ſupplices.

- Helena Dieda, & filia ſua.
- POLIXENA PREMARINO, atque una ſua Neptis.
- Catharina de Canalibus, atque una filia ſua.
- Maria Creſpo atque una filia ſua.
- Samaritana de Canalibus, & una filia ſua.
- Catharina Sanudo.
- Gratia Premarino.
- Chriſtina Protimo.
- BEATRIX VENERIO.
- Maria Scagnol cum una ſua Sorore.
- Maria Eopana.
- Antonia Premarino & una ſua filia.
- Orea de Bertis.
- Anna a Zauris cum tribus filiis. Uxor q. D. Joannis de Molino q. ſ. Maphei cum Matre ſua.
- Maria Maripetro Uxor olim ſ. Paſchalis Maripetro.
- Una filia q. ſ. Andree Zane qui fuit Camerarius Negropontis.

MCCCCLXXV. *die* II. *Martii in Rogatis*.

SI ulla unquam Elimoſina manſuetudini & benignitati Dominij noſtri, conveniens fuit, ſi debita. Si Deo Omnipotenti grata. Hec eſt ut vite Calamitoſe harum pauperum nobilium uxorum, & filiarum fideliſſimorum quondam Civium noſtrorum vita functorum pro fide & devotione in nos ſua ſucuratur de tecto ſaltem pane, vino & lignis, ne amiſſis opibus perſoniſque virorum ſuorum recepte poſt miſerandam ſervitutis conditionem ex manibus barbarorum apud nos nullum Clementie & beneficentie locum inveniſſe videantur. Qui in omnes etiam non bene de nobis meritos faciles, benignique eſſe conſueverimus preterea.

Vadit pars quod ultra ea que per procuratores noſtros uniuſcujuſque tabule liberaliter, & benigne offeruntur in receptum & ſubſtentamentum pauperum mulierum ſupraſcritarum Dominum noſtrum per offitia & modos infraſcritos capitulari debeat eis videlicet. Per proviſores noſtros bladorum dentur eis ſingulis annis in duobus vicibus ſtaria LXXX. farine XL. S. pro vice. Per Offitium autem ſalis plauſtra ſex vini, & per proviſiones lignorum carra octuaginta lignorum. Dividenda hec omnia inter ſupraſcriptas pauperes mulieres ſupplicantes pro numero buccarum, que ſunt in totum matres cum filiis, nepotibus & ſororibus, XXVII. in totum. Et ſi aliqua aut alique earum ab reliquis ſeparate vellent habitare habeant nichilominus portionem ſuam farine, vini & lignorum ut ſupra dictum eſt donec vixerint. Et defficientibus ex eis in dies portiones defunctorum non dentur ceteris, ſed remaneat in noſtro Dominio.

Ultra autem numerum ſupraſcriptum addi nulla alia poſſit neque loco deficientium ſubrogari niſi per quinque conſiliarios duo capita, & duas partes hujus Conſilii, ut hec Elimoſina neceſſaria & pia per coruptelam non fiat aut perpetua, aut nutrimentum tandem perſonarum abjectarum & non habentium merita que ſupraſcripte mulieres habent.

Comiſſarii Helenæ Vioni ædes ab ipſa Helena pauperibus legatas concedunt Polixenæ Præmarino ejuſque ſociis tertii Ordinis S. Franciſci.

B 1493. 13. Aprilis.

Ex Inſtrumento apud Moniales S. Sepulcri Venetiarum.

IN Chtiſti Nomine Amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo tertio menſis Aprilis die vero decimo tertio Indictione XI. In domo infraſcripti D. Angeli in Contrata S. Marie Matris Domini, preſentibus Magnifico D. Nicolao Mauroceno q. Magnifici D. Paſqualis de dicta Contrata, & ſ. Bartholomeo Bireſario dicto Conte de Brixia q. ſ. Joannis de Contrata S. Moyſi teſtibus ad hec vocatis, abhibitis, & rogatis. Cum ſit quod alias N. Domina Helena Vioni, relicta q. D. Marci de confinio S. Joannis Baptiſte, ſuo ultimo teſtamento, completo & roborato manu ſ. Gaſparis de Manis Not. Ven. ſub die 2. Januarii 1409. Indictione 3. inter cetera pia legata certas ſuas domos contiguas Hoſpitali Peregrinarum ſuper ca-

nale

nale Magnum legaverit conditionatas, quod de earum affictibus, & penſionibus annualibus eas in Hoſpitale predictum in contio, & in culmine teneri, & alia dicto Hoſpitali neceſſaria fieri, de quibus in teſtamento predicto fit mentio, reliquum vero ſuper abbundans, detractis predictis in teſtamento nominatis, miſerabilibus pauperibus diſpenſari, cumque diligentia Magnificorum Dominorum Commiſſariorum dicte Domine Helene domus predicte & Hoſpitale ipſum reperiantur, & ſint per optime in contio & culmine & neceſſaria Hoſpitali & Peregrinis, ita quod in preſentiarum nichilo indigeant, tam Hoſpitale, quam peregrine, & nonnulli reperiantur denarii penes eosdem commiſſarios, qui dandi & diſpenſandi ſunt juxta teſtamentum predictum miſerabilibus perſonis & pauperibus: Cupientque ipſi Commiſſarii piam voluntatem ſupraſcripte teſtatricis non ſolum adimplere, ſed potius laudabili opera augmentare, divina inſpiratione ducti, ideo conſtituti coram me Notario, & teſtibus ſupraſcriptis Magnificus & Clariſſimus Dominus Angelus Gabriel q. Magnifici Domini Andree; Magnificus Dominus Juſtinianus Juſtiniano q. Magnifici Domini Antonii, & egregius civis ſ. Petrus de Usnagis q. Domini Alviſii omnes tres tanquam commiſſarii ſupraſcripte q. Domine Helene Vioni, ut de eorum commiſſionibus mihi Notario conſtitum eſt facientes eorum nomine & nomine Clariſſimi militis Domini Franciſci Capelli q. Magnifici Domini Chriſtophori, & Magnifici D. Stephani Contareno, ac etiam Magnifici Dom. Matthei Premarino ſociorum ſuorum, & commiſſariorum abſentium, elligerunt & in dicto Hoſpitali deputaverunt Venerabiles religioſas Dominas Sorores Puliſenam Premarino, Beatricem Venerio, Marietam de Canali, Claram Balbi, Urſiam de Usnagis, nec non Sororem Menegam de Arimino, Sororem Mariam, & Sororem Bonam tertii ordinis S. Franciſci abſentes tanquam preſentes pro pauperibus, & loco pauperum ſubvenientorum de ſuperabundantiis affictuum dictarum domorum ultra ſupraſcripta facienda in exequutionem dicti teſtamenti attenta honeſtiſſima & religioſiſſima dictarum Ven. Dominar. fama & vita, ſtatuentes & concedentes eisdem Ven. Dominabus, & elligendis ab eis, & ab aliis in futurum earum ſororibus, uſque ad numerum duodecim tantum locum dicti Hoſpitalis per dictos Commiſſarios deſignatum ultra loca peregrinarum, & peregrinis mulieribus deputata, ad habendum, habitandum, tenendum, gaudendum, & poſſidendum, ibique religioſiſſimam S. Franciſci & Tertii Ordinis vitam exercendum faciendum, & adimplendum, ut decet Venerabiles ſorores religioſas facere, & exercere modis, conditionibus in eorum regula & capitulis ordinatis, cum hoc quod teneantur, & debeant conſervare Hoſpitale predictum, & peregrinarum maſſaritias & ſupellectilia eisdem mulieribus in omnem eventum ſervire, & miniſtrare ultra illis ſex mulieres, que nunc reperiuntur & ſunt in dicto Hoſpitali, que ullo unquam modo & tempore, nullaque causa & occaſione poſſint expelli ex dicto Hoſpitali a dictis Ven. Dominabus, neque a ſubſtitutis ab eis, ſed ſemper remaneant donec & quouſque dicte ſex mulieres tantum vixerint, niſi ex juſta & rationabili cauſa ab ipſis commiſſariis cognoſcenda, remanentibus ſemper omnibus & ſingulis locis dicti Hoſpitalis, & utilitatibus, ſpectantibus peregrinis, & ſupraſcriptis ſex mulieribus, eisdem peregrinis, & mulieribus, prout hactenus obſervatum eſt. Rogantes me Notarium infraſcriptum, ut de predictis omnibus publicum conficerem inſtrumentum.

Actum Venetiis loco, & preſentibus quibus ſupra.

Ego Bernadinus de Zanettis q. ſ. Dominici publicus Imperialis Notarius & Judex ordinarius premiſſis omnibus preſens fui rogatus ſcripſi, & publicavi. In quorum omnium fidem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Ale-

Alexander VI. Sororibus Tertii Ordinis S. Franciſci degentibus in Monaſterio Sepulcri Dominici Venetiarum concedit, ut in ipſo remaneant, & morentur ſub perpetua clauſura, atque ſub obedientia Fratrum Minorum de Obſervantia.

C 1499. 7. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci a Vinea Venetiarum, & ex Wading. Tom. XVI. pag. 572.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Archidiacono Eccleſie Nonen. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Regularem vitam profeſſis preſertim feminei ſexus, que relicto mortalis viri thoro immortali ſponſo Chriſto Jeſu ſe ſponte dedicarunt, ſic expedit omnem perturbationis materiam ſubtrahi, earumque commoditatibus & animarum ſaluti conſuli, quod in contemplationis ſinceritate quietum valeant, & tranquillum reddere Domino famulatum. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Domus Sepulcri Dominici Venetiarum Tertii Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupati, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim quondam Elena, quondam Marci Vioni laici Venetiarum uxor, dum viveret de propria ſalute recogitans, ac cupiens terena in celeſtia & tranſitoria in eterna felici commertio commutare, ac condens de bonis ſuis in ejus ultima voluntate teſtamentum, quandam domum in Civitate Venetiarum conſiſtentem, & ad eam legitime ſpectantem unam videlicet pro uſu & habitatione aliquarum mulierum inibi vita regularem ducere cupientium, prout executoribus dicti Teſtamenti opportunum videretur, & aliam medietatem ejuſdem domus pro pauperibus mulieribus ſepulcrum Dominicum Jeroſolimitanum, & limina Apoſtolorum Petri & Pauli de Urbe, & S. Jacobi in Compoſtella, & alia pia loca peregrinationis cauſa viſitare volentibus reliquit, prout in quodam Inſtrumento publico ſuper teſtamento hujuſmodi confecto dicitur plenius contineri. Et predicta Elena vita functa, dicti executores ſorores predictas juxta ipſius Elene voluntatem inibi introduxerunt, ac in ea ſub invocatione preſentationis Beate Marie Virginis quandam Capellam, in qua certum ſepulcrum ad inſtar & ſimilitudinem Sepulcri Dominici Jeroſolimitani hujuſmodi conſtructum fuit, rite edificari fecerunt. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, cupiant dicte Sorores in eadem domo, quam pro earum & dictarum peregrinantium mulierum ampliarunt, ſub perpetua clauſura & cura Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum virtutum Domino famulari, & perpetuo remanere, pro parte dictarum Sororum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis & aliis ſororibus dicti Ordinis domum predictam, cum Capella hujuſmodi perpetuo retinendi & in ea ſub cura & regimine Fratrum predictorum, & perpetua clauſura permanendi, & degendi licentiam concedere, aliasque in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui religionem propagari, & divinum cultum ubique augeri noſtris potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus, prefatas ſorores, & earum ſingulas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis, a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodate exiſtant, ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcre-

ſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prefatis ſororibus domum cum Capella hujuſmodi perpetuo retinendi, & in ea ſub cura dictorum Fratrum & perpetua clauſura, ita quod ab eadem domo nunquam exire debeant permanendi, & degendi auctoritate noſtra abſque alterius prejuditio, liberam & omnimodam licentiam concedas, ipſiſque ſororibus in eadem domo pro tempore degentibus, ut dictis Fratribus earum peccata confiteri, ac ab eis Eucariſtiam, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta recipere; Quodque capellam hujuſmodi, & illius altare predictum, nec non cimiterium pro earum ſepulcris per aliquem catholicum antiſtitem in Civitate Venetiarum reſidentem, ac gratiam & communionem Sedis Apoſtolice habentem, per eas eligendum conſecrari, ac in ipſa capella, poſtquam conſecrata fuerit, congruis temporibus miſſas celebrari facere, & alia divina officia celebrare, ac ad ea campanas pulſare, & tam ipſe quam domus & capella hujuſmodi omnibus, & ſingulis gratiis privilegiis, conceſſionibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & a votis per eas pro tempore emiſſis abſolutionibus, indultis, favoribus, & etiam certis anni temporibus haberi ſolitis indulgentiis, aliis domibus, & capellis dicti ordinis conceſſis, & ſororibus in illis degentibus in genere conceſſis, & in poſterum concedendis, ac quibus ille utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate indulgeas, jure tamen Parochialis Eccleſie, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus tertii & Fratrum hujuſmodi ordinum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, nec non quibuſvis privilegiis indultis, & litteris Apoſtolicis Ordini Fratrum Minorum, etiam de obſervantia nuncupatorum, hujuſmodi ſub quibuſvis verborum formis & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus & inſolitis, irritantibusque decretis conceſſis, & inpoſterum forſam concedendis, quibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus pro eorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes mentio, ſeu quevis alia expreſſio habenda foret: eorum tenores preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes hac vice dumtaxat illis alias in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnat. Dominice Mccccxcix. Septimo Novembris Pontificatus noſtri anno octavo.

Alexander VI. Guardiano, & Fratribus S. Franciſci Venetiarum mandat, ut quoties fuerint requiſiti a Monialibus S. Sepulcri Venetiarum, teneantur ipſis concedere unum ex Fratribus idoneum, qui curam & regimen earum in ſpiritualibus gerat.

D 1499. 26. Novembris.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci de Vinea Venetiarum.

ALexander Pp. VI. Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ut animarum ſaluti dilectarum in Chriſto filiarum Monialium domus San-

ſancti Sepulcri Venetiarum ſalubrius conſuleretur, quod ille ſub veſtra cura & gubernatione, quoad viverent, perſiſterent per alias noſtras litteras conceſſimus, atque mandavimus, prout in illis plenius continetur. Cum autem de viribus conceſſionis hujusmodi ab aliquibus dubitari diratur; Nos omne dubium de medio tollere, ac quieti & paci earumdem Monialium paterna charitate conſulere volentes, vobis & pro tempore exiſtentibus Guardiano & Fratribus iſtius domus in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunicationis pena committimus, ac mandamus, ut quotienscunque pro parte earumdem monialium fueritis requiſiti, unum ex veſtris fratribus idoneum, ac bone & laudabilis vite, qui curam & regimen earum gerat, confeſſiones audiat, & Sacramenta Eccleſiaſtica eis miniſtret, ac alia, prout in dictis litteris continetur, faciat, deputare debeatis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac veſtris & earumdem monialium ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis qoibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum, ſub anulo piſcatoris die XXVI. Novembris MCCCCXCIX. Pontific. noſtri anno VIII.

A tergo | Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus domus S. Franciſci Venetiarum Ordinis Fratrum Minorum de obſervantia pro tempore exiſtentibus.

Vicarius Generalis & Fratres de Obſervantia rogant Alexandrum VI. ut Moniales S. Sepulcris dilatare poſſint ſuum Monaſterium deſtruendo domos aſſignatas in hoſpitium peregrinarum, atque ipſi Fratres non teneantur eas ſuſcipere ſub cura ſua, quas praeces Pontifex delegat Patriarchae Veneto.

E 1500. 8. Februarii.

Ex Archivo Monaſterii S. Sepulcri Venetiarum.

ALexander Papa VI. Vener. Frater Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Mittimus Fraternitati tue ſupplicationem preſentibus introcluſam, manu dilecti filii noſtri Johannis Cardinalis Alexandrini in preſentia noſtra ſignatam. Volumusque & tibi committimus, ac mandamus, ut vocatis vocandis, & re diligenter matureque conſiderata, id deſuper facias quod diſcretioni & conſcientie tue, quam deſuper oneramus, videbitur eſſe faciendum.

Datum Rome apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die IX. Februarii 1500. Pontificatus noſtri anno Octavo. Sigiſmundus.

A tergo | Ven. Patriarche Venetiarum.

Exemplum ſupplicationis.

Beatiſſime Pater. Nuper pro parte Sororum Domus Sepulcri Dominici Venetiarum tertii Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupati Sanctitati Veſtre expoſito quod olim q. Helena q. Marci Vioni Laici Venetiarum uxor, dum viveret de propria ſalute recogitans, & cupiens terrena in celeſtia & tranſitoria in eterna felici commercio commutare, ac condens de bonis ſuis in

ejus ultima voluntate teſtamentum, quamdam domum in Civitate Venetiarum conſiſtentem, & ad eam legitime ſpectantem, unam videlicet pro uſu & habitatione aliquarum mulierum regularem vitam ducere cupientium, prout exequtoribus dicti teſtamenti opportunum videretur, & aliam medietatem ejuſdem domus pro pauperibus mulieribus ſepulcrum Dominicum Hieroſolymitanum, & limina Apoſtolorum Petri & Pauli de Urbe, & Sancti Jacobi in compoſtella, ac alia pia loca peregrinationis cauſa viſitare volentibus reliquerat, prout in quodam publico inſtrumento deſuper confecto plenius dicebatur contineri, & predicta Helena vita functa dicti exequtores, ſorores predictas juxta ipſius Helene voluntatem in eamdem domum introduxerant, ac in ea ſub invocatione preſentationis Beate Marie Virginis quamdam capellam, in qua certum ſepulcrum ad inſtar & ſimilitudinem ſepulcri Dominici Hieroſolymitani conſtructum fuit, rite edificari fecerant S. V. certo judici in partibus illis ſuis dedit litteris in mandatis, quatenus prefatis Sororibus domum cum capella hujuſmodi perpetuo retineri, & in ea ſub cura dictorum fratrum & perpetua clauſura, ita quod ab eadem domo numquam exire deberent permanendi & degendi, liberam & omnimodam licentiam concederet, ipſiſque ſororibus in eadem domo pro tempore degentibus dicti fratribus earum peccata confiteri, & ab eis Euchariſtiam, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica recipere. Quodque capellam, & altare illius hujuſmodi, nec non cimiterium pro earum ſepulturis per aliquem catholicum antiſtitem in Civitate Venetiarum reſidentem, ac gratiam & communionem Sedis Apoſtolice habentem per eas eligendum conſecrari, & in ipſa capella, poſtquam conſecrata fuerit, congruis temporibus miſſas, & alia divina officia celebrari facere, ac ad ea campanis pulſare, & tam ipſe quam domus, & capella hujuſmodi omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, conceſſionibus, exequtionibus, libertatibus, immunitatibus a vobis per eas pro tempore emiſſis, abſolutionibus, indultis, favoribus, & etiam certis anni temporibus haberi ſolitis indulgentiis, aliis domibus & capellis dicti ordinis, & Sororibus in illis degentibus in genere conceſſis, & in poſterum concedendis, ac quibus ille utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum uti, potiri, ac gaudere poſſent, indulſit, prout in litteris predictis, quarum tenorem preſentibus, ac ſi de verbo ad verbum infereretur pro expreſſis haberi placeat, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dicta domus pro Monaſterio nimis arcta ſit, & propter domorum nonnullorum nobilium propinquitatem commode ampliari non poſſit, ac ex monialium, & peregrinarum mulierum habitatione hujuſmodi magna confuſio generari valeat, ſintque in Civitate predicta tria alia Monaſteria Ordinis Sancte Clare, ſub cura dictorum fratrum degentium, & ipſi Fratres in tot Monaſteriorum cura nimis graventur, & a contemplative vite continuatione retrahantur, ex quo potius animarum pericula, quam ſalus proveniret, ſupplicatur humiliter S. V. pro parte devotorum illorum oratorum Vicarii Generalis citramontanorum, ac fratrum de obſervantia hujuſmodi, ſub ejus cura exiſtentium, quatenus ſuper hoc opportune providentes aliquibus probis viris in partibus illis, ut ſi eis quando dicta domus pro Monaſterio Monialium ſufficiens & idonea non ſit, ac de aliis premiſſis legitime conſtiterit, litteras predictas & proceſſus forſan habitos per eaſdem, ac inde ſequuta quecunque auctoritate Apoſtolica revocent, caſſent, & annullent, nulliuſque roboris vel momenti eſſe, ſed dictas mulieres, prout hactenus vixerunt in eadem domo, vivere debere, ipſoſque oratores illas alias, quam hactenus fecerunt, ſub cura ſua ſuſcipere non teneri decernant, & declarent, aliaque omnia & ſingula faciant & exequantur, que in premiſſis & circa ea neceſſaria erunt quomodolibet, & opportuna committere & mandare

dare

dare dignemini de gratia ſpeciali, non obſtantibus premiſſis, ac conſtitutionibus & ordinibus Apoſtolicis, ac ſtatutis &c. roboratis, ceteriſque contrariis quibuscunque cum clauſulis opportunis & conſuetis. Conceſſum, quod committatur Patriarche Venetiarum, in preſentiam D. Pape Jo: Card. Alexan.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum preſentium.
Et de commiſſione, & mandato, ac decreto hujusmodi, quo ad omnia & ſingula premiſſa, ut ſupra.
Et quod premiſſorum omnium etiam tenorem dictarum litterarum major, & verior ſpecificatio fieri poſſit in litteris, que per breve expediantur, attenta materia & paupertate Oratorum.

} Conceſſum ut ſupra Jo: Car. Alexand.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Sexto Idus Februarii Anno Octavo.

Alexander VI. delegat Thomæ Donato Patriarchæ Venetiarum querelas Capituli S. Jo: Baptiſtæ in Bragora adverſus Moniales S. Sepulcri, in cujus Pontificii mandati executionem Patriarcha utramque partem coram ſe citari mandat.

F

1500. 11. Auguſti.

Ex Archivo S. Sepulcri Venetiarum.

THomas Donato miſeratione Divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas Judex & Commiſſarius Apoſtolicus ad infraſcripta ſpecialiter deputatus: Religioſis mulieribus tertii Ordinis S. Franciſci degentibus in preſentiarum in domo q. D. Helene Vioni mulieris Venetiarum de Parochia Eccleſie S. Jo: in Bragora Venetiarum: Salutem in D. & noſtris hujusmodi, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras Sanctiſs. in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Alexandri divina providentia Pape Sexti in forma brevis, cum ſupplicatione introcluſa annulo Piſcatoris communitas, ſanas quidem, & integras, non vitiatas, non abraſas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas: ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes nobis exhibitas, & preſentatas pro parte Ven. Viri D. Plebani & Capituli prefate Eccleſie S. Joannis in Bragora. Nos ea, qua decuit, reverentia recepiſſe hujusmodi ſub tenore Vid. a tergo Ven. Fr. Patriarche Venetiarum, ab intus vero in margine ſuperiori. Alexander Papa Sextus. Deinde: Venerabilis Frater Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Mittimus Fraternitati tue ſupplicationem preſentibus introcluſam manu dilecti filii Noſtri A. Cardinalis Sancte Praxedis in preſentia noſtra ſignatam. Volumusque & tibi committimus ac mandamus, ut vocatis vocandis ad exequutionem procedas juxta ejus continentiam, & ſignaturam. Datum Rome apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris die xx. Junii Mccccc. Pontificatus noſtri Anno Octavo. F. Ponpectus. Tenor vero ſupplicationis ſequitur Beatiſſime Pater. Licet olim quedam Helena Vioni mulier Venetiarum ejus ultimum condiderit teſtamentum, per quod inter alia ſtatuerit & ordinaverit, quod hoſpitia ſue magne domus juxta ſuos fines poſita in perpetuum per exequutores ipſius teſtamenti pro medietate aliquibus honeſtis mulieribus lai-

laicis pro illarum habitatione aſſignarentur : & quod una illa decedente , altera per eoſdem exequutores in perpetuum modo premiſſo deputaretur , aliaſque & alia fecerit, pro ut in ipſius teſtamenti publico inſtrumento deſuper confecto: cujus tenorem &c. plenius dicitur contineri : Sitque poſt obitum prefate q. Helene dictum legatum per annos LXXX. vel circa tentum & obſervatum: Nichilominus nuper certe mulieres tertii Ordinis S. Franciſci loco dictarum laicarum mulierum in eadem parte domus, ſeu hoſpitio per nonnullos aſſertos ipſius teſtamenti exequutores inſtitute & deputate fuerunt: & in qua quidem domo certum altare , & unam Capellam fabricari fecerunt: Ac inſuper, ſub certo verborum involucro a prefata S. V. dictam domum in perpetuum ſimul cum dicta Capela , ſub cura & protectione Fratrum Minorum dicti Sancti de Obſervantia in Monaſterium , ut dicitur , erigi obtinuerunt : Ita quod ipſi Fratres ejuſdem ordinis poſſint earum confeſſiones audire , Eucariſtiam , & alia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare , ac Cimiterium per aliquem antiſtitem inibi conſecrari facere, prout in premiſſis litteris deſuper expeditis , cujus tenorem &c. dicitur plenius contineri, & que quidem littere juſtificate erant ſub hiis verbis vid. ſine prejudicio juris Parochialis . Demum cum judex delegatus in ipſis litteris ad exequutionem ipſarum procedere cepiſſet, ac devotos oratores veſtros Plebanum, & Capitulum Eccleſie S. Joannis in Bragora Venetiarum, de quorum evidenti prejuditio agitur , pro eo quod dicta domus ſub eorum Parochia exiſtit, citari feciſſet, prefati oratores comparentes: nonnullas validas exceptiones , tum contra juriſdictionem ipſius delegati , tum etiam contra dictas aſſertas litteras vitio ſureptionis refertas, quibus recludebatur ad exequutionem earumdem omnino non ſine prejudicio ipſorum oratorum poſſe procedere oppoſuerunt . Nichilominus idem adſcriptus delegatus relectis ipſis exceptionibus ad ulteriorem ipſarum adſcriptarum litterarum exequutionem nixus fuerit: Quare pro parte oratorum predictorum ad S. V. ejuſque Sedem Apoſtolicam provocatum & appellatum exiſtit . Dignetur igitur eadem S. V. cauſam & cauſas appellationis, & appellationum nullitatis quoque nullitatum iniquitatis, & injuſtitie, & ſureptionis & obreptionis omnium & ſingulorum premiſſorum interpoſite, & interpoſitarum, attentatorumque & innovatorum quorumcumque poſt & contra hujuſmodi appellationem committere, & mandare aliquibus probis viris in partibus illis conjunctim vel diviſim audiendos cognoſcendos decidendos & fine debito terminandos una cum omnibus & ſingulis illarum pendentiis dependentiis emergentiis, & connexis : cum poteſtate dictas mulieres , ac omnes alios ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes citandi , ipſiſque ac adſcripto delegato predicto, & aliis judicibus ac perſonis quociens opus fuerit pariter & opportuna . Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque & indultis dicto ordini conceſſis, ceteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque: Conceſſum, ut petitur. In preſentia Domini Noſtri Pape A Car. S. Praxedis : & per breve S. V. hac ſupplicatione introcluſa. Conceſ. A. Car. S. Paxedis . Datum Rome apud S. Petrum Nonis Junii Anno octavo . Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum & commiſſionis preſentationem & receptionem nobis, & per nos, ut premittitur, factas; fuimus per antedictum Rev. Plebanum & Capitulum in eadem commiſſione principaliter nominatum debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad exequutionem ipſius commiſſionis & contentorum in ea procedere, ac citationem legitimam contra vos prefatas D. mulieres Tertii Ordinis S. Franciſci & adverſo in eadem commiſſione principaliter nominatas decernere dignaremur juxta formam , & tenorem ipſius conceſſionis . Nos vero Thomas Patriarcha Judex & Commiſſarius Apoſtolicus cupientes mandata Apoſtolica in hac parte injuncta reverenter exequi, ut tenemur, Vos prefatas D. mu-

lie-

lieres tertii Ordinis S. Franciſci ex adverſo in eadem commiſſione principaliter nominatas: Auctoritate Apoſtolica predicta nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte tenore preſentium citamus, requirimus & monemus primo ſecundo & tercio ac peremptorie. Quatenus tertia die poſt preſentationem preſentium vobis factam, ſi dies ipſa tertia juridica fuerit. Sin autem prima die juridica ex tunc immediate ſequenti hora Veſperorum vel circa comparere debeatis coram nobis in noſtro Patriarchali Palatio per vos ſive procuratorem veſtrum legitimum in hujuſmodi cauſa ſufficienter inſtructum, ad dicendum & opponendum quicquid dicere & opponere intenditis, tam contra perſonam noſtram, quam contra commiſſionem predictam: Deinde ad reſpondendum in jure eidem D. Plebano, & capitulo principali, ſive ejus legitimo procuratori in, & ſuper his que a nobis petere, & contra nos dicere voluerit vigore ſupraſcripte commiſſionis: In cauſaque procedendum, & procedi videndum gradatim & ſucceſſive, usque ad . . . . . . diffinitivum incluſive debitis . . . & conſuetis terminis & dilationibus precedentibus, ut moris eſt: Alioqu n elapſo dicto termino, & vobis ut premiſſum eſt non comparentibus procedemus, ad ulteriora in ipſa cauſa, prout de jure fuerit faciendum i Veſtra abſentia vel contumacia in aliquo non obſtante. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium has noſtras patentes fieri juſſimus per Notarium noſtrum infraſcriptum, ſigillique noſtri ſecreti quo in ſimilibus utimur, impreſſione muniri.

Datum & actum Venetiis in noſtro Patriarchali Palatio. Anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo Indictione tertia die vero undecimo menſis Auguſti Preſentibus Venerabilibus Viris Dominis Presb. Troilo de Manfredis Cancell. & Joanne Matheo de Scuriis Subdiacono in Eccleſia S. Bartholomei Venetiarum teſtibus ad hec habitis vocatis & rogatis.

Gabriel de Taſſis Notarius mandato ſs.

Ambroſius Archiepiſcopus Antibarenſis conſecrat Eccleſiam S. Sepulcri Venetiarum, eamque viſitantibus Indulgentias concedit.

G

1582. 14. Novembris.

Ex Pergamena apud Moniales S. Sepulcri.

FRater Ambroſius Capitius Sacre Theologie profeſſor Dei, & Apoſtolice Sedis gratias Archiepiſcopus Antibarenſis, Dioclenſis, ac totius Regni Servie primas, nec non adminiſtrator Budue, & Corone Univerſis, & ſingulis preſentes litteras inſpecturis, lecturis, pariter audituris notum facimus, quod nos anno Domini MDLXXXII. die vero XIV. Novembris, que fuit feſtum Dominice, Spiritus Sancti gratia nobis aſſiſtente ſecundum ritum, & formam Sancte Romane Eccleſie hactenus in ſimilibus obſervata, & cum licentia Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. Dom. Patriarche Venetiarum conſecravimus hanc Eccleſiam in honorem Sancti Sepulcri cum Altare Sancti Sepulcri, & Sacras Reliquias S. Andree S. Nazarii, S. Anaſtaſii, S. Agathe, ac SS. Crucis lignum in illo incluſimus, & recondidimus. Unde cupientes, quod prefata Eccleſia & Altare a Chriſtifidelibus viſitetur, & cultus Divinus in dies magis augeatur, & eo

liben-

libentius, ad dictam Eccleſiam, & ad Altare predictum ipſi Chriſtifideles confluant, quo ex hoc ibidem celeſtis gratie uberius cognoverint ſe refectos, Idcirco de Omnipotentis Dei miſericordia & SS. Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli authoritate confiſi omnibus Chriſtifidelibus, qui prefatam Eccleſiam cum Altare in feſtivitatibus, & diebus infraſcriptis (1) devote viſitaverint, vere tamen penitentibus, & confeſſis quadraginta dies de injunctis eis penitentiis, authoritate, qua in hac parte fungimur, miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum authoritate, & ſingulari fide has preſentes juſſu noſtro factas, & manu noſtra ſubſcriptas, ſigilli noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri.

Datum Venetiis in Monaſterio S. Sepulcri Anno Domini MDLXXXII. die vero XIV. Novembris Pontificatus Summi in Chriſto Patris, & Domini Gregorii Divina Providentia Pape XIII. Anno vero ſue aſſumptionis undecimo. Tunc Temporis Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum Reverendiſſimus Pater Frater Franciſcus Gonzaga, Miniſter vero Provincie S. Antonii Reverendus Pater Frater Franciſcus de Arzignano, ſed Abbatiſſa dicti loci Reverenda Mater Archangela Contarena, & Confeſſarius Ven. Pater Frater Marcus Brixienſis, ac Generalis Commiſſarius Reverendus Pater Frater Seraphinus Montalbanus.

Idem qui ſupra Frater Ambroſius Capitius.

(1) Quænam fuerint feſtivitates, quibus præſul conſecrans alligavit Indulgentias, neque ex tabula, neque ex alio documento patet.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTI ZACHARIÆ
PROPHETÆ.

NON uno eodemque tempore exordia ſua habuerunt Templum, atque Cœnobium Sancti Zachariæ, quæ nunc penes nobiliſſimas Sancti Benedicti Sanctimoniales inter præclariora Venetæ Urbis ornamenta recenſentur. Templi ædificatio multo ante præceſſit erectionem Monaſterii, quod infra videbimus, Fundatorem authoremque ſuum agnoſcere Angelum Particiacum, ſeu Participatium illum ipſum, qui primus ex Venetis Ducibus Ducalem Sedem Methamauco Venetias tranſtulit. Fert vetus ſæpe allata traditio, Eccleſiam Sancti Zachariæ circa medium ſæculi VII. fuiſſe erectam, quo ſcilicet tempore Sanctus Magnus Opitergio, cujus Epiſcopalem ſedem obtinebat, profugus in Veneti ſtagni ſinus abditos cum grege ſuo pene omni receſſit, ut extremam cladem, & vaſtationem vitaret, quam

Rotharis Langobardorum Rex ingenti Barbarorum examine ſtipatus Italis Imperii urbibus afferebat. Ibi, ut in aſylo tutiſſimo, dum oves ſibi creditas verbo, & exemplo in Catholica fide, atque in tribulationis tolerantia confirmat, cœleſtia accepit monita, ut multas pro Divino cultu ædes ſacras per diverſas naſcentis vobis partes excitaret, atque inter eas unam ſub invocatione Sancti Zachariæ Prophetæ, quem Chriſti Præcurſor patrem habuit. Hoc expreſſe enuntiatur in antiquis lectionibus Officii ipſiuſmet S. Magni ad uſum Ducalis Baſilicæ Sancti Marci olim confecti, in quo hæc leguntur: "Quinto Sanctus Joannes Baptiſta eidem apparens, deſignatis ei locis, ſibi unam, Patrique ſuo Zachariæ alteram fabricari juſſit Eccleſiam: quæ quidem Eccleſiæ nunc cernuntur, Patris quidem in uno loco, Filii autem in loco, quem Bragora dicitur, ſeorſum poſita Eccleſia conſpicitur.

Non ita tamen Templi hujus exordia referuntur a Sanſovino in libro de Urbe Veneta; ubi enim agit de Sancti Raphaelis Archangeli Eccleſia, aſſerit, irrumpente iterum Attila cum Unnis ſuis in Italiam, atque (ut erat a ſæviſſimo homine expectandum) nobiliores Urbes Venetæ Provinciæ præter Aquilejam, ferociſſime vaſtante, (ut apud Paulum Diaconum videre eſt) Andrianam uxorem Genuſii Paduæ Domini ſeſe apud Rivoaltum in tutum recepiſſe, ubi pro abſentis mariti incolumitate votum emiſit de Eccleſia Sancto Raphaeli Archangelo dicanda, ſi reducem, & ſoſpitem vidiſſet maritum. Eo deinde ad ſuos incolumi reverſo, Andriana votum implevit, Templumque in honorem Sancti Raphaelis erexit, & in hac vicinia degens arctam contraxit neceſſitudinem cum mulieribus Sancti Zachariæ, quæ eo temporis ſolæ aderant in hac Urbe Sanctimoniales, quibus & a ſe conditam Eccleſiam in juspatronatum aſſignavit. Hoc Sanſovini commentum, quod ad authoris ſinceritatem [illegible] crediderim e contemptibili aliquo, & nullius momenti chronicolo in medium attuli, atque diſpuli Operis hujus Tom. V. pag. 332, ubi de Sancti Raphaelis Templo; ſcilicet oſtendi per hanc fabulam ſubrui omnino vetuſtiſſimam traditionem de Eccleſiis a Sancto Magno fundatis, ſi ſtatuatur, duas haſce Eccleſias Sanctorum Raphaelis, & Zachariæ præceſſiſſe duobus ante ſæculis adventum Sancti Epiſcopi in Venetas lacunas. Sanſovini fa-

bulam

bulam adoptavit Doctor Dominicus Bozzonius in opuſculo, cui titulus *Silenzio di S. Zaccaria snodato*, qui ut momentum adderet, Julii III. diploma attulit, in quo aſſeritur Monaſterium hoc a Romanis Pontificibus ſeculo V. in Petri Sede regnantibus ornamenta multa Privilegiorum retuliſſe. Inter eos Pontifices commemoratur in primis Innocentius hujus nominis Primus, cujus ætate contigit prima Barbarorum irruptio, quæ duobus, & ultra ſæculis Langobardicam devaſtationem præceſſit. Dicendum igitur eſſet, ſub finem ſæculi IV, vel circa V. initia Barbaris Italiam primo inundantibus populos in has lacunas confugiſſe, novæ urbis exordia poſuiſſe, & Monaſterium ab Innocentio I. ſpecioſis adeo privilegiis decoratum fundaſſe. At vero quonam poterunt pacto hæc conciliari, nimirum Eccleſiam Sancti Zachariæ erectam ſaltem anno CCCCXVI, qui Innocentii I. ultimus fuit ſurrexiſſe poſteriorem Eccleſiæ S. Jacobi de Rivoalto, quam liquido conſtat fatentibus ultro Sanſovino, & Bozzonio ædificatam fuiſſe poſt annum CCCCXXI, cum ſcilicet non ſolum Innocentius I, ſed etiam Zoſimus ejusdem ſucceſſor ex hac vita migraverant. Atqui Julii III. Bulla aſſerit etiam Zoſimum in brevi ſui Pontificatus curriculo Privilegia ad hujus Monaſterii decus contuliſſe. Hoc utique verum eſt, per illud ipſum tempus, quo ſomnium hoc de aſſertis hujus Monaſterii privilegiis confingi cœpit, impetratum a Julio III. fuiſſe Diploma, quod exſcribendo adoptavit quidquid in ſupplici libello Monialium nomine exhibito continebatur.

Nullam igitur argumenti, aut authoritatis vim habet, quandoquidem Pontificiæ Bullæ hujusmodi factæ ſine diſcuſſione aſſumunt, & ea referunt, quæ a Poſtulatoribus exhibentur. Perridiculum autem eſset argumenti certitudinem, & infallibilitatem ex relatis in Pontificia Bulla eruere, perinde ac ſi de dogmate ageretur. Omiſſis igitur, rejectisque fabuloſis hujusmodi ineptiis, quibus non indiget ad decorem ſibi conciliandum, inſigne hoc Monaſterium & ſplendore originis, & veris laudibus, aliisque præcipuis meritis conſpicuum, ſatius erit ea promere, quæ ab authoribus ſanæ notæ, & a conſtanti Veneto Eccleſiæ traditione derivantur.

Eccleſiæ igitur Sancti Zachariæ a Divo Magno (ut diximus) adjectum Parochiæ decus jam inde a ſuis exordiis (ut

veriſimile eſt) obtinuit, illudque addito etiam Monaſterio ſervavit, donec ob majorem ſubjecti gregis opportunitatem, minoremque Monialium moleſtiam, animarum cura fuit alio translata, & proximæ Eccleſiæ Sancti Proculi adnexa de jure tamen Monialium, a quibus mobiles ibi Capellani imponuntur.

Quo autem tempore, vel cujus authoritate permittentis, peracta ſit hæc Parœcialis juris transmigratio, incompertum mihi eſt, illud autem ex documentis patet, usque ad annum ſaltem 1107. curam animarum in Eccleſia S. Zachariæ a Plebanis adminiſtratam fuiſse, ſiquidem autographo Diplomati, quo Ordelaphus Faletro Dux Venetiarum conceſſit Joanni Gradonico Patriarchæ Gradenſi Eccleſiam S. Archidiaconi de Conſtantinopoli, ſubſcripſit anno 1107. Dominicus Plebanus Sancti Zachariæ his verbis: ✠ *Ego Dominicus Presb. Christianus S. Zachariæ Plebanus*. Diploma Ordelaphi Ducis, & viros ſubſcriptos dedimus Operis hujus Tom. III. pag. 66.

Qua porro ratione, quave de cauſa additum fuerit Monialium Aſceterium, refert Dandulus in Chronico lib. VIII. cap. I. par. XXIV. his verbis: " Per hoc dies Angelus Dux vir Catholicus a Leone Imperatore ſuſcepit Corpus Sancti Zachariæ Prophetæ, & partem Ligni Crucis, & indumentorum Christi, & Matris ejus cum plurimis theſauris, & ſub Sancti Zachariæ vocabulo non procul a Palatio ſuo Monaſterium fabricavit, quod Monialium eſse decrevit, & terras, & aquas ſibi coadhærentes plene conceſſit, & Reliquias ſuſceptas in eadem Eccleſia depoſuit.

In margine autem Codicis Ambroſiani hæc notantur: " In alio Codice ſequuntur hæc verba: Sunt aliqui, qui non ab Angelo, ſed a Juſtiniano reliquias ſuſceptas, & Monaſterium ædificatum ſcribunt, quibus ſuffragatur tenor conceſſionis factæ dicto Monaſterio hujus tenoris videlicet. Cognitum ſit omnibus Chriſtianis &c. ut alibi usque [illegible] Leonis &c. itaque placuiſse videtur præfatum Monaſterium conſtructum fuiſse de bonis Imperialibus per Juſtinianum Ducem.

Documentum conceſſionis quod in margine Ambroſiani Codicis enuntiatur mihi Archivum Divi Zachariæ (eo quo licuit modo) perluſtranti invenire datum eſt. Apographum quidem,

dem, nec ſatis antiqua manu exaratum, in Codice, ubi, & Pontificia ſimul, & Imperialia Diplomata viſuntur, quæ omnia, ut ex caracteribus apparet circa finem xv. vel initio xvi. ſæculi conſcripta fuiſſe videntur; Cum vero nullum ex autographis, nullumque apographum veræ antiquitatis notas referens conſpexerim, documentorum, quantum ex me eſt, authoritatem, neque augere, neque imminuere præſumo, præſertim cum iis ipſis Clar. Vir Lud. Muratorius fidem omnem adhibuerit, multoſque eorum antiquitatibus, tum Eſtenſibus, tum Medii ævi inſeruerit. Ex eo itaque Codice conceſſionem exhibemus, quam notulis illuſtramus.

„ Cognitum ſit omnibus Chriſti, & Sancti Romani Imperii fidelibus, tam præſentibus, quam ex illis qui poſt nos futuri erunt, tam ducibus, quam Patriarchis, atque Epiſcopis ſeu ceteris primatibus. Quia Ego Juſtinianus Imperialis ypatus, (1) & Venetiæ Dux. (2) Per revelationem Domini Noſtri Omnipotentis (3) & juſſione Domini Sereniſs. Imperii (4) pacis ſeu & conſervatoris tocius mundi Leonis (5) poſt multa nobis beneficia conceſſa feci hoc Monaſterium (6) Virginum in Venetia ſecundum quod ipſe juſſit ædificare de propria camera Imperiali, & ſecundum quod juſſit michi, ſtatim cuncta neceſſaria auri ſive argenti, dari juſſit. Tunc etiam nobis reliquias Sancti Zachariæ Prophetæ, (7) & lignum Domini, atque Sanctæ Mariæ pannum (8) ſive de veſtimentis Salvatoris, & alias reliquias Sanctorum nobis, ad Eccleſiam Sanctam conſecrandam dari fecit, ad neceſſaria hujus operis etiam magiſtros tribuit, ut citius opus explerent, & expleto opere congregatis ſancta inceſſanter pro ſalute Sancti Imperii, & ſuorum hæredibus orarent. De theſauro vero quod manifeſtat ſua carta, cum litteris aureis, & totum donum, quod in hoc loco ipſe tranſmiſit in ipſa camera ſalvum eſſe ſtatuimus. Tamen ipſam cartam in camera noſtri Palacii volumus, ut ſemper permaneat, ut non valeat aliquis hoc dicere, quod illud Monaſterium Sancti Zachariæ de alicujus theſauro eſſet conſtructum niſi de Sanctiſſimi (9) Domini Noſtri Imperatoris Leonis.

(1) De

(1) De dignitate Hypati Juſtiniano collata hæc habet Dandulus lib. VIII. cap. I. par. XVII. " Hic Dux Venetiarum, " cum duos filios haberet Juſtinianum Conſtantinopolim " miſit, qui ab Imperatore Leone votive ſuſceptus, ho- " norem Hypati, ſeu Imperialis Conſulis ab eo obtinuit."

(2) Sequitur loco citato Dandulus electionem Juſtiniani Ducis referens: " Alterum quoque natum Joannem nomine " Dux ſibi conſortem Ducatus eſſe procuravit. Poſt hæc " repatrians Juſtinianus promotionem fratris indigne fe- " rens, Palatium intrare contempſit, & in Eccleſia S. Se- " veri, cum Felicitate conjuge degere cœpit. Pater ve- " ro turbationem filii non diu ferens, Joanni dignitatem " interdixit, & apud Jadram eum relegavit, & non ſo- " lum Juſtinianum, ſed etiam Angelum filium ejus con- " ſortes ducatus eſſe laudavit." *Geniiore autem defuncto Juſtinianus Particiacus Dux ſolus ducavit, anno* DCCCXXIX. Documentum itaque quod Chronicis notis caret, uni ex iis annis, qui Ducatum Juſtiniani ſtatuunt, aligandum erit. Juſtiniano Duci meritum hujuſce fundationis tribuit Chronicon Sagornini nuncupatum his verbis: fuerat namque prædictus Juſtinianus Maximus Eccleſiarum cultor Sancti vero Zachariæ, & S. Illarii Monaſteriorum ipſe extitit devotiſſimus fabricator.

(3) Fortaſſe revelationem Divo Magno Epiſcopo pridem factam intelligit, ex qua primitus ædificata fuerat Divi Zachariæ Eccleſia; vel revelationem dixit pro inſpiratione.

(4) Lege *Imperatoris*.

(5) Leo Armenus *imperare cœpit*, ut cum Dandulo aſſerunt alii Hiſtorici *anno* DCCCXIII. cum vero in Iconoclaſtarum hæreſim lapſus adverſus Catholicos inſurrexiſſet *completis octo annis* Imperii ſui, *factione Michaelis Domeſtica in Palatio*, ſeu ut alii tradunt in Eccleſia *in die Nativitatis Domini occiſus eſt* anno DCCCXX. Igitur, ſi Leonis obitus aliquibus annis Juſtiniani documentum præceſſit, dicendum eſt, ea, quæ refert Juſtinianus ad eos annos pertinere, in quibus cum Angelo Patre Rempublicam adminiſtraverat. Donatio ergo Venerandi Corporis, & Sacrarum Reliquiarum facta fuit Angelo, & Juſtiniano ejus filio Ducibus, abſolutioni vero Monaſterii, & *conceſſionis* do-

cementum afferri oportet iis temporibus, quibus Juſtinianus *ſolus ducebat*.

(6) Solum Monaſterium enunciat ſe ædificatum, Eccleſia enim (ut diximus) pridem conſtructa fuerat.

(7) S. Gregorius Turonenſis lib. 1. miraculorum cap. 27. tradit S. Jacobum Minorem *ſepultum in monte Oliveti in monumento, quod ipſe prius ſibi fabricaverat, & in quo Zachariam, ac Simeonem ſepelierat*, ſive potius, ut ait Godefridus Henſchenius Tom. I. Maii pag. 27. ex priori loco ſepulturæ translatum juxta pridem ante mortuos, quod idem de S. Jacobo videtur dicendum. Solemnitas Translationis Corporum S. Jacobi Fratris Domini, & Sanctorum Simeonis, & Zachariæ inſcripta eſt, ad Kalendas Decembris Martyrologio m. ſ. Arabo Ægyptio a Gratia Symbonio Maronita latine translato.

Quamdiu ibidem tria corpora permanſerint, non conſtare aſſerit Henſchenius. Delata poſtmodum fuerunt Conſtantinopolim, & in Templo ad honorem Sancti Jacobi Fratris Domini a Juſtino juniore Imperatore, ejusque uxore Sophia conſtructo depoſita, ubi Simeon Theodocus, qui Chriſtum in ulnis tulerat colitur 8. Octobris, & Zacharias, qui hic Propheta vocatur, videtur eſſe Pater S. Joannis Baptiſtæ, cujus etiam ibidem coma aſſervatur, nam ipſe Zacharias, ad diem v. Nov. qua colitur, etiam Sacerdos & Propheta vocatur.

(8) De Veneranda Deiparæ Virginis veſte ſimul cum Corpore S. Zachariæ in eodem Templo aſſervata hæc affert: „Templum ſacri conditorii in Chalcopratiis Juſtinus, & „Sophia ædificarunt .... ubi depoſita eſt Veneranda Zo„na, & veſtis Sanctæ Deiparæ .... prope ſupradictum „Templum idem Imperator Eccleſiam S. Jacobi extru„xit, ubi ſuis in conditoriis aſſervantur Reliquiæ San„ctorum Innocentium, & Simeonis Theodochi, & Pro„phetæ Zachariæ, & Jacobi Fratris Domini; cæterum in „dextera parte ſacri conditorii poſita ſunt Corpora San„ctorum mulierum, quæ unguenta ad Chriſti Sepul„crum tulerunt; in ſiniſtra vero coma Beati Joannis Præ„curſoris.

(9) De titulo Sancti & Sanctiſſimi olim Imperio, & Imperato-

ratoribus attributo consule Differtationem Cl. Viri Anſelmi Coſtadonii Monachi Camaldulenſis in græcam Iconem ligni S. Crucis, quæ extat in Tom. III. Symbol. Litterar. 2. 12. Florentiæ.

Tria ex hoc documento perperam infert anonymus quidam *Scrutinii* Scriptor Veneto nomini infenſiſſimus, nempe primum quod documentum ipſum manu propria Ducis exaratum fuerit; Secundum quod Imperatoris mandato Monaſterium extruxerit; Tertium quod mentionem faciat eorum, qui fideles Sancto Romano Imperio ſint, nec obſcure ſe ſe in ipſorum numerum comprehendat. Ad hæc erudite, ac doctiſſime reſpondet Clar. Vir Theodorus Graſwinckel Delphenſis J. C. in libro cui titulus *Libertas Veneta*: ad primum quidem, illud omnino nullius eſſe momenti oſtendit; ad ſecundum vero, illud non imperium fuiſſe aſſerit, ſed mandatum, quod inter pares locum habet, illudque mandatum ex revelatione potiſſimum originem habuit, *qua extimulatum illum primitus animum, ad extruendam ædem Divo Zachariæ ſacram adducere occœpiſſe, Divoque religioni eam curam demandaſſe*. Ad tertium denique, ſi documentum ad omnes, qui Sancto Romano Imperio fideles ſunt, dirigitur, num propterea & ipſe Dux? At ſi talis fuiſſet, *quid miri? fatetur ſe ſe Hypatum* Imperatoris, cujus dignitatis titulo *fidelis eſſe Imperatori debebat, non vero ſubditus*: Libet clariſſimi authoris verba ex integro afferre:
" Primum quod tangit, eſt illud omnino nullius momenti,
„ modo ne tale ſit, quod evidenter, atque citra exceptionem
„ libertati Venetæ adverſetur; quale quid nemo ſani cerebri
„ examinato illius inſcriptionis tenore deprehendet, omnino-
„ que probandum ante omnia foret, quid ſit illud unde ali-
„ quod, quod vel in ſpeciem ſtringat, ſumatur argumentum.
„ Mandatum Imperatoris quod adfert, nihil movet. Dictum
„ jam ante, eſſe inter pares & æquales, inter quos Imperium
„ non eſt, ut e. g. inter amicos, mandatis locum; juſſa ad
„ eos, qui non ſunt æquales, referri. Ut ergo allegationi ab ipſo
„ ſit locus, ante omnia conſtet oportet, & Ducis populique
„ Veneti loco res fuiſſe, ut iis nolente Imperatore, non po-
„ tuerint non ea cuncta effecta dare, quæcunque injungeret.
„ Quod niſi præſtat, hic nihil ſomnius ex facto jus aliquod

„ adme-

„ admittiri ſonatur Imperatori, aliud plane nichil agit, quam „ quod principium petat. Adde, quod nec imperantis man„ datum inſcriptio teſtetur magis, quam divinam revelatio„ nem, qua extimulante, illum primitus animum ad extruen„ dam ædem Divo Zachariæ ſacram adiigere occæpiſſe, Ducis„ que religioni eam curam demandaſſe, ipſamet inſcriptio te„ ſtatur; quod quidem mandatum ſubjectionem aliquam ar„ guere, ac præ ſe ferre, dicere ſi lubet, perinde egerimus, ac „ ſi teſtamenta condentibus ſubditos velimus extraneos quoſ„ cunque, quibus ut executioni elogia ſua mandent, illi in„ jungunt, quosve hæredes ſi quando inſtituere, fideicommiſ„ ſo gravant. Jam ante ubi exemplum Narſetis ab adverſario „ ſimili caſu adductum examinavimus, ſatis ample pertractata „ ſunt a nobis omnia, quæ circa iſtiusmodi templorum, Ba„ ſilicarum, religioſarumque domuum ædificationes, conſide„ randa veniant, oſtenſumque largiter, nichil ex iſtiusmodi „ factis inferri poſſe, quod ſubjectionem aliquam, aut ex al„ tera parte imperandi facultatem aliquatenus probet. Illis „ nichil addam, præter hoc unum, non Imperatores modo, „ ut hic Leo Armenius, eorumve Legatos ac duceis, ut ſu„ perius Narſes, templa Venetiis aut extruxiſſe aut extruen„ da curaſſe, verum etiam privatos, tam in ipſa urbe, quam „ extra illam. In urbe infinita exempla ſint illuſtrium fami„ liarum (ut eſt hæc propria Venetorum laus pietate erga „ Deum, patriam, parentes nulli cedere) nemo tamen illis ea „ de cauſa quid ſupra cœteris juris detulerit.

Fundationis hujusce meritum, tum Angelo, tum Juſtiniano Ducibus adimens anonymus ſæculi XIII. Chronologus Joannem (quem perperam Ypatum dicit) aſſerit Eccleſiæ Sancti Zachariæ fundatorem fuiſſe hisce verbis: Joannes Ypatus Dux Particiaci fecit Eccleſias duas, unam ad honorem Sancti Zachariæ Prophetæ, quæ Monaſterium eſt puellarum, aliam ad honorem Sancti Illarii, quæ ſimiliter eſt Monachorum. Juſtiniani autem Ducis beneficia auget Bozzonius in citato libro, *Silenzio di San Zaccaria ſnodato*, fragmentum enim ex Teſtamento Juſtiniani Ducis, ut ipſe aſſerit, excerptum affert Italico ſermone exaratum hoc modo: “ Quanto „ alli Monaſterii del Beato Zaccaria, e del Santiſſimo Hila„ rio (e queſto luoco nella Villa delle Gambarare ſotto il

„ Ducato, quaſi del tutto disfatto per la ſua molta Vecchia„ ja) Voglio, e commando, che ſiano conſervati in vera li„ bertà perpetuamente, con quello, che con l'agiuto di Dio „ vi ho edificato, congregato, e donato, ſenza che ſi riſcuo„ ta mai alcuna Angaria, o gravezza publica da loro, e le „ ſelve, le quali per avanti il Glorioſo Doge Angelo mio „ Padre laſciò perpetuamente quando tranſmutò eſſa Chieſa „ con quella del Beato Servolo. Oltre a ciò voglio, e com„ mando, che ſia dato ad eſſo Monaſterio cento e ſeſſanta „ libre d'Argento. " Verum mea ſententia Teſtamentum hoc (niſi majora ſuppetant documenta) inter apocriphas ſcripturas reiiciendum eſſe cenſeo.

Maximum Monaſterio huic decus attulit Benedictus Papa III., qui ad Anaſtaſii Pſeudopontificis inſectationem devitandam Venetias acceſſit anno ſui Pontificatus I. Chriſti videlicet 855. ubi ſummo honore, & incredibili humanitate exceptus, Monaſterium S. Zachariæ inviſit, ab Agnete Abbatiſſa invitatus, eique Romam reverſus Sanctorum Pancratii Martyris, & Sabinæ Virginis corpora dono miſit. Ita Dandulus lib. VIII. cap. IV. par. XXXIII. " Hic (Benedictus III.) ſicut in quibus„ dam antiquiſſimis libris reperimus, inſidiantium verſutias for„ midans, ab urbe Roma profugus ad Civitatem Venetam, „ quam ſibi tutiorem credidit, accedens a Ducibus, ac Ve„ netis cum honore ſuſceptus eſt. Qui Monaſterium Sancti Za„ chariæ cum devotione viſitavit, & requiſitus ab Agnete Mau„ rocena Abbatiſſa, & Monialibus, quæ tunc vitam religio„ ſiſſimam peragebant, promiſit, cum rediret Romam, ſibi „ reliquias deſignare, reverſuſque Nuntiis earum conceſſit Cor„ pora Sancti Pancratii Martyris, & Sanctæ Sabinæ Virginis; „ quæ Venetias deducta in prædicto Monaſterio, cum honore „ collocata ſunt. " Iis Danduli dictis additur in Codice Ambroſiani Codicis: " Circa annum CCCII. Pancratius Frix vita „ functis ejus parentibus totum patrimonium ſuum pauperibus „ erogavit, & cum Deos Gentilium execratus eſſet, juſſu Dio„ cletiani Romæ capite eſt mulctatus. " Ex qua appoſita nota addiſcimus Pancratium, cujus exuviæ Benedicti juſſu Venetias deductæ fecerunt, celeberrimum illum Martyrem eſſe, de quo Eccleſia Univerſalis Officium celebrat die XII. Maii.

Dandulo concordant Sabellicus, Sanutus, Paulus Mauroce-

nus, cæterique Venetarum Rerum Hiſtorici, iiſque præ cæteris ſubſcribunt Ciaconius in nova additione ad annum 885, & Mabillonius in Annalibus Ord. S. Bened. Tom. III. pag. 58.

Non tamen integrum corpus in Divi Zachariæ Templum tranſlatum fuiſſe puto, ſiquidem nec caput viſitur, quod eſt corporis nobilior pars, nec oſſa ibidem quieſcentia humani corporis integritati reſpondent.

Traditum eſt etiam Divorum Nerei, & Achillei corpora (corporum ſcilicet magnam partem) ibidem collocata fuiſſe, ut cum Pancratio commune haberent monumentum, qui eaſdem ſortiti ſunt cum ipſo, & paſſionis diem, & officii ſolemnitatem. Tanta autem ab iis temporibus viguit erga Divum Pancratium religio, ut ex eo aliquando Monaſterium S. Zachariæ duplici vocaretur titulo Monaſterium S. Zachariæ, & S. Pancratii, quod ex mox afferendis documentis innoteſcit. Dolendum itaque eſt, quod noſtris hiſce temporibus Sanctimoniales, & glorioſa Divi Martyris merita, & antiquam Venetorum pietatem erga ipſum ignorantes potiorem ſacri corporis partem Oppido Montis Clari, Italice *Montechiari* in Territorio Brixienſi poſito, ad preces Eccleſiaſtici Præſulis, quem hoc inhibere potiſſimum oportebat, illaudabili liberalitate conceſſerint.

Quamvis autem Particiaci Principes ære, ut fertur, Imperiali ædes Divo Zachariæ dicatas erigendas curaſſent, tamen (ut refert Petrus Juſtinianus in Hiſt. Veneta lib. 1.) eas perexiles, & anguſtas adeo extruxerunt, ut ipſas brevi temporis fluxu vetuſtate corruptas reſtaurare coacta fuerit Joanna Abbatiſſa Urſonis Particiaci Ducis filia, quem ex Dandulo novimus Ducem factum fuiſſe anno Domini DCCCLXIV. Reſtaurationis hujuſce meminit Dandulus lib. VIII. cap. V. par. XXXVII.
„ Fuit nempe Dux præfatus multæ ſapientiæ, & pietatis vir,
„ paciſque amator; quatuorque filios reliquit Joannem con-
„ ſortem, Baduarium, Urſum, & Petrum. Quidam etiam
„ addunt quintum Victorem Patriarcham, duaſque filias Fe-
„ licitatem, quam Rodoaldo filio Joannis Ducis Bononiæ in
„ conjugem tradidit, & Joannam Abbatiſſam Sancti Zachariæ,
„ quæ ipſum Monaſterium vetuſtate corruptum reſtauravit.
„ Mortuuſque eſt XVII. ſui Ducatus anno completo, & ſe-
„ pulturæ traditus eſt in prælibato S. Zachariæ Cœnobio.

In eo autem Cœnobio, nempe in Eccleſiæ atrio ſepultum pridem fuiſſe, Petrum Trandonicum, Urſonis Particiaci præceſſorem teſtatur Dandulus lib. VIII. cap. IV. parte ultima. “Petrus Tradonico XXIX. ſuæ ſedis anno, dum in Sancti Zachariæ Monaſterio diem celebraret Feſtum anniverſarium ipſius Eccleſiæ conſecrationis, a peſſimis hominibus, exeunte eo, peracto Veſpere, de Eccleſia, inſons crudeliter interemptus eſt die XIII. Septembris, cujus corpus Sanctimoniales in ejuſdem Eccleſiæ atrio ſepelierunt”. Ex iis Danduli verbis addiſcimus, antiquam Divi Zachariæ Eccleſiam die XIII. Septembris conſecratam fuiſſe.

Petrus quoque Tribunus Dux Venetiarum XVI, ut notat Dandulus, cum in ſuo Ducatu annos XXIII. & dies pariter XXIII. egregie compleſset, *naturali morte* (quod iis temporibus ſingulare erat) ſublatus *in Monaſterio Sancti Zachariæ ſepulturæ traditus* fuit anno DCCCCXII.

Monaſterium autem, quod non ſatis amplis gaudebat redditibus, cum Sanctimoniæ fama in dies creſceret, cœpit ex exterorum quoque religione proventibus augeri, quorum ſubſidiis non Sanctimoniales tantum, ſed & Monachi eo in loco ſpiritualibus deſervientes alerentur. Primum loci benefactorem, ex documentis inſtruimur, fuiſſe Ingelſredum Comitem Veronenſem Grimaldi ex Alemanorum genere filium, qui anno DCCCCXIV. menſe Decembri prædia in Montis Silicis territorio poſita ab Adelardo Veronenſi Epiſcopo ſibi pridem titulo mercedis indulta, Monaſterio S. Zachariæ puellarum *Sancto Venerabili loco* aſſignavit, ea tamen conditione, ut ipſorum poſſeſſionem poſt ipſius, & Eitingi filii ſui obitum, ſi abſque filiis, & teſtamento decederet, apprehendere valerent (A). Non diù poſt Notkerus Sanctæ Veronenſis Eccleſiæ Epiſcopus, in cujus poſſeſſionem (neſcio, quo juris titulo) ſupraſcripta Ingelfredi Comitis prædia devenerant, novo conceſſionis inſtrumento ipſa prædia certis finibus definita *Monaſterio S. Zachariæ Prophetæ ſito in Venetias*, *ubi* (ait ipſe) *multæ res a bonis hominibus delegatæ* fuerant, poſt obitum tamen ſuum obtinenda conceſſit die I. Auguſti anno DCCCCXXVI. Has deinde conceſſiones Otho I. aliique ipſius in Imperio ſucceſſores confirmarunt, eo enim ævo oppidum Montis Silicis, aliaque Lombardiæ loca ſub Imperiali ditione tenebantur.

tur. (B) In iis prædiis duas Eccleſias, ſeu (ut vocant) Capellas extitiſse novimus, quarum una Divæ Mariæ ſacra in ſuperius enunciata Ingelfredi donatione nominatur, altera Divi Thomæ Apoſtolo, & Zenoni Confeſsori Chriſti dedicata recenſetur, in quodam judicato controverſiæ, quod anno 994. die xiv. Februarii ſuper controverſia de ejusdem Capellæ jure protulit Joannes Patriarcha Aquilejenſis, cujus quidem judicati documentum inter antiquitates Eſtenſes inſeruit Muratorius Tom. 1. pag. 128.

Circa ea tempora poſt annum nempe DCCCCLXVIII, ut innuere videtur Dandulus, Joanna Petri Candiani ejus nominis IV. Ducis Venetiarum uxor non ſponte ſua, ſed cogente marito, Monachalem veſtem in Cœnobio S. Zachariæ ſuſcepit, ejusque filius Vitalis ex Patris decreto Clericali ſtatui adſcriptus Patriarchalem deinde Gradenſem Sedem obtinuit. Memorat quoque Dandulus per ipſa tempora Dominicum Maurocenum ex Caloprinæ familiæ inſidiis *in Sancti Petri Olivolenſis* foro occiſum fuiſse, *cujus corpus in Monaſterio S. Zachariæ* delatum cum dolore immenſo ibidem ſepultum fuit. Nece hac patrata Stephanus Caloprinus, qui ſceleris author fuerat *cum aliis quampluribus complicibus ſuis de Venetiis* exivit, patriæque infamis proditor Othonem II. Imperatorem impulit, ut *Venetias obtineret*, cujus deinde *Ducatum ſibi concederet*. Attamen impiiſſimi hominis conatus in irritum ceſsere; Siquidem non diu poſt Otho Romam ingreſsus ex valida ingruente febre mortuus eſt, ſuccedente ſibi filio Othone III. Stephanus autem Caloprinus *ſcelerata intentione fruſtratus*, Imperatricem exoravit, ut ejus rogatu in patriam redire ſibi daretur, *qui imperfecto negotio mortuus eſt. Sequaces* autem *ſui precibus Auguſtæ ad Ducis gratiam recepti, ſub quatuor juratorum fide in Venetias, cum ſecuritate redierunt. Sane Mauroceni, quod geſtum erat conſiderantes, firmiter propinqui ſui mortem vindicare decrevere. Quapropter dum quadam die tres nati Stephani Caloprini de Palatio ſolito vellent domum parva nave redire a quatuor Maurocenis occiſi rivuli latices proprio cruore infecerunt; quorum corpora a quodam ſuo domeſtico de aqua ſublata orbatæ genitrici, atque conjugibus, delata ſunt, quæ ſequenti die in Monaſterio Sancti Zachariæ ſepeliuntur; a quo tamen facinore licet Dux ſe inculpabilem redderet, nonnulli tamen*

men cum conſcium affirmabant. Ea propter: *Tertiodecimo ſui Ducatus anno hic Dux Mauricium filium ſuum miſit ad Baſilium, & Conſtantinum Imperatores Conſtantinopolitanos, ut congruam, atque honorabilem ſedem obtineret. Quo anno Dux infirmitate confectus Monachus ordinatus eſt in Monaſterio Sancti Zachariæ, quod non voluntaria feciſſe ſcribitur, ſed cogente Populo Veneto, ibique poſt 4. dies obiit, & in eodem Monaſterio tumulatus eſt* anno 1491.

Poſt hæc ad augenda Monaſterii commoda aliæ piorum oblationes acceſserunt, anno enim MV. menſe Maii, Raimbaldus ſeu Rambaldus ex nobiliſſima Comitum de Collalto familia, Comes Tarviſinus Monaſterio S. Zachariæ duas poſſeſſiones in rure Brentulæ (vulgo Brendole) poſitas in Territorio oppidi Meſtrenſis duobus circiter milliaribus a ſtagno Veneto diſtantes ſolemni inſtrumento obtulit, ut *Monachæ, quæ in eo ordinatæ* erant, *vel pro tempore ordinatæ* fuiſsent, *pro anima ſua orare* valerent (C).

Anno deinde inſequenti Rodoalda Wangerii Comitis Tarviſini olim uxor conſentientibus ſibi Almerico Tarv. Epiſc. atque Joanne filiis ſuis prædium unum in Villa Zelarini ſitum, non longe a ſtagnis Venetis Monaſterio S. Zachariæ menſe Auguſto irrevocabili donatione tradidit, ut Monachæ in eo ordinatæ pro anima ipſius Wangerii Comitis ad Deum preces fundere tenerentur (D).

Ad hæc tempora referendum eſt, quod affert Andreas Dandulus lib. 9. cap. 2. par. 8. de ſacro Divi Tharaſii Eremitæ corpore e Promontorio Chilendros Venetias deducto, & apud Moniales Sancti Zachariæ, ex Dominici Danduli munere honorifice depoſito. Hanc translationis Hiſtoriam præ cæteris fuſiori calamo enarrat Andreas Dux, quia ab ipſo ſupralaudato Dominico originem ſe duxiſse fatetur. Eam itaque ex accuratiſſimo Chronologo exhibemus.

„ Hoc tempore Imperante Baſilio apud Græcos (1) Corpus
„ S. Tharaſii taliter Venetias translatum eſt 16. Kal. Octobr.
„ Quidam namque mercatores Veneti ad Promontorium quo-
„ dam pervenerunt, cui nomen Chilendro (2), & dum mo-
„ rum ibi contraherent, quidam Sacerdos Matheumacenſis Ec-
„ cleſiæ cum duobus ſociis Petro, & Joanne ad Eccleſiam,
„ quam prope ſitam audiverat, orationis cauſa profectus eſt,

& cum

„ & cum illuc appropinquaſſent, Monaſterium cernunt, ſed
„ in eo neminem repertum. (3) Cumque Sacerdos Eccleſiam in-
„ trare vellet, inſpiratus intelligit ſibi dici: *Tolle hoc corpus*
„ *Sanctum*, & *defer tecum*. Cum autem, corpus ubi eſſet, igno-
„ raret, utpote, qui numquam aſſuerat, ſuper Eccleſiæ pavi-
„ mentum ſe ſtravit, & lachrymabiliter Divinam precabatur
„ clementiam, ut ſi Divina fuerit commonitio, ſibi plenius
„ referretur (4). Surgit autem poſt Orationem, & ei ſugge-
„ rebatur, ut tolleret Corpus Sanctum; cœpit ergo per Ec-
„ cleſiam omni quaque reſpicere, & tandem ad Altare acce-
„ dens videt ſuperius Sancti imaginem, cujus ſubſcriptio erat
„ *S. Tharaſius*; videtque in pariete pannum affixum, quo
„ elevato per feneſtram intrans ſpeluncam quamdam aſpexit.
„ Ibi enim Sanctum jacebat corpus ſerico panno velatum, qua-
„ tuor lampadibus ardentibus ante eum. Caſu autem quidam
„ Sacerdos manu læſus erat, eamque ad collum pendentem
„ tenebat. Ut verò feneſtræ eam appoſuit, continuo ſanita-
„ tem recepit. Lætus igitur, & animoſior factus, ſecurus ma-
„ num impoſuit, ut probaret, ſi corpus movere poſſet. Cum
„ igitur ſiniſtra manu apprehendiſſet, tanta corpus agilitate
„ ſublevatum eſt, ut vivens videretur ipſe conſurgere, & di-
„ cere: *tolle me*, *quia tecum venire præſtò ſum*. Sublatum
„ igitur Corpus ad navem, quæ tribus milliaribus aberat,
„ celeriter portant, cujus Dominus, & patronus erat vir no-
„ bilis, & devotus Dominicus Dandulo, qui læto animo cor-
„ pus Sanctum cum reverentia ſuſcepit, a quo degradando
„ duo Duces, videlicet Henricus Dandulus, & nos Andreas
„ (5), qui loquimur, originem duximus. Non multo autem
„ poſt (6) corpus ſequuntur Monachi cum lachrymis ulu-
„ lantes, atque clamantes: reddite nobis Patrem noſtrum
„ crudeles homines; hinc exire non poteritis, niſi reddatis
„ eum. Una alia vice quidam exteræ nationis unum ipſius
„ dentem furati ſunt, & donec redderent, nequaquam exire
„ potuerunt. Veneti autem ſe ad redditum parant, eorum-
„ que verba contemnunt; & cum aliæ naves procellarum
„ violentia jactarentur, illa, in qua erat pretioſus theſaurus,
„ quaſi anſer natare ſuper undas Maris videbatur. Cum re-
„ verentia igitur multa deducitur, & devotione incompara-
„ bili ab Epiſcopo, Clero, & Populo Venetiarum ſuſcipitur,

po-

potiſſime a Monialibus S. Zachariæ, ubi tunc ducentarum Ancillarum Chriſti Collegium manebat (7), ibique ſacrum Corpus depoſitum eſt (8). Patuit autem incunctanter tam ex loco, quam ex habitu, quod heremiticam duxerat vitam; nam poſt tergum, cujusdam feræ pellem quaſi pro pallio habere videbatur.

---

(1) Diem translationis enuntiat Dandulus xvii. menſis Sept. annum autem, quo peracta fuit, præciſe non apponit, cum tamen poſt IX. Othonis Urſeoli Ducis annum imperante Baſilio factam fuiſſe aſſerat, profecto nec ante annum Mxviii, qui fuit Othonis Ducis IX, nec poſt Mxxv. qui fuit Baſilii Imperatoris emortualis annus, ſtatuenda erit, unde ex tanto Chronologo excludendum venit, quod perperam tradit Petrus de Natalibus, atque ex eo Maurolicus, & Ferrarius Alexio nempe imperante inventum fuiſſe, Alexius enim hujus nominis I. Imperator Conſtantinopolitanus Nicephoro Botoniati ſucceſſit anno 1081.

(2) Nulli nos docent Geographi, quo loco ſitum ſit Promontorium hoc a Dandulo enuntiatum, veriſimile autem eſt non longe ab Imperiali Urbe poſitum fuiſſe, ipſius enim memoriam apud Conſtantinopolim viguiſſe tradit Maurolicus in Martyrologio ad diem xvii. Septembris his verbis: *Conſtantinopoli Tharaſii Eremitæ, cujus corpus in ſpecu repertum eſt cum inſcriptione, Alexio imperante.* Petrus quoque Equilinus Epiſcopus lib. 8. cap. 87. Tharaſium *pœnitentia clarum, apud Conſtantinopolim Eremi incolam angelicam vitam* duxiſſe conſentit. Aſſentit Ferrarius in Indice Sanctorum extra Martyrologium ad dictam Septembris diem xvii. *Venetiis S. Tharaſii* Eremitæ Conſtantinopolitani.

(3) De aliis Eccleſiis, & Monaſteriis a quibus absque habitatore inventis abſtulerunt Veneti ſacras Divorum exuvias non ſemel exempla protulimus, ubi occaſio opportunior ſeſe obtulit inde Sanctorum pignora ibidem quieſcentia amovendi, & Venetias deducendi. Fortaſſe hic Monachi degebant, ſed eo tempore (Deo ſic diſponente) aberant, donec ablato corpore reverſi ſunt.

(4)

(4) Frequentes in noſtris Chronicis leguntur cœleſtes monitus, & voces, quibus excitati Veneti ad auferenda Sanctorum corpora excitabantur, cum enim Deus, Orientis Imperium in Barbarorum poteſtatem tradere decreviſſet, Sanctorum reliquias, & protectionem ab eo prius abſtulit, ut ſævior in illo cœleſtis ira deſcenderet. Ex eo diſcant gentes validius Regnorum præſidium eſſe, Sanctos colere, & imitari.

(5) Ex his Chronologi verbis Andream Dandulum noſcimus, Chronicon ſuum, dum in Ducatu eſſet, vel concinaſſe, vel ſaltem majori ex parte perfeciſſe.

(6) Peractis, quæ Divina Ordinatio ſtatuerat, revertuntur Monachi, pœnamque ſuæ negligentiæ illatam ingemiſcunt.

(7) Hunc Sanctimonialium numerum, eo tempore in hoc Monaſterio commorantium ſtatuit etiam Sanutus, qui hiſtoricam Translationis relationem, ut probabile eſt, ex Dandulo excerpſit.

(8) Quamvis in Urbe populo referta, atque in Monaſterio incolis frequenti perpetuam corpori ſuo delegerit ſtationem Divus Tharaſius, attamen antiquum Eremiticæ ſolitudinis inſtitutum licet defunctus deſerere noluiſſe videtur, ſiquidem in ſubterraneo affabre elaborato Oratorio reconditum fuit, in quo usque nunc ſumma cum Sanctimonialium veneratione aſſervatur.

Ante receptum Divi Tharaſii corpus, jam adductæ fuerant ad hanc Eccleſiam Divi Lizerii Martyris exuviæ, quas ibidem quieſcentes enuntiat Sanutus ſub Petro Urſeolo II. Duce, cujus anno VIII, Chriſti videlicet DCCCCXCVIII. Otho hujus nominis III. Imperator Venetias ignotus appulit, & a Duce noctu ad Sancti Zachariæ Phanum deductus fuit, ut Divorum corpora illic aſſervata veneraretur; quæ inter ſacra pignora Divus Lizerius Martyr nominatim recenſetur his verbis: *Il Doge lo menò di notte a S. Zacharia a vedere que' corpi Santi, che nella detta Chieſa erano:* deinde ſubdit: *Queſti ſono i Corpi Santi ch' erano nella Chieſa di S. Zaccaria. Il corpo di S. Zaccaria Prof. il corpo di S. Sabina. Il corpo di S. Lione Papa: Il corpo di S. Nereo Martire. Il corpo di S. Achileo Martire. Il corpo di S. Lizerio Martire. Il Corpo di S. Pancratio Martire:* Lizerium

Hiſpanum genere ſub Maximiano Imperatore Romæ Martyrium conſummaſſe., tradit Philippus Ferrarius, qui in Catalogo Sanctorum Italiæ pluribus ejus vitam affert ex monumentis (ut ipſe ait) Eccleſiæ S. Zachariæ Venetiarum, ubi corpus ejus delatum quieſcit, atque ex ejus paſſione Venetis typis edita. De eo etiam mentionem ingerit laudatus Biographus in Catalogo Sanctorum extra Martyrologium ad diem 2. Octobris : *Venetiis S. Lizerii M. ſub Maximiano*. In annot. „ Ex Tabulis Eccleſiæ Venetæ, ad quam corpus ex Urbe Ro„ ma delatum in ſacra æde S. Zachariæ conditum eſt. Is ge„ nere Hiſpano Romæ adoleſcens ſub Maximiano paſſus eſt „ una cum Patre, prout in ejus paſſione Venetiis nuper edi„ ta legimus.

Othonem Imperatorem inter cæteras ſacras Reliquias etiam Sancti Leonis Papæ corpus veneratum fuiſſe, refert Sanctus ex equivoco, corpus enim, quod Sancti Leonis Papæ eſſe aſſerit, Divo Leoni Eremitæ potius tribuendum eſt, quod ex Samo, ſeu potius Cephalenia inſula una cum ſacris Gregorii, & Theodori Eremitarum oſſibus ad hanc Eccleſiam ignoto tempore adduxerunt Veneti. Divos hoſce in vetuſtioribus Martyrologiis prætermiſſos fuiſſe aſſerit Clariſs. Hagiographus Guilielmus Cuperus in Actis Sanctorum Tom. IV. Auguſti pag. 768, additque ab aliquibus recentioribus relatos fuiſſe ad diem XXIV. Auguſti, in additionibus enim Uſuardinis, quæ anno 1515. typis Colonienſibus vulgatæ fuerunt, ſic legitur ad præenuntiatam diem : *Apud Samum Inſulam Sanctorum Gregorii, Theodori, & Leonis Confeſſorum, qui tempore Conſtantii, cum eſſent milites, perſecutionem Arianorum declinantes, apud præfatam Inſulam Chriſto devotiſſime ſervierunt, ſimulque quieverunt*. Verum cum additionum Uſuardinarum editio ultra centum annos præceſſerit celebre Urbani VIII. Decretum, ipſæque additiones ex variis antiquioribus Martyrologiis coadunatæ fuerint, hoc in cauſa fuit, ut eruditiſſimus Biographus Sanctos hoſce Eremitas inter prætermiſſos non rejecerit, ſed celeberrimo operi ad diem jamdictam inter Sanctos Confeſſores inſeruerit. Argumentis Cuperi addi poteſt, Sanctorum corpora ab immemorabili tempore ad aras Eccleſiæ S. Zachariæ honorificè quieſcentia a Chriſtifidelibus coli, eiſque honores Sanctis debitos adhiberi.

Ipſo-

Ipſorum acta a Petro de Natalibus, Epiſcopo Equilino concinnata, ſeu potius ex Petro Callotio tranſcripta exhibet Cuperus, ſeque ignorare fatetur, utrum Petrus de Natalibus Callotio ſuppar acta ſimpliciora præ manibus habuerit, & tranſcripſerit, aut potius narrationem ſuam ex Callotii ſcriptis acceperit. Ex quo fonte hauſerit Equilinus Epiſcopus pro certo affirmare non auſim, collatis autem utriusque Biographi narrationibus, cum eadem prorſus ſint acta, quæ ab ipſis enuntiantur, autumare licet, longiorem Callotii Hiſtoriam a Petro Equilino preſſiori calamo tranſcriptam fuiſse. Acta igitur Sanctorum Eremitarum, qualia in Petri Callotii authenticis codicibus leguntur, exhibenda cenſeo, ipſe enim primus fuit ex Biographis, ex quo nobis aliquid de minus perſpectis Sanctis innoteſcit.

Petrus Calo p. LXXVII. t. De Sancto Gregorio, Theodoro, & Leone.

„ Gregorius, Theodorus, & Leo orti in Oriente, quoad
„ ſeculum habitus militaris, erant enim milicie Imperialis, cor-
„ de Deo cotidie adhærentes cum omni ſanctitate & patien-
„ tia, ſobrietate, & abſtinentia uno ſpiritu conjuncti vitam
„ ac paſſiones Sanctorum, quas legebant, imitari cupiebant,
„ ſe ipſos ad Deum orandum exortantes, & ad martyrii pal-
„ mam pervenire deſiderantes. Omnia quæcumque faciebant
„ in verbo, aut in opere in Chriſti nomine faciebant, tante-
„ que erant ſanctitatis, ut merito mundi lumina, ac terreni an-
„ geli viderentur, & dicerentur. Quodam die ait Gregorius ſociis
„ ſuis, quantum poſſumus, ſtudeamus Dei facere voluntatem, ut
„ ejus adoptionis fratres eſse mereamur. Illo autem tempore
„ nefanda vigebat hæreſis Arriana ſcilicet tempore Conſtantii
„ hæretici filii Conſtantini Maximi, qui erat tunc temporis
„ hæreſiarcha. Qui per Siciliam, & cæteras Imperii ſui par-
„ tes edictum direxit, ut omnes ejusdem prave ſecte eſsent.
„ audientes hoc Græciæ milites, qui tunc erant apud Sici
„ liam, contriſtati ſunt, valde timentes ſe prave illius hære-
„ ſis vicio inquinari, quo ſcilicet metu compulſi per diverſas
„ terrarum partes fugientes diſperſi ſunt. Tunc nequiſſimus

„ Princeps mittens Bizantium quemdam ſuum Primatem præ-
„ cepit, ut congregatis populis ſuam hæreſim per Provinciam
„ divulgaret. Qui accepta auctoritate venit Bizantium, & ibi
„ congregato populo Imperiale edictum implere ſtudebat. quo
„ cognito, milites in quorum iſti comitatu degebant, quia ca-
„ tholici erant, in terrorem converſi, qui ad Ytaliam profici-
„ ſci decreverant, apud Inſulam Ceſaloniam morati ſunt, qui
„ trium præfatorum abſtinentiam, & virtutes videntes æmu-
„ lari eos cœperunt, & quidem eos maxime venerationi ha-
„ bebant, nihil in eis niſi divinum videntes. Erat namque
„ Beatus Gregorius vir ſenex ac veneranda canitie decoratus,
„ ſapientia ultra quam dici poteſt, repletus. S. vero Theodo-
„ rus fere 30. annorum. Venerabilis denique Leo adhuc ado-
„ leſcentie flore nitebat. Tunc Gregorius ait aliis duobus:
„ Ecce locum, ut reor, nobis a Domino præparatum, quare ſe-
„ paremur ab iſtis, qui noſtra facta cotidie æmulantur, quia
„ Dominus ait, ubi fuerint duo vel tres congregati in nomi-
„ ne meo ibi ſum in medio eorum. Hic igitur diem expe-
„ ctemus extremum, ut in futura vita ſimul eſse mereamur,
„ & aſsentientibus Theodoro, & Leone oſculati ſunt ſe oſcu-
„ lo ſancto, & accipientes victui neceſsaria, quæ habebant
„ in navi, ab aliis recedere decreverunt, ea, quæ ſunt animæ
„ utilia, & ad Dei regnum ducentia cotidie colloquentes, &
„ perficientes, ita ut mores hominum excederent, & vitam
„ angelicam viderentur imitari, illam in uſu ciborum non
„ delitiarum præter pomos habebant. In inſula illa valis eſt
„ ab Oriente, quæ Samus dicitur, cui adjacet alia Inſula
„ Thay, in qua valis eſt compatrum dicta. Exeuntes igitur
„ ipſi, ut viderent inſulam, dum perambularent præfatam val-
„ lem Samum viderunt rubum quemdam parvum, ſed den-
„ ſiſſimum. Tunc Gregorius agitans caput ingemuit. quod
„ Theodorus intuens ait: O dulciſſime frater cur turbaris,
„ & gemis? Cui ille: O qualis cogitatio mihi a Domino in-
„ ſpirata eſt, ſi eſset, qui me ſequi voluiſset, cumque ille ſe
„ ſectatorem promitteret ait: En locus Theodore, in quo qui
„ ſalvari cupit, poteſt optime commorari. Reſpondit Theodo-
„ rus: Si poſſibile eſset, me paratum haberes, nam audivi in
„ Evangelio & legi anguſtam eſse viam per quam itur ad Cœ-
„ lum, & nos cur hoc non temptemus agere? Et Leo

ait:

„ ait: Quid dubitamus fratres? Scimus enim, quod arcta eſt „ via, quæ ducit ad vitam, nam ſi adhuc in terrena militia „ ſuiſsemus, pro mortali homine morti nos tradere non dubi- „ taremus; quanto magis pro animabus noſtris nos certare „ oportet, atque pro ſpe futuræ gloriæ, quam habuerunt San- „ cti. Nonne & ipſi ex eadem qua nos materia ſunt formati? „ Studeamus igitur imitari eos, ut divino adjutorio ad eorum „ valeamus conſortium pervenire. Et gaviſi & verſi ad Orientem „ Deum inter ſe mediatorem inſtituunt. Tunc pugnis pectora „ tundentes, & oculos ad cœlum levantes oraverunt Deum, „ ut hunc locum eis conſecrare dignaretur, ut ibi usque ad „ diem exitus ſui ſua protecti dextera illi ſic manere mereren- „ tur. Tunc genua flectentes, & capita in terram ponentes „ ſuasque animas Domino commendantes, ſignoque crucis ſe „ munientes receſſerunt inde. Sed quia adhuc militum conſor- „ tium declinare nequibant navim cum eis ingreſſi Dei gra- „ tia protegente ad Italiam pervenerunt, ibique ſolito more „ humilitatem, patientiamque ſectantes abſtinentiam ciborum, „ & verborum in tantum ſervabant, ut omnes commilitones „ ſtuperent: Orationi inceſſanter incumbentes precabantur „ Deum, ut eorum votum impleret. Non multo poſt ad eamdem „ inſulam ſunt reverſi Deo Duce commilitonibus ſuis ignoran- „ tibus locum. Cumque quidam eorum eos quæreret, & non „ inveniret, contriſtatus hoc ſuo tribuno nuntiavit, qui con- „ turbatus cogitare cœpit, cujus rei cauſa aufugere decreviſ- „ ſent, & ſtudioſe percunctatus eſt ſuos, ſi quiſquam eorum „ aliquid moleſtie eis intuliſſet, vel ſi alicujus miniſterio latibula „ petiviſſent. Cumque omnes negarent ait: Senem illum ſapien- „ tem bonis moribus adornatum quam cæteri perſuaſiſſe reor. Ad „ hoc quidam aſtantium ait: O quam Beati illi, qui terrene mi- „ litie renunciantes ſoli Deo ſervire decreverunt. Nam nos „ vidimus eos ſemper, quæ Dei ſunt, & quæ ad animarum „ ſalutem pertinent agere, & tractare unde coniicere poſſu- „ mus, eos non ob aliud niſi, ut libere Deo poſſint ſervire „ a noſtro conſortio ſecregatos, quod tribunus audiens gra- „ tias egit Deo, & benedicens illis navim cum ſuis ingreſ- „ ſus proprium iter egit. Sancti vero illi ad optatum locum „ pervenientes gaviſi ſunt, gaudio magno valde. Et laudan- „ tes Deum ingreſſi ſunt rubum, in quo invenerunt partem

tem-

„ templi vetuſtate diruti. Quo viſo amplioris lætitie gaudio „ ſunt repleti, atque exultantes canebant: Hæc requies mea „ in ſæculum ſæculi &c., ubi cum poſt vie laborem reſediſ- „ ſent, more ſolito cœperunt ſanctorum priſcorum memoriam „ agere, eorumque preſſuras, & anguſtias, quas in ergaſtulis „ ſpeluncis vel cavernis terræ ſuſtinuerant lacrimabili memo- „ ria recordari, & qualiter poſt tot, & tantas tribulationes „ æternæ retributionis gloriam recepiſſent, & hoc conferentes „ lacrimas fundere non ceſſabant, & plus quam illic aliquo tem- „ pore fuerant Domino militantes, Quadam die ait Beatus „ Gregorius: Cariſſimi fratres fixi in continua oratione ma- „ neamus, & poſtulemus a Domino, quatenus in pace digne- „ tur ſuſcipere animas noſtras: & converſi ad Orientem ora- „ bant dicentes: Deprofundis clamavi ad te Domine &c. Et „ iterum reſpice Domine ſuper indignos famulos tuos, quia „ in te confidimus, te laudamus, te adoramus, poſt hoc „ ſinguli tacite oraverunt. Et his finitis una voce dixe- „ runt: Sperantes in Domino miſeyicordia circumdabit. „ Quo verſiculo dicto, humi ſe dederunt, & mox ſanctiſſimas „ animas cœlo rediderunt: Quorum glorioſa corpora per plu- „ rima annorum ſpacia omnibus incognita fuerunt. Michael „ ditiſſimus, & nobiliſſimus vir illius inſulæ elefantino mor- „ bo acriter laborans, qui in medicis multa expenderat, & „ nihil adjutorii ſentiebat, quaſi omnibus conſumptis deſpera- „ tus de ſalute humanitus ad Deum ſe convertit, orans: & „ dicens ſe hoc ſuis demeritis meruiſſe, ſed illius miſericor- „ diam invocabat, qui per Hæliſeum Prophetam, Naaman „ curavit a lepra, ut ſe quoque liberare dignaretur; Cumque „ his dictis lacrymis madefactus, & ſuſpiriis affectus membra „ dediſſet ſopori, aſtiterunt ei præfati viri in Angelica ſpe- „ cie ei dicentes: Cur anguſtiaris o homo, & afficeris tedio: „ Surge, & vide, ubi ſumus, & eripe nos ab infeſtatione „ porcorum, qui nos ſuis ſtercoribus cotidie infeſtare non ceſ- „ ſant. Quod ſi feceris, retribuetur tibi, ſin autem deterio- „ ra patieris. Tunc ille expergefactus lætus de viſione ſtoli- „ dum ſe miſerum dicebat, qui eorum nomina non quæſiſ- „ ſet. Mane vero facto domum egrediens obvium habuit „ quemdam ſubulcum currentem, & quod viderat nunciare „ cupientem. Cui cum retuliſſet dicens: Eram in Samo por-

cos

„ eos paſcens, & unus eorum relicto grege cœpit fugere,
„ quem cum perſequens currerem, miri odoris fragrantiam
„ ſenſi porcus vero ad denſiſſimum rubum perveniens eum
„ ingreſſus eſt, quem ego timens perdere, virtute, qua potui
„ inſecutus ſum, & ingreſſus vidi quemdam partem antiquam
„ templi, & tria corpora mortuorum, quæ mihi non hujus
„ ætatis hominum fuiſſe videntur, a quibus odor exibat, quæ
„ ut reor antiquorum Sanctorum ſunt pignora. Quo audito
„ Michael gaudio magno repletus credens illorum eſſe cor-
„ pora, qui illa nocte ei apparuerant, equum ſibi paratum
„ aſcendens currit ad Samum, & anxius diſcurrens vidit ru-
„ bum, & tanta ſenſit odoris fragrantiam, quantam numquam
„ ſe ſenſiſſe meminerat. Tunc laudans Deum acceſſit ad ru-
„ bum equo dimiſſo, in quo ſancta tria corpora velut ſyde-
„ ra fulgentia jacebant, & proſtratus humi pedes eorum oſcu-
„ lari cœpit. Cumque dictiſſime eos lacrimis rigans lambe-
„ ret ſubito fugata lepra integerrime redditus eſt ſaluti, &
„ rediens domum præcepit famulis ſuis, ut locum illum ſtu-
„ dioſiſſime mundarent. Quo facto Monaſterium ibi ad eo-
„ rum honorem conſtituit. Non poſt multos dies apparuerunt
„ ei glorioſi athlete Chriſti in eo habitu, quo fuerant con-
„ verſati in mundo, eique propria nomina ac vite converſa-
„ tionem per ordinem narraverunt. Quæ omnia idem Michael
„ ad futurorum notitiam ſtudioſe conſcripſit. Revelati ſunt
„ autem IX. Kal. Septembr. quo die precioſas animas Deo de-
„ derunt.

Hæc in ſynopſim redacta affert & ipſe Petrus Equilinus, qui deinde translationem ſacrorum corporum referens: *Proceſſu vero temporis*, inquit, *duo ex ipſis corporibus a Venetis dicuntur fuiſſe inde levata, & Venetias ad Manaſterium Sancti Zachariæ delata, Sancti Gregorii, & Theodori, ubi in eadem arcella poſt altare majus requieſcunt, una cum corpore Sancti Zachariæ Prophetæ patris Joannis Baptiſtæ, Leonis autem corpus apud Samum adhuc habetur*.

Corpora Gregorii, & Theodori Venetias translata affert etiam Maurolicus in Martyrologio ad diem XXIV. Auguſti his verbis: *In Samo Inſula Sanctorum Gregorii, Theodori, & Leonis Confeſſorum, qui cum in rubeto fanoque ſemiruto ſolitarii vixiſſent, Conſtantio imperante pariter obdormierunt in Domino*.

Con-

Concordat Ferrarius in Catalogo Sanctorum extra Martyrologium, ibi enim Gregorium, & Theodorum Venetias translatos dicit, quamvis in nova Topographia Martyrologii Romani (ut notat Pinius) Theodorum, & Leonem ad Sancti Zachariæ Eccleſiam deductos aſſerat, quod Librarii potius, quam Clariſs. Viri vitio imputandum eſſe cenſeo. Quod certum eſt, cum Gregorii, & Theodori Eremitarum corporibus, caput ſaltem Leonis Eremitæ ipſorum ſocii in ſacram Divi Zachariæ Ædem translatum fuit, quod proinde Leoni Papæ ex vulgi dicto aſſignavit Sanutus, ex iis enim Sanctis ſolus Theodorus in veteri Eremitæ ſtatu relictus fuit, Leo Papali, Gregorius vero adjecto Nazianzeni agnomine, Epiſcopali dignitate decorati fuerunt, id enim priſcis illis, rudibusque medii ævi ſæculis in uſu plurimum fuit, ut ſacra corpora aliquo nomine connotata celebriori ejusdem nominis Sancto aſſignarentur. Cum autem veritate nihil antiquius habeam, & falſa Eccleſiarum ornamenta pro meo inſtituto explodere non verear, nec Leonis Papæ, nec Gregorii Nazianzeni corpora in Divi Zachariæ Templo quieſcere ſtatuam, ſatisque habeant Clariſſimæ Sanctimoniales Divorum Eremitarum poſſeſſione gloriari.

Novem igitur Sanctorum corpora, ſeu majores corporum partes ex ſuperius enuntiatis in hac Eccleſia aſſervantur, Zachariæ Prophetæ; Pancratii, Nerei, Achillei, & Lizerii Martyrum, Tharaſii, Gregorii, & Theodori Eremitarum, atque Sabinæ Virginis, quibus Divi Leonis Eremitæ caput, & fortaſse nonnulla oſſa adjicienda ſunt, ex quibus corpus notavit (ut diximus) Sanutus.

Lignum vivificæ Crucis, & Almæ Deiparæ Veſtem cum aliis Sanctorum Reliquiis, quas diximus Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani dono ad hanc Eccleſiam miſſas fuiſſe. Eas inter adnumerandum puto Divæ Agathæ Cathanenſis Virginis, & Martyris ſericum velum, adverſus furentes incendii flammas experimento prodigioſum.

Spinam etiam ex Dominica Corona, Capillos ex veneranda Deiparæ coma, Capita Sanctorum Stephani Papæ, & Martyris, Petri Alexandrini Epiſcopi Martyris, Claudii, Felicis, & Sabinæ Martyrum, Oſſa SS. Innocentium, atque Corpus Sancti Bonifacii Martyris Sanctimoniales ſe habere aſſerunt, quibus tamen ad majorem comprobationem documenta deficiunt,

ciunt, quæ anno MCVI. ex incendii clade aſſeruntur conſumpta. Verum ad hiſtoriæ ſeriem redeamus.

Interea cum ex prædiis, quæ Ingelfredus Comes Monaſterio dimiſerat, aliquam ad ſe partem ſpectare aſſererent tum Epiſcopi Patavinus, & Vicentinus, tum Martinus Cœnobii Sanctæ Mariæ de Vangaditia Abbas, jamque controverſia ad Judices delata eſſet; viſis deinde iis, quæ Procuratores Sancti Zachariæ obtulerant chartis, & rationibus, concordes Epiſcopi ab omni rerum poſtulatione ceſſarunt, terrasque controverſas ad Venetas Sanctimoniales pertinere dixerunt die v. Maii anno MXIII, quod idem paulo poſt, x. nempe ejusdem menſis die præſtitit Martinus Abbas, ſe legitimis Monialium juribus contradicere non poſſe profeſſus. Utrumque ceſſionis, ſeu confeſſionis inſtrumentum Antiqu. Eſtenſ. inſeruit Cl. Muratorius Tom. I. pag. 85. & 88, qui in alio Antiquitatum Medii Ævi opere ſententiam affert Adalpeyri Ducis, & Rambaldi Comitis pro Monaſterio S. Zachariæ adverſus Joannem S. Juſtinæ Patavinæ Abbatem prolatam, qua Capella quædam Sanctorum Thomæ, & Zenonis titulo inſignita, & in agro Montis Silicis Comitatus Patavienſis poſita Monaſterio Sancti Zachariæ Prophetæ, poſito in Rivoalto prope Curtis Palatio adjudicatur. Ex iis autem verbis, quæ in antiquis hiſce inſtrumentis apponuntur *prope Curtis Palatio*, *non multum longe a Palatio*, *non longe prope Palatio*, *non longe a Palatio*, *prope Palatium Curtis*, excluditur omnino receptum illud vulgo commentum, nempe Palatium Ducale ſub Sebaſtiano Ziani Duce in loco, qui Hortus erat, ſeu ut vocant, Broleum S. Zachariæ ex Monialium conceſſione extructum fuiſſe, cujus quidem Horti longitudo ad eum usque locum protendebatur, ubi Eccleſia olim S. Mariæ de Capite Brolii, nunc Aſcenſionis nuncupata antiquitus fundata viſitur.

Circa ea tempora XV. ſcilicet Petri Urſioli II. Ducis Venetiarum anno, qui æræ vulgaris alligatur anno MVII. *tanta fuit* (ita Dandulus lib. IX. cap. I. par. XLVII.) *mortalitas in Venetia, & per totum pœne Orbem, ut vacantes ſepulchris cum mortuis obruerentur, & inter cæteros Joannes Dux, cum uxore ſua Maria ſexdecim dierum ſpatio in Sancti Zachariæ Monaſterio, uno ſepulchro clauſi ſunt. Petrus Dux* deinde *tranſactis* (ſequitur Dandulus part. LII.) *ab ejus exordio annis* XVII,

menſibus VI. *ſuæ ætatis Anno XLVIII. dies ſuos feliciter terminavit, & ſolemnibus celebratis exequiis in Eccleſia Sancti Zachariæ ſepelitur.*

Ducibus his, qui in ſacra Divi Zachariæ æde emortualem requiem invenerunt adjiciendos hoc loco cenſeo Dominicum Flabianicum, qui elapſis a ſua promotione annis X. menſibus IV. diebus XII. ſenio oppreſſus dies ſuos in pace conſumavit, & in æde B. Zachariæ ſepultus fuit anno MXLIII., & Vitalem Michaelem ejus nominis II. Ducem Venetum, qui exorta adverſus eum populi ſeditione, dum *per viam maris verſus Monaſterium S. Zachariæ* pergit *a quodam lethaliter vulneratus* ſui Ducatus anno XVII. die XXVII. Martii *ad Deum transvolavit*, cujus corpus *Clero, & univerſo populo congregatis in prædicta Eccleſia* digne ſepelitur anno MCLXXII.

Renovata pridem fuerat Eccleſia, quam ex Dandulo novimus anno MCVI. incendio periiſse.

Iis poſſeſſionibus, quas in Montis Silicis agro enuntiavimus ab Ingelfredo, & Notkero Epiſcopo donatas, alias deinde adjecit Joannes Presbyter ejuſdem loci, qui *pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum* Monaſterio Beatiſſimi S. Zachariæ, & S. Pancratii Martyris puellarum ſito in finibus Venetiarum nonnullas terræ petias poſt obitum ipſius poſſidendas elargitus eſt, anno ML. die XXXI. Januarii (E).

Liberalibus hiſce piorum oblationibus jura Monaſterii in eo Montis Silicis territorio plurimum dilatata, dum neceſſarios corporibus alendis proventus augent, magnas quoque animis exercendis curarum, & litium anxietates obtulerunt.

Inter eos porro, qui majores moleſtias Sanctimonialibus intulerunt, ex primis fuerunt Sanctæ Juſtinæ Patavinæ Monachi, qui antedictam S. Thomæ Capellam ſibi vindicantes, inanis cartulæ præſidio muniti eam ſibi adjudicari poſtulabant. Cum autem pro juribus Sanctimonialium tuendis ex adverſo ſtetiſſet Plebanus S. Zachariæ, atque Cœnobium S. Zachariæ probaſſet in ipſa Capella per centum, & ultra annos jus quietum habuiſſe; Warnerius miſſus Domini Imperatoris, & cum eo aſſidentes Judices, & Juriſperiti *diſcutientes, & æqua lance trutinantes ſupradictam* Monachorum *chartulam*, *inanem* eam eſſe dixerunt, & Capellam S. Thomæ, de qua quæſtio erat, Cœnobio S. Zachariæ concordes adjudicarunt. Latam

die

die xxv. Maii anno MC. ſententiam, quam retulit in Antiquitatibus Medii ævi Muratorius, nos quoque ad clariorem rei ſeriem exhibemus; Warnerius enim, qui in ea ſententia Imperatoris miſſus nuncupatur, in alia judicii charta nullis chronicis notis ſignata Warnerius Comes appellatur. Hic cum Imperatoris nomine, & ab ipſo delegatus Prætor, ſeu ut vocant Poteſtas, Montis Silicis caſtro præeſſet, malorum hominum inſtigatione pallium, veluti ſuæ dignitati ex antiqua conſuetudine debitum, Abbatiſſæ S. Zachariæ petiit, *Quod Plebanus ipſius Monaſterii ab ea Abbatiſſa non uſu dari debere, cum multis hoc idem atteſtantibus aſſeruit*. Hoc deinde cum plurimi fide digni teſtes in judicium evocati jurejurando interpoſito confirmaſſent, Guarnerius Comes comperta rei veritate decrevit, ut nullus deinceps loci Prætor *pallium aliquod, vel cendatum pro conſuetudine* expoſceret (F).

Quis autem, vel cui Eccleſiæ præpoſitus fuerit hic Plebanus, qui in multis inſtrumentis *Plebanus Monaſterii* dicitur, & ad Guarnerium Comitem *præcepto Abbatiſſæ* acceſſit, pro certo aſſerere non auſim, jus enim Parochiale, quod ab initio Eccleſiæ S. Zachariæ alligatum fuiſſe traditur, jam a multo tempore ad Eccleſiam S. Proculi tranſierat, cujus Rectores nullo unquam tempore *Plebani* titulo inſigniti fuerunt; veriſimile itaque eſt Plebanum illum ipſi Eccleſiæ S. Thomæ apud Montem Silicem præfuiſſe, qui ideo Monaſterii S. Zachariæ Plebanus enuntiatur, quia ab ejus Monaſterii Abbatiſſa eo titulo, & adminiſtratione inſignitus fuerat.

His igitur controverſiarum procellis rite ſedatis, Monaſterium *S. Zachariæ*, *&* *S. Pancratii* alias excepit, ad ſua jura in iis locis dilatanda, oblationes, etenim Ubertus Comes, & Manfredus ejus frater Ugonis Comitis filii de Comitatu Vicentino, atque Patavino anno MCVII. menſe Martii Vitæ Abbatiſſæ Monaſterii S. Zachariæ, & S. Pancratii prædia obtulerunt, haud procul a Monte Silice, quorum proventibus Virgines, & Viduæ in eo Monaſterio commorantes, alerentur (G).

Nec opportuniori quidem tempore ad Sanctimonialium ſuppetias advenire poterat illuſtrium virorum oblatio, anno enim præcedenti MCVI. Templum S. Zachariæ (ut notat Dandulus) ex vaſtiſſimo incendio, quo plurimæ Urbis Eccleſiæ conſumptæ fuerunt, cum Monaſterio conflagraverat.

Factum eſt poſt hæc, ut anno Mcxv. reſideret in Monte Silice ad juſtitiam faciendam Fulco Marchio, quem adierunt Monachi S. Juſtinæ antiquam ſuper Capella SS. Thomæ, & Zenonis controverſiam renovantes adverſus Monaſterium Sancti Zachariæ, quod veluti injuſtum bonorum ſuorum detentorem accuſabant; *ad quorum querelam Presbyter Joannes Saturninus Plebanus S. Zachariæ*, inſurgens reſpondit: *De hac querela jam* ex Warnerii Comitis ſententia *judicatum* fuiſſe, atque antiquas hæreditarii juris chartas obtulit, quarum virtute Fulco Marchio die xxxi. Maii ſtatuit, in Capellæ ſupradictæ poſſeſſione Monaſterium S. Zachariæ eſſe perpetuo confirmandum. Fulconis ſententiam exhibet Muratorius Antiquitatum Eſtenſium Tom. i. pag. 314. Jura, & poſſeſſiones Veneti Monaſterii in iis bonis Henricus hujus nominis V. Imperator prædeceſſorum ſuorum exemplo inhærens *pro Dei amore, & S. Zachariæ, & S. Pancratii* dum Venetiis degeret in Palatio Ducis anno Mcxvi. ampliſſimo diplomate confirmavit, ut videre eſt apud Muratorium in Antiquitatibus Eſtenſ. Tom. i. pag. 283. Tot itaque, & judiciis, & privilegiis cedere tandem coacti fuerunt Monachi Patavini, proindeque Joannes Benzo Monaſterii S. Juſtinæ Abbas (quem multis exagitatum ex tabulis Monaſterii S. Zachariæ Venetiarum tradit Cavacius lib. II. Hiſt. S. Juſtinæ pag. 61.) cognoſcens *ſententiam ab Adaperio Duce, atque ab aliis* contra ſe *datam; nullamque* ſe in his bonis *rationem habere* confeſſus, accepta, pro tranſactione, ſtatuta pecunia cuicunque poſtulatui pro ſe ſuoque Monaſterio renuntiavit anno Mcxxiv. die xxx. Decembris (H).

Nec tamen, licet ſolemni judicio, & laudabili Monachorum æquitate Sanctimonialium in S. Thomæ Capella Dominium firmatum eſſet, aliud controverſiæ negotium defuit, quidam enim Joannes de Franco Presbyter de Monte Silice in ea S. Thomæ Capella, ſeu Eccleſia degens, eam tamquam prædicto S. Zachariæ Monaſterio ſubjectam recognoſcere renuit, quapropter *Pancratius* Presbyter Legatus *S. Zachariæ de regno Venetiæ palam eundem ejecit* ab Eccleſia; a qua tandiu expulſus ſtetit, donec facti multum pœnitens venit ad *mercedem*; novamque Eccleſiæ S. Thomæ a Legato Monaſterii ſupradicto inveſtitionem accepit die xii. Januarii anno Mcxl.

hoc

hoc inſuper ſtatuto, ut in obſequii ſignum duos quotannis cereos Sanctimonialibus in feſto S. Pancratii perſolveret (I).

Eodem anno quidam Imperatoris Corradi III. Legatus in Monte Silice reſidens, cum Sanctimonialium *privilegia proprietatis a Pancratio Presbytero, & S. Zachariæ Cœnobii Miniſtro* ſibi oblata accurate perpendiſſet, ejusdem Monaſterii jura, quæ pridem injuſte læſerat, ſalva eſſe decrevit die XII. Septembris (K).

Primus omnium, quod noverim, Monaſterium S. Zachariæ ſub Apoſtolicæ Sedis protectione recepit Eugenius III, qui die XVI. Septembris anno Incarnationis Dominicæ MCLI. datis Giſeldrudæ Abbatiſſæ, ejusque Sororibus Apoſtolicis litteris, Cœnobium, in quo Divino erant mancipatæ obſequio, ſub Beati Petri, & ſua protectione ſuſcepit, ſtatuitque, ut Cluniacenſis Ordo ibidem inſtitutus *perpetuis temporibus* inviolabiliter conſervaretur, prædia autem, & bona Monaſterii, ſeu oblatione, ſeu aliis juſtis modis poſſeſſa, eidem firma juſſit, & illibata permanere; quæ inter nominatim recenſuit ſæpius memoratam *Eccleſiam S. Thomæ, cum omnibus pertinentiis ſuis*. Idipſum Apoſtolica indulgentia præſtiterunt aliqui ex Eugenii ſucceſſoribus videlicet Adrianus IV. die XVII. Febr. anno MCLVI. Alexander III. die XX. Martii anno MCLXXX., Lucius III. die VI. Julii anno MCLXXXIII., Urbanus III. die XVII. Eebruarii anno MCLXXXVI, Urbanus IV. die I. Februarii anno MCCLXII, atque Bonifacius IX. die I. Octobris anno MCCCXCVIII. (L).

In ſuperius enuntiatis Pontificum Romanorum epiſtolis enuntiantur Decimæ bonorum Monaſterio S. Zachariæ olim conceſſæ, quas *per chartulam Epiſcopatus Paduani* Monaſterium prædictum poſſediſſe teſtatus eſt ſuo diplomate Gerardus Epiſcopus Paduanus. Cum vero ea *donationis, & offertionis* charta eſſet amiſſa, Epiſcopus novo diplomate dato die I. Junii anno MCLXIX. decimam ſuæ terræ de Monte Silice prædicto Monaſterio obtulit, quam deinde Apoſtolicæ confirmationis munimine roboravit Alexander Papa III. die XVI. Auguſti anno MCLXX. (M). Noviſſimum oblationis documentum, quo prædia in Montis Silicis agro poſita Monaſterio S. Zachariæ conceſsa fuerunt, peractum fuit anno MCLXXIII. die VII. Octobris, quidam enim devotus vir nomine *Menaboi*

boi de Monte Silice, cum filiam ſuam *Perpetuam* in religioſo Sanctimonialium cœtu adſcribi impetraſſet, in pietatis, & grati animi teſtimonium *ſeptem petias de terra aratoria*, & vineam eis adjacentem Monaſterio S. Zachariæ *pro anima ſuæ & parentum ſuorum remedio, & pro benedictione jamdictæ filiæ ſuæ Perpetuæ, quæ ibi ad Dei ſervitium diffinire vitam ſuam* diſpoſuerat, perpetuo munere, & irrevocabili conceſſit (N). Alias deinde in Clugienſi diſtrictu poſſeſſiones Monaſterio legavit anno MCLXXXIV. menſe Auguſti Leonardus Michael Auſerenſis Comes, qui extremæ ſuæ voluntatis Commiſſarias eſſe conſtituit Cayſotam Abbatiſſam, eique in munere ſuccedentes. Piam viri diſpoſitionem Apoſtolico diplomate confirmavit Lucius Papa III. Veronæ degens die v. Septembris anno MCLXXXV. (O).

Redditus quoque intra Venetæ Paludis ambitus a Monaſterio hoc fuiſſe acquiſitos teſtatur antiquus Codex Publicorum, in quo legitur: Stephanum Candianum Dominici filium anno MLXXXVII. menſe Aprili dimiſiſſe Monaſteriis S. Zachariæ, & S. Laurentii paludes ſuas: his verbis, quæ in inſtrumento per Dominicum Clericum, & Notarium confecto continentur; *Volo, ut meæ paludes ſint inter Monaſterium S. Zachariæ, & Monaſterium S. Laurentii*. Nec paludes ſolum, ſed & Veneti littoris, qui Sancti Eraſmi nuncupatur, partem acceperunt Sanctimoniales ex liberali Murianenſis Matricis dono, cujus Sacerdotale Collegium annuente Gotifredo Epiſcopo *partem littoris* de jure Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Muriano *poſitam in loco*, qui vocabatur *portus vetus in littore S. Heraſmi Angeletæ Abbatiſſæ S. Zachariæ* Venetiarum conceſſit anno 1256. die 6. Maii, retenta ſibi frugum, animalium, & vini decima, quam in menſe Septembri ſolvere tenerentur (P).

Gemina inde controverſia Sanctimonialium animos anxit, Vicarius enim Manfredi Veronenſis Epiſcopi circa annum 1263. indebitis exactionibus jura earum in prædiis Veronenſibus turbare conatus eſt, & paulo poſt nonnulli Fratres laici eidem Monaſterio circa annum 1273. deſervientes, Abbatiſſam, & Conventum S. Zachariæ *ſuper quadam pecuniæ ſumma* coram Epiſcopo Clugienſi Delegato Apoſtolico *in cauſam traxerunt*: Priorem litem *Epiſcopo Abbati S. Juſtinæ, & Archipresbytero Paduanis* dirimendam dimiſit anno 1263. die 1. Febr.

Ur-

Urbanus Papa IV. (Q) ſecundam vero authoritáte Apoſtolica Epiſcopo Clugienſi pridem delegatam, mox nova exorta quæſtione Gregorius X. Prioris Prædicatorum, Archidiaconi, & Archipresbyteri Caſtellanæ Eccleſiæ arbitrio detulit, *ut auditis hinc inde propoſitis*, *quod juſtum* eſset, appellatione remota diſcernerent (R). Nec plura ex documentorum defectu ſuper iis ſcire licuit; ex quorum inopia nihil, quod vetuſtum Eccleſiæ ædificium illuſtret, invenire potuimus, præter unicum Ugolini Epiſcopi Yschirienſis diploma, quo XL. dies de injunctis penitentiis indulgentiarum viſitantibus Altare S. Marci a Marco Sanuto in Eccleſia S. Zachariæ ædificatum miſericorditer in Domino relaxavit die XXX. Auguſti anno MCCCXVII. (S) Emortuale Marci Sanuti elogium in nova Eccleſia repoſitum viſitur his verbis notatum.

„ Marco Sanuto Fran. F. Senatori in R. P. primario. Elo-
„ quentia omniq. eruditione præſtantiſs. Fratres pientiſs. P.

Ejusdem ſæculi anno LXXII. Guido Epiſcopus Concordienſis, & Bonincontrus Abbas S. Georgii Majoris Eccleſiarum, & Monaſteriorum in Provinciis Aquilejenſi, & Gradenſi exiſtentium Apoſtolici Viſitatores a Gregorio Papa X. conſtituti certas leges ad regimen, & reformationem Monaſterii Sancti Zachariæ peradmodum opportunas ediderunt, quas etiam in Actorum codice die X. Julii redigi mandarunt (T).

Interea annorum fluxu Eccleſia ab incendio anni MCVI. reſtituta ad ruinam vergebat, quapropter de Divino cultu ſollicitæ Sanctimoniales novum, & ornatius opus ad Dei honorem, atque ad aſservanda tot illuſtrium Sanctorum pignora diſponeere ſtatuerunt. Conquiſitis itaque ſelectis marmoribus & peritiſſimis undique artificibus delectis magnificentiſſimi Templi fundamenta jecerunt circa annum Domini 1456, cujus etiam anni die XI. menſis Junii Caliſtus Papa III. Maphæo Contareno Patriarchæ Venetiarum mandavit, ut omnibus Chriſtifidelibus, qui *pro fabrica Eccleſiæ dicti Monaſterii* eleemoſinas erogaſſent, facultatem concederet *eligendi Confeſſorem*, qui eos ab omnibus delictis, & votis ſemel dumtaxat abſolvere valeret, quam Caliſti Apoſtolicam liberalitatem, ut ædificationis opus celerius progrederetur, novis diplomatibus approbaverunt, auxeruntque Pius Papa II. die 28. Nov. anno 1458, atque Innocentius VIII. die 15. Decembris an-

no

no 1458. die 15. Decembris anno 1485. Innocentii diploma exequutioni deinde demandavit Nicolaus Francho Epiſcopus Tarviſinus Legatus Apoſtolicus die 13. Jan. anno 1487. (V) Manus etiam auxiliatrices incœptæ ædificationi admovit Publica religio anno 1461. die 19. Febr. lato decreto, quod ideo hic exhibere ad decus hujuſce Monaſterii cenſuimus; ut opportune manifeſtetur, qua liberalitate, quove zelo nobiliſſimæ Virgines Patriæ bellorum calamitatibus afflictæ ingenti pecuniæ vi in ſubſidium advenerint.

MCCCCLXI. Die XIX. Februarii.

In Rogatis.

„ Conſuevit Dominium noſtrum, in honorem, & Gloriam „ Domini Dei noſtri, Sanctorumque ſuorum, quorum precibus, & auxilio Urbs noſtra, ſtatusque noſter auctus, & „ conſervatus eſt, non ſolum facultates, ſed vitam propriam „ libenter exponere, quo fit, ut procul dubio tenendum ſit, „ res noſtras per continua tempora de bono in melius ſucceſſiſse: In quo quidem Sancto propoſito perſeverandum „ eſse, non eſt dubium, Officio, & debito noſtro, quam maxime convenire. Et cum in preſentiarum videatur, quod „ Templum Sancti Zachariæ, quod in centro, & oculis Urbis noſtræ ſitum eſt, cujus primum Officium Sereniſſimo „ Principi Venetiarum in Titulum adſcriptum eſt, & ad „ ipſam Eccleſiam Principes noſtri per tempora ſingulis annis „ accedunt cum Nobilibus, honoribus, & Triumphis Ducatus noſtri, jam annis quatuor inceptum perfici non poteſt; „ conveniatque honori, & debito noſtro, pie conſiderare, quod „ in hoc Templo, novem Corpora Sanctorum collocata ſunt; „ quodque Dominæ, quæ in ipſo Monaſterio Deo ſerviunt, „ ſunt Filiæ Nobilium noſtrorum, & propter nos, & Statum „ noſtrum ad tenuem conditionem deductæ ſunt, quando quidem in Guerra Paduæ, & Lombardiæ dederunt noſtro Dominio Ducatos octuoginta quatuor millia Auri: Ut igitur „ gratificemur nos Deo, nec beneficiorum illius Monaſterii, „ & prædictorum Religioſarum Dominarum videamur immemores, quæ ſunt de Carne, & Sanguine noſtro, & non relin-

„ relinquamus Templum ipſum in oculis noſtris diſcoopertum diruptumque.

„ Vadit pars, quod ad laudem, & Gloriam Omnipotentis Dei, dari debeant in oblationem, & donum Templo Sancti Zachariæ Ducati Mille, de tribus pro cento, quæ ad officium extraordinariorum exiguntur, qui diſpenſari debeant in fabrica dicti Templi, ſicut Venerabilis Domina Abbatiſsa, cæteræque Dominæ illius Monaſterii devotiſſime ſuplicarunt.

„ Aloyſius Vidua Duc. Notar.

Nec opibus tantum, ſed & opera piis Sanctimonialium ſtudiis præſto fuit Senatus authoritas; anno enim MCCCCLXXXVI. Antonio Vincinguerræ ſuo *apud Summum Pontificem Segretario* commiſit, ut pro renovatione Indulgentiæ, Eccleſiæ Sancti Zachariæ olim conceſſæ enixe apud Pontificem Innocentium VIII. inſtaret, mox anno MIVD. die XXII. Januarii Nicolao Michaeli Oratori ſuo in Romana Curia mandavit, ut ab Alexando VI. itidem Romano Pontifice indulgentiarum privilegia pro Eccleſia & Monaſterio S. Zachariæ obtinere niteretur, quod iterum aliis Venetis Oratoribus præcepiſſe novimus anno MDI. die XII. Januarii atque anno MDVII. die XXII. Januarii, hoc potiſſimum in rei cauſam aſſignans, quod publica Ducis Majeſtas ex veteri inſtituto quotannis in die Dominicæ Reſurrectionis cum univerſo Senatu, ac Principatus noſtri ſolemnibus inſigniis Templum ipſum viſitare conſueverit. (X)

Porro *vetus* hoc *inſtitutum*, ex quo annuatim Dux *cum univerſo Senatu ac triumphalibus* ſuæ dignitatis *inſignis* ad Eccleſiam S. Zachariæ accedere conſuevit, quando, quave de cauſa inceperit, varie ſentiunt Venetarum rerum Chronologi, nonnulli etenim originem hujuſce viſitationis ad Juſtiniani Participatii tempora alligant, eo quod ipſe Monaſterii Fundator extiterit, alii vero poſt celebrem Divorum Pancratii & Sabinæ tranſlationem munere Benedicti III. peractam, ſtatutum fuiſſe publico decreto aſſerunt, ut ad ſacra pignora colenda Dux quotannis accederet, multi denique hoc Sebaſtiani Ziani Ducis tempore decretum fuiſſe contendunt in grati animi perenne teſtimonium ob receptam a Sanctimonialibus horti earum amplam portionem, in qua Divi Marci area plurimum

dilatata fuit. Quænam ex iis cauſis probabilior ſit; nec ipſe Sanſovinus audet ſtatuere, ego tamen relicta in ſuis tenebris re, tertiam ex allatis cauſis infirmiorem eſſe cenſeo, cum enim Publici Palatii, atque Ducalis Baſilicæ ædificia multis annis Sebaſtiani Ducis tempora præceſſerint, inveriſimile eſt in medio hortorum S. Zachariæ fuiſſe collocata. Utcunque res ſit, certum eſt antiquiſſimum fuiſſe hoc inſtitutum, eique pariter coæva fuiſſe obſequia, quæ annuatim Monaſterium S. Zachariæ Curiæ Ducis facere conſuevit, ut patet ex vetuſtiſſima pergamena, in qua hæc exarata leguntur.

Regaliæ Domini Ducis.

„ Obſequia, quæ annuatim facere conſuevit Monaſterium S. „ Zachariæ ad Curiam Ducis hæc ſunt: In quatuor feſtivi- „ tatibus S. Marci (1) ſolitæ ſumus dare octo Meſſorios de „ Caliſione. (2) Duos per unumquodque feſtis. Duos in fe- „ ſtivitate Omnium Sanctorum: Duos in Adventu: Duos in „ Natali: Duos in Epiphania: Duos in Carnis laxatione (3): „ Duos in Dominica de Caſio (4): Duos in Paſcha Reſurre- „ ctionis: Duos in Aſcenſione, & Duos in Pentecoſtes. Dux „ vero debet ſupradicto noſtro Monaſterio dare in introitu „ ſuo unum bonum pannum, & unam vegetem de vino. „ In natalis dat nobis XII. paria inter aucellas, & pullos, „ & in carnis laxatione XII. paria de bonis pullis, in die Jo- „ biæ Sanctæ unam piſcationem de Paſceres, & duos ma- „ gnos piſces, qui debent dividi inter omnes Monachas. In „ Paſcha unum Moltonem, in Vigilia S. Laurentii centum „ Auradas, decem magnas, & alias parvas, & ſimiliter in „ vigilia S. Mariæ de Auguſto. In feſto S. Clementis nos de- „ bemus dare ad Duciſſam duos Meſſorios de Caliſſione, & „ ipſa debet dare nobis unam zangulam (5) de piſcibus de zela- „ dia (6), & ipſa Duciſſa debet dare nobis omni anno de vi- „ no Civitatis Novæ, in illa vindemia tres Anphoras de vi- „ no, quod dividitur per omnes Monachas (7).

(1) Quatuor ſolemnitates Sancti Marci ſunt. Feſtum Tranſlationis ejus Corporis die 31. Januarii. Solemnitas Paſ-

ſio

ſionis ejus die 25. Aprilis. Apparitio ipſius die 25. Jun. & Dedicatio Venetæ Baſilicæ ejus nomini ſacræ die 10. Octobris.

(2) *Miſſorium*, & *Meſſorium* eſt Vas Eſcarium, lanx, diſcus &c. Caliſſonis nomen in quibuſdam Italiæ regionibus innuit Bellariorum genus, & cruſtularum, quæ ex infrata farina admixtis amygdalis conficiuntur.

(3) *In Carnis laxatione* idem fortaſſe eſt, ac in Baccanalibus, in iis nempe diebus jejunium quadrageſimale præcedentibus.

(4) Dominica de Caſeo idem eſt, ac Dominica Quinquageſimæ, & Hebdomada Caſei ea, quæ hanc Dominicam præcedit, ea enim Hebdomada Græci Caſeo tantum, & laticiniis veſcebantur. Conſule Ducangium in Gloſſario Mediæ, & Infimæ Græcitatis.

(5) *Zangula* ſpecies eſt vaſis lignei ad continendos piſces ſale, vel aceto ad conſervationem conditos.

(6) Piſces in *Zeladia* vocantur ii Piſces, qui in aceto, ut diu conſerventur, reponuntur.

(7) Obſequia Duci, ipſiusque Curiæ a Monaſterio S. Zachariæ præſtari ſolita in feſtivitate Paſchali, pro commodiori ſolutione anno 1576. ſolemni tranſactione ad certam numeratæ pecuniæ ſummam redacta fuerunt.

Cœperat interea circa finem ſæculi XV. antiquus religionis fervor decreſcere, atque ea regularis vitæ obſervantia laxari, qua veteres loci incolæ non Venetorum ſolum, ſed & exterorum gratiam, & admirationem ſibi conciliaverant, cumque ea ſit humanæ infirmitatis conditio, ut peſſima eveniat rerum optimarum corruptio, Sanctimoniales, quæ diu virtutum, & ſanctimoniæ ſplendore effulſerant, ad ſæcularium mores (quod commune fuit eo ævo Monaſteriis infortunium) magna cum nominis jactura aliquando tranſierunt. Gravi igitur malo, ne in dies latius augeretur, opem ferre cupiens Antonius Contareno, qui per eos dies Patriarchali Venetiarum Sedi præerat, Apoſtolica fretus authoritate, Abbatiſſæ, cæteriſque Monialibus ſub certis pœnis inhibuit, ne de cætero extra Monaſterii ſepta egredi præſumerent, omneque ſæcularium virorum commercium penitus devitarent; quæ omnia Marina Mar-

cello *Abbatiſſa*, & *nonnullæ ex dictis Monialibus Deum timentes* prompto animo ſe ſervaturas eſſe promiſerunt. Non defuerunt tamen *aliquæ ex eis*, quæ *ſuæ ſalutis immemores*, ut diutius in libero vitæ genere verſarentur, ab hujusmodi reformationis ſtatuto ad Sedem Apoſtolicam provocarunt. Mulierum *geſtionibus circumventus* Leo X. *appellationis cauſam Dominico Epiſcopo Lucerino Apoſtolici Palatii Auditori fine ſolito terminandam* commiſit. Cum vero ſub *appellationis clypeo* deteriora in dies provenirent regularis obſervantiæ detrimenta, idem Leo Pontifex, de gravibus offenſis plene informatus hoc etiam attendens, quod *a correctione juſta appellaverant*, *ſtatum litis* ad ſe advocavit, & penitus extinxit, proindeque univerſa per Antonium Patriarcham geſta Apoſtolicæ confirmationis munimine roboravit anno MDXV. die XV. Junii (Y). Studio itaque vigilantiſſimi Patriarchæ, cui & Senatus pietas, & Apoſtolica authoritas ſubſidio fuerunt, haud difficulter nobiles Sanctimoniales ad veterem diſciplinam traductæ fuerunt, brevique ea morum pietas refloruit, quæ ex communi potius ſæculi illius corruptione, quam ex peculiari pravitate defecerat. Ut autem in ſuſcepta optimæ vitæ ratione congregatas Sanctimoniales firmaret ſupralaudatus Pontifex Leo X. eas ſingularibus gratiis proſequi volens, Indulgentias a præceſſoribus ſuis Eccleſiæ S. Zachariæ olim indultas, quæ a Julio II. *propter Indulgentias pro fabrica* Baſilicæ S. Petri ſupſpenſæ fuerant, ampliſſimo diplomate renovavit anno MDXVIII. die XX. Februar. quod & iterum Apoſtolica liberalitate præſtitit anno MDXX. die XV. Martii (Z). Anno deinde a partu Virginis MDXV. elaboratiſſimum Templi opus magnifice prodiit, ad quod ornate perficiendum plurimas ex ſelecto marmore columnas obtulit doctiſſimus Brixiæ Epiſcopus Dominicus de Dominicis, ut ex ipſius Teſtamento patet, in quo hæc leguntur:

„ Item cum multas columnas marmoreas donaverim Mo-
„ naſterio, & Conventui Sancti Zachariæ de Venetiis, cum
„ hoc quod ædificarent mihi Capellam in ipſa Eccleſia pro
„ ſepultura anteceſſorum meorum, quod egregie impleverunt,
„ & promiſſa ſervaverunt, & interveniente authoritate B. M.
„ Patriarchæ Venetiarum, ut in ea Capella poſita eſſent cor-
„ pora ipſorum progenitorum fratrum ſororum, & anteceſſo-
„ rum meorum in ſepulcro marmoreo, volui, & ordinavi,

quod

„ quod in ipſa Capella erigeretur Altare marmoreum, & quod
„ nullo unquam tempore quicumque alius, vel de quacum-
„ que familia poſſet ibi ſepelliri, ſed perpetuo vocaretur Ca-
„ pella de Dominicis, & quod in eo ſingula hebdomada ce-
„ lebraretur una Miſſa pro anima mea, & defunctorum meo-
„ rum ibi quieſcentium.

Eccleſiam deinde abſoluto opere perfectam, ornatamque ritu ſolemni conſecravit Anno 1543. die VII. menſis Maii, Jo. Lucius Staphileus Epiſcopus Sibinicenſis, cujus ſolemnitatis memoriam ex infraſcripto documento addiſcimus:

„ Anno ab Incarnatione Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chri-
„ ſti MDXLIII. die VII. menſis Maii. Ego Jo. Lucius Staphi-
„ leus Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Sibinicen-
„ ſis conſecravi hanc Eccleſiam in honorem, gloriam, & lau-
„ dem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, nec non in honorem B.
„ Zachariæ Prophetæ. Sedente Præſule in Sede Apoſtolica
„ Paulo Papa II. Pontificatus Sui Anno VI. Hieronymo Qui-
„ rino Patriarcha Venetiarum, Principatus Sereniſs. Domini
„ Petri Lando, ſignificans cunctis Chriſtifidelibus dictam Ec-
„ cleſiam devote viſitantibus in die Conſecrationis ejusdem
„ unum Annum, & die Anniverſario Conſecrationis hujus-
„ modi ipſam viſitantibus XL. dies de vera Indulgentia in for-
„ ma conſuete Eccleſiæ concedens.

Templum itaque non architectura minus, quam ſelectis marmoribus, & divite ſuppellectile ſpectabile, lapideo proſpectu inſtructum fuit, ſculptis exquiſite marmoribus, & operis gravitate laudatiſſimo. Januæ exteriori appoſitum eſt Divi Zachariæ ſimulacrum manu Alexandri Victoriæ exſculptum, cujus quidem celeberrimi Sculptoris corpus in hac Eccleſia tumulatum fuit, ut innuit ſepulcro appoſita epigraphe:

Alexander Victoria, cujus anima in benedictione ſit MDCV.

Ipſius quoque depoſitum mole parvum, ſed laboris perfectione nobiliſſimum ad Eccleſiæ parietes affixum viſitur, in quo ejus effigies eminet, quam ſibi ipſe ſculpſerat. Ei appoſitum fuit hæc inſcriptio.

Alexander Victoria, qui vivos duxit e marmore vultus.

Ut autem marmorum copia, & venuſtate, ſic & picturarum ornamentis decoratur Eccleſia, in majoris enim Altaris tabernaculo porphyrite, ac ophite abunde referto Chriſtum

Do-

Dominum flagellis cæſum, ſpinis coronatum, de Cruce depoſitum, & reſurgentem in quatuor tabulis expreſſit Palma, qui & duorum altarium tabulas, & organi pneumatici valvas depinxit.

Mariam Virginem cum filio Jeſu in ulnis, Divosque hinc inde ſtantes immortali opere repræſentavit Joannes Bellinus; Paulus vero Veronenſis ad aram Sacrarii Deiparam inter multos Sanctos elevatam aureo penicillo exhibuit: Cæteras vero illuſtrium virorum picturas prætermittimus.

Ex Veneto Statutorum libro haurimus nonnulla Monaſterii hujus, (ita etiam & Divi Laurentii) cubicula, ſeu cellas (ut vocant) mulieribus condemnatis pro carcere aſſignatas fuiſſe: Ita cap. 51. " Si autem mulier non conjugata fuerit condemnata (ut ſupra dictum eſt) totum fiet, ut de viro ſupra diximus, excepto, quod ipſa ſtabit in territorio Sancti Zachariæ, vel Sancti Laurentii, ita ut pontem non tranſeat, & loco carceris ſtabit in camera dictorum Monaſteriorum vel Palatii.

Index Chronologicus Abbatiſſarum, quæ Monaſterio S. Zachariæ præfuerunt.

Anno 855 Agnes Mauroceno quamvis prima non fuerit, quæ hoc Monaſterium rexerit, attamen, cum illarum, quæ in munere illam præceſſerunt, nomen ignoretur, veluti prima ex Chronico Danduli recenſetur Abbatiſſa.

Anno 880 Joanna Participatio, Urſonis Particiaci ſeu Participatii Ducis Venetiarum filia. Ex Chron. Danduli.

Anno 963 Joanna Ravennas. Ex Diplomata Othonis I. Imperatoris.

Anno 993. Petronia. Ex Privilegio Othonis II. Imperatoris, & in Codice Publicorum enuntiatur Domina Petronia divino munere Abbatiſſa in inſtrumento anni 997. menſe Julio in hac forma. *Igitur nos Urſus, atque Johannes, ſeu & Martinus toti tres fratres filii Marcon Barbalongolo de Pupilia, cum noſtris hæredibus ab hodie comprehendimus de vos Domina Petronia Divino mune-*

munere Abbatiſſa, & de tota veſtra Congregatione, & de veſtras ſucceſſores, hoc eſt ſuper totos ipſos Canales veſtros, & paludes, quæ nominatur duas de valle Urſina, usque canale de rivo ſtortulo .... piſcandi .... cenſumque omnique rotante anno perſolvere vobis debeamus piſces mugille mille, & aucelles majores paria duodecim, & anguillas centum &c.

Anno 1017 Vitta. Ex diplomate Henrici II. Imperatoris.

Anno 1037 Maria. Ex Privilegio Corradi III. Imperatoris.

Anno 1040 Bona. Ex Privilegio Henrici III. Regis.

Anno 1068 Stella Michael. Ex Cataſtico Monaſterii.

Anno 1099 Maria Faletro. Ex Diplomate Henrici III. Imp.

Anno 1116 Anna Michael. Ex Diplomate Henrici V. Imper.

Anno 1141 Nella ſive Elena Michael. Ex Codice Publicorum, ubi in ſententia lata anno 1285. affertur inſtrumentum locationis confectum manu Romani Presbyteri, & Notarii anno 1141. menſe Aprilis, cujus inſtrumenti hoc eſt initum. *Vera hujus conceſſionis carta, ne oblivionis errore fraudetur, oportet, ut ſcriptum teſtimonium adnotetur. Igitur ego quidem Nella Michael Dei gratia Abbatiſſa Monaſterii S. Zachariæ, cum cuncta noſtra Congregatione, cum noſtris ſucceſſoribus tibi quidem Felici Bendulo de Pupilia concedimus tibi unum noſtrum lacum majorem ...... cenſum vero pro omni anno nobis, & noſtro Monaſterio perſolvere debeas ſcilicet menſe Septembris piſces* 1200. *de bonis litriganibus, & de menſe Novembris, usque ad Nativitatem Domini paria de bonis aucellis* 25. *& ſolidos Venetos* 25, *& in Cœna Domini* 30. *bonas anguillas &c.*

Anno 1162. Yſeldruda. Ex Codice Publicorum inſtrumentum locationis exhibente confectum manu Johannis Urſioli Subdiaconi, & Notarii anno 1162. menſe Aprilis, in quo enuntiatur *Yſeldruda Dei gratia Abbatiſſa Monaſterii S. Zachariæ, cum tota caterva Monacharum*.

Anno 1175 Caſotta Coppo, ex eodem Codice Publicorum.

Anno 1199 Calandria. Ex eodem Codice Publicorum.

Anno 1230 Guidotta Tocanizzo. Ex Archivo Monaſterii.

Anno

Anno 1244 Vitheta. Ex Codice Publicorum.
Anno 1257 Angela Cuppo. Ex Archivo Monaſterii.
Anno 1267 Angela Cauco. Ex Codice Publicorum.
Anno 1270 Thomaſina Venerio. Ex Codice Publicorum.
Anno 1284 Maria Cuppo. Ex Archivo Monaſterii, & ex ſententia Judicum Publicorum, qui anno 1287. quasdam aquas, & Paludes certis terminis deſignatas Monaſterio S. Zachariæ adjudicarunt.
Anno 1291 Alexia Faletro. Ex Archivo Monaſterii.
Anno 1313 Jacobina Baroccio. Ex Archivo Monaſterii.
Anno 1323 Agnes Georgio, cui Fr. Benevenutus Ordinis Prædicatorum Prior Provincialis in Lombardia Inferiori conceſſit participationem bonorum ſui Ordinis xv. Kalendas Martii Venetiis.
Anno 1326 Marcheſina a Muſto. Ex Arch. Monaſterii.
Anno 1332 Agneſina Dandulo, cui Guillelmus Prior Generalis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Venetiis degens die 8. Junii conceſſit participationem bonorum ſpiritualium ſuæ Religionis.
Anno 1340 Viara Viaro. Ex Arch.
Anno 1358 Milana ſeu Meliana Zantanni. Ex Arch.
Anno 1370 Franciſca Contareno. Ex Arch.
Anno 1396 Angela Superantio. Ex Arch.
Anno 1399 Honeſta Contareno, cui Generalis Miniſter Ord. Minor. Aſſiſii degens in Capitulo Generali conceſſit die 7. Aug. participationem bonorum ſpiritualium ſuæ Religionis.
Anno 1420. Maria Condulmerio. Ex Arch.
Anno 1436 Helena Foſcari. Ex Arch.
Anno 1448 Urſa Magno. Ex Arch.
Anno 1457 Marina Donato. Ex Arch.
Anno 1462 Maria Barbadico. Ex Arch.
Anno 1471 Benedicta Triviſano. Ex Arch.
Anno 1480 Lucia Donato. Ex Arch.
Anno 1507 Benedicta Honoradi.
Anno 1512 Marina Marcello.
Anno 1519 Lucia Michael.
Anno 1527 Seraphica Venerio, ultima ex Abbatiſſis Perpetuis. Obiit anno 1546. Eodem anno die 15. Jul. concordi

San-

Sanctimonialium voto ſtatutum eſt, ut deinceps perpetuum Abbatiſsarum munus ad triennium arctaretur.

Anno 1547 Theodoſia Gradonico prima ex Abbatiſſis triennalibus. Iterum 1562. 1587. 1593.
Anno 1550 Paula Lippomano. Iterum 1559. 1565. 1571.
Anno 1553 Gratia . . . .
Anno 1556 Maria Angelica Venerio. Iterum 1568. 1574. 1580.
Anno 1577 Victoria Vitturi. Iterum 1583. 1590. 1596. 1602.
Anno 1586 Chriſtina Gradonico, obiit primo ſui regiminis anno.
Anno 1599 Cherubina Balbi.
Anno 1605 Maria Iſabella Quirino. Iterum 1611. 1620. 1626.
Anno 1608 Andreana Gradonico. Iterum 1614.
Anno 1617 Hieronyma Quirino.
Anno 1623 Ancilla Bollani. Iterum 1629.
Anno 1632 Maria Electa Venerio.
Anno 1635 Seraphica Valerio.
Anno 1638 Maria Felix Bollani.
Anno 1641 Maria Angelica Foſcarini. Iterum 1647.
Anno 1644 Paula Maria Valerio. Iterum 1656.
Anno 1650 Blanca Delphino.
Anno 1653 Thadæa Mauroceno. Iterum 1662. 1668.
Anno 1659 Maria Diana Lippomano. Iterum 1665.
Anno 1671 Maria Stella Michael.
Anno 1674 Cecilia Foſcareno.
Anno 1677 Ruzzina Balbi.
Anno 1680 Helena Erizzo.
Anno 1683 Maripetra Maripetro.
Anno 1686 Franciſca Zuſto.
Anno 1690 Iſabella Gritti, obiit primo ſui regiminis anno.
Anno 1691 Querina Balbi. Iterum 1697.
Anno 1694 Juſtina Mauroceno.
Anno 1704 Paulina Valerio. Iterum 1709. 1712.
Anno 1707 Angelica Molino. Iterum 1715. 1722. 1728. 1731.
Anno 1718 Clara Maria Donato. Iterum 1725.
Anno 1733 Blanca Capello.
Anno 1736 Maria Seraphina Zeno. Iterum 1739. 1742. 1749.
Anno 1743 Maria Roſalia Molino, obiit in munere.
Anno 1745 Anna Maria Delphino, obiit in munere.
Anno 1752 Maria Lucretia Contareno.

Adelardus Epiſcopus Veronenſis donat Ingelfredo quaſdam terras poſitas in territorio Montis Scilicis.

A 906. 1. Septembris.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti regnante Dom. Berengario rege hic in Italia anno nonodecimo (1) ſub die primo menſis Septembris Indictione . . . feliciter. Dilectiſſimo atque amatiſſimo michi ſemper ingelfredo ex genere Almannorum, qui habitatorus in fine furuvalnenſe (2) amicus meus michi fideliter ſervire viſus eſt: Ego in Dei Omnipotentis nomine Adelardus V. V. P. Epiſcopus Sancte Veronenſis Ecclesie amicus & donator tuus propterea dicit ſcribere previdi dilectionis tue ex meo dono & conſenſu, atque concedo & trado tibi ſupraſcripto Ingelfredo concedere, atque confirmare viſus ſum a preſenti die & hora, ad proprietatem tuam habendum idem . . . . . omnibus rebus illis, quas michi advenit da Wikerio, & ſite ſunt ipſe res in comitatu montis ſiligani, ſeu in cona, aut in montana, ſeu in petriolo, vel per ſingulas locas inſuper ſcripto comitatu monte ſelegano, tam culteris domicultis, ſeu maſſaricias de vineis vero, tam de terris aratoriis ſeu agris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, rivis, ac paludibus piſcationibus, & aquarie decima, & pinſionibus, ſervis, vel ancillis, aldiis, vel aldianas, mobiles vel immobiles, cum omnia & ex omnibus, ut ſapedixi, ſi quid vel tibi pertinet habere de ſupraſcripto Wikerio nepote meo advenit a preſenti die, & hora quantum mihi ibidem legibus pertinet & pertinere debet, dono contrado tibi ſupraſcriptus ingelfredus, & proprietatem illam in cona, que fuit Everardo nepote meo, ſicut ad ipſo ſupraſcripto Everardo Wikerio fuit poſſeſſes, & exinde michi de omnia qualiter ſuperius legitur, nulla reſervo una cum ingreſſis comunes, ad ipſis rebus pertinentes ex mea pleniſſima largitate, & per ſpontanea donatione, & in ampliorem firmitate accepi ego qui ſupraſcriptus Adelardus Epiſcopus donator de omnia qualiter ſuperius legitur ad te ſupraſcriptus ingelfredus ſuſceptore michi acceptabile launichildus (3) manicias par unum, ut preſens mea donatio qualiter ſuperius legitur omnique tempore firma, & ſtabilis permaneat, quam ipſe, qui ſupra Adelardus Epiſcopus, qui pergamena & atramento & penna manibus ſuis de terra levavit, & michi ſiggerto Notario tradidit ad ſcribendum, & teſtes ſubter ad robo-

(1) Si attendimus annum XIX. Regni Berengarii ipſe erat annus aræ communis DCCCCVI. Si vero attendimus ea, quæ affert Ughellus in Ital. Sac. Adelardus anno DCCCCVI. Eccleſiam Veronenſem non adminiſtrabat, quin immo anno DCCCXC. ſucceſſorem acceperat Adalbertum. Neque ad diſcutiendas haſce tenebras Indictio, quam apponi ſolebat, lumen affert ex vetuſtate enim cartæ omnino deleta eſt. Standum igitur eſt uni chronicæ notæ, quæ annum Berengarii deſſignat, ideoque aſſerendum Adelardum Epiſcopum anno DCCCCVI. adhuc in vivis degiſſe. Præſertim cum in Ital. Sac. nullum extet documentum, ex quo hoc reprobetur. Muratorius in Annalib. Ital. aſſerit Berengarii regnum initia habuiſſe in menſe Januario vel Februario anni 888. ex quo dies 1. Septembris anni XIX alligatur ad annum Chriſti 906.

(2) Legendum eſt *in fine Forojulienſe*.

(3) *Launichildus Launechilda*, & *Launegild* ſignificabat reciprocum donum, ſeu pretium quodammodo rei donatæ, ut ſatis notum eſt.

roborandum obtulit, & inconcuſſa & irrevocabilis debeat permanere, cum ſtipulatione ſubnixa, quam vero donationis cartam pecunia fine gardenſe feliciter.

✠ Ego Adelardus Epiſcopus Sancte Veronenſis Ecclesie hanc cartam donationis a me facta ſs. Simbaldus ex Almannorum genere filius bone memorie Tobaldo de faltus Ingoni filio ex Almanno.

Milo ex genere francorum Petrus filius Adelberti Altekirio filius Dominico ex comitatu Ceneza.

Ganmanno filius Licuodo de Trento teſtis.

✠ Simpertus Notar. qui hanc paginam ſcripſi, & prius traditam complevi & roboravi.

Ego Oto Tar. Civitatis Not. hoc ex autentico ſumptum nichil addens vel minuens reſcripſi.

Ingelfredus Comes donat Monaſterio S. Zacharia Eccleſiam S. Thome apud Oppidum Montis Silicis poſitam cum ſuis bonis.

914. Decembris.

Ax Archivo Monaſterii S. Zacharie.

IN Nomine D. N. J. C. Regnante Domino noſtro Berengario rege hic in Italia (1) anno vigeſimo ſeptimo ſub die menſis Decembris Indictione tertia feliciter. Monaſterio S. Zacharie puellarum, qui eſt conſtructus in finibus Venetiarum non longe a palatio de rivoalto ſanctum Venerabilem locum. Ego quidem in Dei Omnipotentis nomine Ingelfredus (2) gratia dei comes commitatu Veronenſe, & filius bom. Grimaldo Alemannorum genere. Cognito Dei Omnipotentis timore & remedium anime mee vel parentum meorum aut aliquid de rebus meis quas hic ſubter deſignavero in ipſum ſanctum Monaſterium ordinare deſidero. Juvante Domino volo, ut ſic permaneat in perpetuum, dixi firmum omnium do cedo trado atque offero in ſupraſcripto Monaſterio ab ejus jure habendum, ideſt quod dono, & in ſupraſcripto Monaſterio offero. Hoc eſt curtes meas juris proprietatis mee cum omni domui cultile & pertinentia ſua, quas habere & poſſidere viſus ſum, que poſite ſunt in finibus & monte ſilicano commitatu in loco & fundo & villa, que nominatur petriolo, cum ſua capella, que eſt vocabulo S. Thome Apoſtoli, que eſt conſtructa retro muris de ipſo caſtello. In coſta ipſius monte Sylicano, & curte que nominatur cona cum ſua capella, que eſt ibi fabricata ad honorem S. Marie, ad ipſas namque curtes, & ad predictas capellas una cum domui cultile & ſediminas earum cum curtes, ortos, & viriadarios ſuos cum olivetas & pomiferas ſupra ſe habentes cum omnibus rebus, terris, vineis, cum omni domui cultile ibidem pertinentem, & foris vero caſalis maſſari-

(1) In documento donationis Adelardi Epiſcopi alligavimus annum XIX. Regni Berengarii anno æræ vulgaris 906. ideoque annus Regni ejus XXVII. erit annus Chriſti DCCCCXIV. Indictio tamen III. apponitur, quæ jam initium ſumpſerat a Kal. Septembris.

(2) Ingelfredus Comes donationem acceperat bonorum in Monte Silice anno 905. ab Adelardo Epiſcopo Veronenſi.

ciis cum caſis, curtis, ortis, areis, & ſediminas earum cum terris & vineis campis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, ſationibus, rupinis, ripis, decimis, penſionibus, piſcationibus, venationibus, molendinis, cum aquimolis ſuis, rivis, ac palludibus, aquis, aquarum decurſibus, & cum omnia, & in omnibus caſis, & rebus ad eamdem curtes & capellis prenominatis & maſſariciis & caſalis pertinentem . . . . Tibi exinde inventum fuerit per ſingulas locas & fundoras conſiſtentem vel aſpicientem iſta omnia, ut ſupra legitur ad iſto Monaſterio do, cedo, trado, vel offero ſub eadem, videlicet ratione, & tenore, ut usque dum ego quidem ſupraſcriptus ingelſredus comes & ettingo filio meo in hoc ſeculo adviserimus omnia in noſtra ſint poteſtate ad judicandum, & ordinandum & faciendum in omnibus quicquid nobis decreverit animus vel voluntas, quo ordine, ut ſi ipſe eitingo filio meo poſt meum remanſerit diſceſſum, & absque filiis filiabus legitimis, aut ſine teſtamento & ordinatione ſeu traditione de hoc ſeculo tranſitus fuerit, tunc iſta omnia pariter ut ſupra legitur, deveniant in iſto Monaſterio in poteſtate, & ordinatione Abbatiſſe, que ibidem modo eſt, aut in antea pro temporibus fuerit ordinandum & regendum & gubernandum pro anima noſtra, vel parentorum noſtrorum diſtribuendum juxta deum, qualiter melius previderint, ut nobis peccatores vel parentorum noſtrorum proficiat ad ſalutem, ad gaudium ſempiternum. Et quod abſit, fieri eſſe non credo, ſi Pontifex aut Abbatiſſa hujus Monaſterii ipſas res meas de ipſum Monaſterium ſanctum abſtrahere voluerit, aut in beneficio dare voluerit pro quolibet ingenio, tunc habeat ſibi deum contrarium patrem & filium & Spiritum Sanctum, & ſub anathema trecentorum decem & octo patrum conſtrictus maneat, & cum juda traditore D. N. J. C. in infernum dampnetur incendium, & ſuam nunquam mereatur adimplere voluntatem. Et ideo ſi prius noſtrum ingelfredi comes & eitingo filio meo absque filiis & filiabus legitimis, aut ſine teſtamento mortuus fuerit, vel ſi alias heredes aut parentibus noſtris ſurrexerint, qui contra hanc meam paginam offertionis, quem ego meo bono animo fieri decrevi ire unquam temptaverint, aut eam infrangere, aut interdicere, vel ſubtrahere, aut minuere queſierint, tunc componat, qui hec facere voluerit ad parte iſto Monaſterio pena auri optimum libras centum, & argentum ponderas ducenias quoque actos abſolvant, & qui repetierint nichil vindicare valeat, & in iſta anathema ſubjaceat. Sed preſens hec mea pagina offertionis, ſicut ſupra legitur, poſt noſtrorum amborum diſceſſum in eodem iſto Monaſterio, ſub eadem videlicet ratione, ut ſupra legitur firmam & ſtabilis incovulſa & inrevocabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa, & quia ego ipſe Ingelſredus comes hanc pergamenam & atramentario & pinnam totum inſimul de terra levavi, & Martinus Notarius tradidit ad ſcribendum, & teſtes ſimiliter rugitos obtuli ad roborandum. Acto in Civitate Verona feliciter.

Signum ✠ manus ſupraſcripto Ingelſredus comes, qui paginam offerſionis fieri rogavit ad omnia ſupraſcripta & ea relectum & ſignum ſupraſcriptum manibus Uberto Vaſſo ſupraſcripto Ingelfredi comes, & machelmo filius q. Bernerio & Frediberto filio q. Artecauſo ex Allemanorum genere ortus teſtis.

Signum manus Richeno filio q. Attoni ex Allemanorum genere teſtis.

Signum manus Giſoni de ſuavus teſtis.

Signum manus Ansprando, qui azo vocatur, teſtis.

Signum manus me Ingauſo Vaſſo domno regis & ingo, qui azo vocatur, vivente lege Allemannis ts.

✠ Ego Ildebertus Scau. rogatus m. m. ſs.

Signum manus Helduricho & Rumo germanis & Heregerio ex Allemannorum genere tt.

Signum manus Milonis Vaſſo domno regis francorum tt.

✠ Ego Pedelbertus rogatus m. m. ſs.

✠ Ego Guſus Not. m. m. ſs.

✠ Ego qui ſupraſcriptus Martinus Not. rogatus hanc paginam offercionis ſcripſi, & prius traditam complevi.

Ego Oto Tarv. Civitatis Not. hoc ex autentico ſumptum nichil addens vel minuens reſcripſi.

Notekerus Epiſcopus Veronenſis donat Monaſterio S. Zachariæ quattuor prædia in territorio Montis Silicis in ſuffragium animæ Ingelfredi Comitis.

B

926. 1. Auguſti.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Domini Noſtri Jesu Chriſti regnante Domino noſtro Ugo rege hic in Italia anno primo (1) ſub die primo Kalendas Auguſti Indictione prima feliciter. Monaſterium S. Zacharie prophete ſito in Venetias ubi multas res a bonis hominibus delegate ſunt. Ego in Dei Omnipotentis nomine Nokerivus Epiſcopus Sancte Veronenſis Eccleſie & filius bone pie recordationis Adelmari ex Longobardorum genere do dono, cedo, trado, atque offero pro remedio anime mee vel bo. m. Ingelfredo comes in ſupraſcripto Monaſterio S. Zachariæ Prophete de Abbatiſſas in Abbatiſſas, uſque in perpetuum idem . . . . . . omnibus cunctis caſis & rebus vel juris proprietatis mee, quas habere & poſſidere viſus ſum, qui fuerunt juris bone memorie Ingelfredi comitis, & ſicut ab eo poſſeſſum eſt, ut quod defenſatum fuit, & a me modo poſſeſſum, atque defenſatum eſt, qui poſiti ſunt ipſos caſis vel rebus illis in comitatu monte ſilicano per ceteras locas idem primo loco curte, qui dicitur petriolo, ſecunda vero loco curte qui dicitur vereldi, quarto loco curte qui dicitur Zezoni, ab ipſas ſupraſcriptis curtis, cum caſis & rebus, tam terris cum caſis ſuper ſe habente infra caſtrum monte ſilicis, & de foris vero tam aliis terris caſalivis cum caſis ſuper ſe habente cum curtis, ortis, areis, terris, aratoreis, ſeu, vigris, vineis, campis, pratis, peſſoriis, (2) ſilvis, ſalectis

actio-

(1) Muratorius in Annalib. Italiæ expendit annum Coronationis Regis Ugonis in Italia, collatisque multis Diplomatibus illum alligat ad annum æræ vulgaris 926. circa menſen Junii. Unum ex iis Diplomatibus affert Tom. I. col. 851. Antiqu. Medi Ævi Diſs. xv. in quo hæc leguntur. *Data* VII. *Id Auguſti anno Dominice Incarnationis* DCCCCXXVI. *domni vero Ugonis piiſſimi Regis I. Indict.* XIV. Si itaque in documento hoc noſtro annum I. Ugonis attendimus, ipſe eſt annus DCCCCXXVI. Si vero attendimus Indict. I., ipſa alligatur, ad annum III. Ugonis, qui eſt æræ vulgaris 928. quo anno obiit Notekerus Epiſcopus Veronenſis die X. Auguſti. Putandum ergo Amanuenſem in appoſitione Indictionis erraſſe; Inſtrumentum enim in Archivo S. Zachariæ aſſervatum Apographum eſt; & notandum præterea eſt, quod tempore hujus donationis, nempe anno DCCCCXXVI. Ugo Rex Veronæ degebat.

actionibus, rivis, rupis, rupinis decimis piſcationibus, venationibus, molendinis, penſionibus, ripaticis, toloneis, (3) cum omnia, & ex omnibus curtis, cum caſis, & rebus illis ſicut comprehenſum legitur ſicut a bone memorie Ingelfredo Comiti poſſeſſum, atque defenſatum fuit, & a me modo poſſeſſum & defenſatum eſt, cum omne integritate vel pertinentias ſuas, ab ipſas ſupraſcriptas curtes, cum caſis & rebus pertinente vel aſpiciente . . . . Volo & ſtatuo atque confirmo de omnibus curtis, cum caſis & rebus illis, ſicut ſupra legitur, cum omnia & ex omnibus ſit in prefato Dei Cenobio & Monaſterio videlicet Beati Zacharie Prophete, ſicut ſupra legitur, usque in perpetuum, attamen ea ratione ut usque dum michi, qui ſupraſcriptus Notekerius Veronenſis (4) Epiſc. in hoc ſeculo D. vita conſenſerit omnia in mea reſervo poteſtate tantummodo, ſub uſufructuario nomine, ad habendum diebus vite mee; Nam non habeo poteſtate in alia parte alienare, nec donare, neque per nullovis ingenio in alia parte translatare niſi ut ſupradiximus, ſub uſufructuario nomine ad habendum, & prius meo diceſſo vel obitu corporis, quandoque domino placuerit, quem de hoc ſeculo ad Chriſtum migravero ipſis ſupraſcriptis curtis, caſis, & rebus ſupra comprehenſum legitur omnia deveniat in poteſtate Abbatiſſe ipſius ſupradicti S. Zacharie Prophete Monaſterii usque in perpetuum, ut Abbatiſſe que pro tempore ibi ordinate fuerint talem poteſtatem habeant de ſupraſcriptis curtis caſis, & rebus pro anima noſtra, ad diſtribuendum & regendum, ſicut de aliis rebus ipſius Monaſterii facere viſi ſunt, ut forſitan nobis peccatoribus proficiant, ad ſalutem & gaudium ſempiternum, & quod abſit quod fieri eſſe non credo; ſi aliquid de heredibus vel proheredibus, aut quislibet ullas oppoſitas perſonas hominum ſurrexerit contra hanc meam paginam offerſionis & traditione, quem ego bono meo animo in ipſas ſanctas & Venerabiles Cenobio S. Zacharie Prophete ordinatum, atque traditum ab eo ire temptaverint, aut eum infrangere per quolibet ingenio voluerit, cuncta & in quanto ſupraſcriptis, curtis, caſis, & rebus illis omnia in duplo, & inſuper argentum libr. ducenti, & prius pena compoſita, & hec preſens pagina offerſionis & traditionis nomine, quam ego meo bono animo in ipſo S. Monaſterio Beati Zacharie in eo ordine & ratione, ſicut ſupra comprehenſum legitur, firma & ſtabilis inconvulſa permaneat & inrevocabilis perſiſtat, & in ſe omnique tempore obtineat robore ſine omni contradictione hominum, cum ſtipulatione ſubnixa.

Acto in Civitate Verona feliciter.

Ego Notekerius Veronenſis Epiſcopus in hac cartula offerſionis a me facta m. m. ſs.

Signum manibus Dominico, & Petro filio q. Gariberto, qui lege Romana vivere viſus ſum teſtis.

Signum Lupertus & Adelbertus & Bertaldo de forjule teſtis.

Ego Adelbertus Notarius hanc paginam offerſionis ſcripſi, & poſt tradita complevi & roboravi.

Ego Oto Notarius Tarviſine Civitatis hoc ex autentico ſumptum nichil addens vel minuens reſcripſi.

(2) Verbum *Poſtoriis* poſitum *inter pratis* & *ſilvis* ſignificat fortaſſe idem ac paſcua. Vox hæc in Ducangii Gloſſario deſideratur.

(3) *Tolòneum*, *Telòneum*, *Telon*, & *Tolnetum* ſpecies erat Tributi.

(4) *Fu* ſcilicet Veronenſis.

Otho

Otho I. Imperator bona Monaſterii S. Zachariæ in ditione Imperiali poſita protectionis ſuæ munimine tuetur.

963. 26. Auguſti.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Sancte, & individue Trinitatis. Octo divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Si petitionibus Servorum, & Ancillarum juſtis, & rationabilibus acquieſcimus, ad anime noſtre ſalutem proficere non diffidimus. Idcirco omnium fidelium S. Eccl. noſtrorum preſentium, ac futurorum devotio noverit. Qualiter Joanna Abbatiſſa de Monaſterio S. Zacharie in finibus Venetiarum conſtructo, prope Palacium de Rivoalto, & Joannes Preſbyter, & Monachus noſter fidelis ſuggeſſerunt noſtre Clementie, quatenus pro Dei amore, & remedio anime noſtre, cum cunctis facultatibus rebuſque mobilibus, & immobilibus, ſeu familiis utriuſque ſexus, ad eundem Monaſterium S. Zacharie juſte pertinentibus, ſcilicet infra ditionem Regni noſtri conſiſtentibus, tam per loca denominata, que ibi contulit per cartullas offerſionis Ingelfredus Comes filius q. Grimaldi, & Ildeburga Commitiſſa Uxor Adalberti Commitis cum ſuis heredibus, ſicut textus ipſorum cartulle legitur: Videlicet. Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Silicani poſitam in villa, que Petriolo nuncupatur, ſimiliter, & in Cona, & in Sacco, & in Lupa, & in Liquentia, & Laurentiana, una cum terris, vineis, campis, Olivetis, pratis, maſſariciis, piſcariis, molendinis, ſilvis, caſis, capellis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, & ancillis, ad ipſam curtem de Petriolo aſpicientibus in integrum, ut pars predicti Cenobii, cui nunc Joanna Ravenatis Venerabilis Abbatiſſa preeſſe videtur, cum omni integritate in uſu, & ſumptu Monacharum inibi per tempora Deo famulantium perpetualiter permaneant, & ſub noſtre tuicionis, ac defenſionis Mundiburdio conſiſtant. Nos autem ſaluberimas earum petitiones inſpicientes hoc noſtre immunitatis preceptum fieri juſſimus, per quod ſancimus, ut jamdictum Monaſterium cum ſuis rebus mobilibus, & immobilibus, omnibuſque mancipiis, & colonis, Adventriciis, & Peregrinis, Servis & Ancillis, ſuper terram ipſius predicti Monaſterii infra Regni noſtri fines reſidentibus, ſub noſtra maneat immunitatis defenſione. Ita ut nullus Marchio, Comes, vel quislibet publicus Actionarius, ſeu alia magna, parvaque perſona ex rebus ſepe dicti Monaſterii modo juſte, & legaliter veſtita eſſe videtur, aut in antea ibidem divina pietas amplificare voluerit, abſtrahere aliquod, aut minuere, quandoque preſumant; Sed liceat ſupradicti Monaſterii Abbatiſſe ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum res ejuſdem Monaſterii, ſub noſtre immunitatis defenſione quieto ordine poſſidere, cum omnibus ad ſe pertinentibus, vel aſpicientibus, tam rebus, quamque de mancipiis liberis, & ſervis, ſuper res jamdicti Monaſterii reſidentibus. Nulluſque audeat eas injuſte diſtringere, neque ab eis ullas illicitas redibitiones, aut publicas angarias exigere. Ante omnia autem Abbatiſſa ejuſdem Monaſterii ejuſque ſucceſſores, & omnes Monache ibidem Deo ſervientes, ſub noſtre deffenſionis quiete perenniter permaneant. Nulluſque Reipublice Miniſter eas per placita venrilare pertemptet, niſi in preſentia Abbatiſſe, que per tempora ibi preeſſe viſa fuerit, quatenus ipſas Ancillas Dei, que ibidem Deo famulantur, pro nobis ſtatuque Regni noſtri jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtre auctorita-

ritatis preceptum, & mundiburdium infrigerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem predicte Abbatiſſe Joanne, vel ejus ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab hominibus obſervetur, manu propria roborantes anullo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Domini Octonis Inviſtiſſimi, ac Magni Imperatoris Auguſti.

L. S. Lyurtgerius Cancellarius, ad vicem Vidonis Epiſcopi Barda. Cancellarii recognovi, & ſubſcripſi.

Acta 7. Kal. Septembris. Anno Dominice Incarnationis 963. Indictione 6. Anno Imperii Octonis Magni Imperatoris Auguſti Secundo; Actum Monte Feretrano ad Petram S. Leonis.

Otho II. Imperator prædia Monaſterii S. Zachariæ in ditione Imperiali poſita, ſub ſua recipit protectione.

997. 9. Februarii.

Ex Archivo S. Zachariæ.

IN Nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Otto divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si petitionibus ſervorum, & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieſcimus ad anime noſtre ſalutem proficere non diffidimus. Idcirco omnium hominum fidelium Sancte divine Eccleſie noſtrorumque preſentium, ac futurorum devotio noverit; Qualiter Petronia Abbatiſſa de Monaſterio S. Zacharie in finibus Venetiarum conſtructo, prope Palatium, & Petrus Diaconus Capellanus Ducis Venetiarum noſter fidelis noſtram adjerit clementiam. Quatenus pro Dei amore, & remedio anime noſtre, cum cunctis facultatibus rebusque mobilibus, & immobilibus, ſeu familiis utriusque ſexus, ad idem Monaſterium pertinentibus, ſcilicet infra dictionem Regni noſtri conſiſtentibus, tam per loca denominata, que ibi contulit per Cartulas offertionis, Ingelfredus Commes filius quondam Grimaldi, & Aldeburga Commitiſſa Uxor Adalberti Commitis, cum ſuis heredibus, ſicut textus ipſorum cartulle legitur videlicet. Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Siricani, poſitam in Villa, que Petriolo nuncupatur, ſimiliter, & aliam Curtem poſitam in loco, qui dicitur Cona, cum omnibus ſuis pertinentiis, & in Sacco, & in Lupa, & in Liquentia, & Laurenciaca, una cum ceteris terris, campis, vineis, olivetis, pratis. Paſcuis, Maſſaritiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, capellis, aquis, earumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, & ancillis, ad ipſas curtes aſpicientibus in integrum, ut pars predicti Cenobii, cui nunc Petronia Venerabilis Abbatiſſa preeſſe videtur, cum omni integritate in uſu, & ſumptu Monacharum, & ibi per tempora Deo famulantium perpetualiter permaneant, & ſub noſtre tuicionis, ac defenſionis Mundiburdio conſiſtant, & ut omnes Colonis de ipſis Cortibus decimas eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberimas earum petitiones inſpicientes hoc noſtre immunitatis, preceptum fieri juſſimus per quod ſancimus, ut jamdictum Monaſterium, cum ſuis rebus mobilibus, & immobilibus, omnibusque mancipiis, & Colonis, peregrinis, ſervis, & ancillis, ſuper terram predicti Monaſterii infra noſtri Regni fines reſidentibus, ſub noſtra maneat deffentione. Ita ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Commes, vel quilibet publicus actionarius, ſeu alia

alia magna, parvaque perſona, & rebus ſepedicti Monaſterii de quibus modo juſte, & legaliter inveſtitum eſſe videtur, aut in antea divina Pietas ibidem amplificare voluerit, abtrahere aliquid, aut minuere, quandoque preſumant. Sed liceat ſupra dicta nominata Abbatiſſa, ſibi ſuccedentes, res ejusdem Monaſterii, ſub noſtra deffenſione quieto ordine poſſidere, cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam rebus, quam & mancipiis, liberis, & ſervis, ſuper res jam dicti Monaſterii reſidentibus. Nullusque audeat injuſte diſtringere, neque ab eis ullas illicitas redibitiones, aut publicas angarias exigere. Ante omnia autem Abbatiſſa ejusdem Monaſterii, ejusque ſucceſſores, & omnes Monache ibidem Deo ſervientes, ſub noſtre defenſionis auctoritate quiete permaneant; Nullusque Reipublice miniſter eas per placita commovere, vel fatigare, niſi in preſentia Abbatiſſe pertemptet, quatenus ipſas Ancillas Dei, que ibi Deo famulantur, pro nobis, ſtatuque Regni jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum, & mundiburdium infregerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Camere noſtre, & medietatem predicte Abbatiſſe Petronie ſuisque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, manu propria roborantes ſigillo noſtro inferius juſſimus inſigniri.

Signum Domini Octonis Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

L. S. Herebertus Cancellarius Vice Petri Cumani Epiſcopi Archicancellarii recognovit.

Dat. 9. Februarii Anno Dominice Incarnationis 997. Indictione undecima. Anno autem Octonis Regnantis 15. (1) Actum vero Ravene feliciter. Amen.

(1) Annus xv. Regni Othonis III. fuit æræ vulgaris annus 997. Indictio tamen non erat xi. ſed x. hæc autem varietas ſepeſæpius oritur ex vario modo incipiendi Indictiones, Erat autem ipſe annus Imperii ejus II. quamvis a Cancellario adnotatus non fuerit. In altero ipſius Othonis Diplomate (prout videre eſt. In Ital. Sac. Tom v. col. 507. Edit. Ven.) quod datum fuit Vitali Abbati Molliani Diæceſ. Tarv. eædem leguntur Chronicæ notæ. *Data* XVI. *Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnat.* DCCCCXCVII *Indict.* XI. *anno tertii Othonis regnantis* XV. *imperantis* II. *Actum Ravennæ feliciter*

Henricus II. Imperator protectionem Imperialem, & immunitatis privilegium concedit bonis ad Monaſterium S. Zachariæ pertinentibus.

1017.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus divina annuente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si petitionibus ſervorum, & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieſcimus, anime noſtre ſaluti proficere non diffidimus. Idcirco omnium fidelium ſancte Dei Eccleſie noſtrorumque preſentium, ac futurorum devotio noverit; Qualiter Vitta Abbatiſſa de Monaſterio S. Zacharie in finibus Venetiarum conſtructo, prope Palatium per Joannem Diaconum Capellanum Ducis Venetiarum, noſtrum fidelem noſtram adiit clementiam. Quatenus pro Dei amore, & remedio anime noſtre idem Cenobium, cui nunc illa ipſa Vitta Venerabilis Abbatiſſa preeſſe videtur, cum omni integritate uſus, & ſumptus Monacharum inibi per tempora Deo famulantium perpetualiter permaneat, & ſub noſtre tuicionis, ac defenſionis mundiburdio conſiſtat, cum cunctis facultatibus rebusque mobilibus, & immo-

mobilibus, ſeu familiis utriuſque ſexus ad predictum Monaſterium pertinentibus, ſcilicet, & infra dictionem Regni noſtri conſiſtentibus, tam, & in omnibus aliis locis, quam, & in illis locis, que Paulo inferius denominanda ſunt, que etiam ſibi contulit per cartullas offerſionis Ingelfredus Commes filius q. Grimaldi, & Ildeburga committiſſa Uxor Adalberti Commitis, cum ſuis heredibus, ſicut textus ipſarum cartullarum legitur Videlicet: Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Siricani, poſitam in Villa, que Periolo nuncupatur, una cum Eccleſia in honorem S. Thome, & S. Genonis; ſimiliter & aliam curtem poſitam in loco qui dicitur Cona, una cum Eccleſia ad honorem Sancte Marie, cum omnibus ſuis pertinentiis, in Sacco, & in Lupa, & in Liquentia, & Laurentiaca, una cum ceteris terris, campis, vineis, olivetis, pratis, paſcuis, maſſaritiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, capellis, aquis earumque decurſibus montibus vallibus Servis, & Ancillis ad ipſas Curtes aſpicientibus, in integrum, & ut omnes Coloni de ipſis Curtibus decimas eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberrimas ejus petitiones inſpicientes, hoc noſtre immunitatis preceptum fieri juſſimus, per quod ſancimus, ut jamdictum Monaſterium cum ſuis rebus mobilibus & immobilibus omnibusque mancipiis & colonis Peregrinis Servis, & Ancillis ſuper terram ſupraſcripti Monaſterii infra Regni noſtri fines reſidentibus, ſub noſtra maneat defenſione. Ita ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Commes, vel quiſlibet publicus Actionarius, ſeu alia parva, magnaque perſona, ex rebus pretitulati Monaſterii de quibus modo juſte, & legaliter inveſtitum eſſe videtur, aut in antea Divina Pietas ibidem amplificare voluerit abtrahere aliquid, aut minuere, quandoque preſumant. Sed liceat ſupranominatam Abbatiſſam, & ſibi ſuccedentes, res ejuſdem Monaſterii quieto ordine poſſidere, cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam rebus, quam, & mancipiis liberis, & ſervis ſupradicti Monaſterii reſidentibus. Nulluſque audeat eos injuſte diſtringere neque ab eis ullas illicitas redibitiones, aut publicas angarias exigere. Ante omnia autem Abbatiſſa ejusdem Monaſterii eique ſuccedentes, & omnes Monache ibidem Deo ſervientes, ſub noſtre defenſionis auctoritate quiete permaneant. Nulluſque Reipublice miniſter eas per placita commovere, vel fatigare niſi in preſentia Abbatiſſe pertemptet. Quatenus ipſas Ancillas Dei que ibidem Deo famulantur pro nobis ſtatuque Regni noſtri jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum & mundiburdium infregerit ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem Camere noſtre, & medietatem predicto Monaſterio. Quod autem verius credatur manu propria roborantes ſigillo noſtro inferius juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Sereniſs. & Inviſtiſſimi Imperatoris Auguſti.

L. S. Peregrinus Cancellarius Vice Everardi Epiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Dat. Anno Dominice Incarnationis MXVIII. Indictione I. Anno Domini Henrici Regnantis VI. Imperii vero V. Actum Aquiſgrane feliciter.

Con-

Conradus II. Imperator privilegia immunitatum concedit bonis Monaſterii S. Zachariæ Venetiarum in Imperiali ditione poſitis.

1028. 21. Maii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Sanĉte, & Individue Trinitatis. Conradus Divina annuente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si petitionibus Servorum & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieſcimus, anime noſtre ſaluti proficere non diſfidimus. Idcirco omnium fidelium Sanĉte Divine Eccleſie noſtrorumque preſentium, ac futurorum devotio noverit. Qualiter Vitta Abbatiſſa Monaſterii S. Zacharie in finibus Venetiarum conſtructi prope Palacium per Petrum Archidiaconum noſtram adiit Clementiam quatenus pro Dei amore, & remedio anime noſtre idem Cenobium cui nunc ipſa Vitta Abbatiſſa preeſſe videtur, cum omni integritate uſus, & ſumptus Monacharum, inibi Deo per tempora famulantium perpetualiter permaneat, & ſub noſtre tuicionis, ac defenſionis Mundiburdio conſiſtat, cum cunĉtis facultatibus rebuſque mobilibus, & immobilibus, ſeu familiis utriuſque ſexus, ad prediĉtum Monaſterium pertinentibus, ſcilicet infra diĉtione Regni noſtri conſiſtentibus, tam, & in montibus, vel aliis locis, quam, & in illis que Paulo inferius denominanda ſunt, que etiam ſibi contulit per cartulas offerſionis Ingelfredus Commes filius q. Grimaldi, & Ildenburga Commitiſſa Uxor Adalberti Commitis cum ſuis heredibus ſicut textus ipſarum Cartularum legitur videlicet, Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Sericani, poſitam in Villæ, que Petriolo nuncupatur una cum Eccleſia in honorem Sanĉti Thome, & Sanĉti Genonis ſimiliter, & aliam Curtem poſitam in loco qui dicitur Cona cum Eccleſia, ad honorem Sanĉte Marie, cum omnibus ſuis pertinentiis, & in Sacco, & in Lupa, & in Liquentia & in Laurentiaca una cum ceteris terris, vineis, pratis, campis, olivetis, paſcuis, maſſariciis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, cappellis, aquis, earumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, ancillis, ad ipſas curtes aſpicientibus in integrum, & ut omnes coloni de ipſis curtibus decimas eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberimas petitiones inſpicientes hoc noſtre immunitatis preceptum fieri juſſimus, per quod Sanĉtiſſimum jamdiĉtum Monaſterium, de prediis ſupraſcriptis, & omnibus rebus ad ea pertinentibus vel immobilibus, vel mobilibus omnibus mancipiis, & Colonis, peregrinis vel incolis, & quecunque in poſſeſſionem ſupraſcripti Monaſterii infra Regni noſtri fines impoſterum devenerint, ſub Imperatoria Majeſtatis noſtre ſit defenſione. Ita ut nullus Dux Archiepiſcopus Epiſcopus Marchio Commes vel quislibet publicus Aĉtionarius, ſeu alia parva magnaque perſona ex rebus pretitulati Monaſterii, de quibus modo juſte, & legaliter inveſtitum eſſe videtur, aut in antea Divina Pietas ibidem amplificare voluerit, abſtrahere aliquid, aut minuere, quandoque preſumant. Sed liceat ſupranominatam Abbatiſſam, & ſibi ſuccedentes, rea ejuſdem Monaſterii, ſub noſtra defenſione quieto ordine poſſidere, cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam rebus quam mancipiis liberis, & ſervis ſuper rebus diĉti Monaſterii reſidentibus. Nulluſque audeat eos injuſte diſtringere, neque ab eis ullas illicitas redibitiones, aut publicas angarias exigere: Ante omnia autem Abbatiſſa ejuſdem Monaſterii eique ſucceſſores, & omnes Monache ibidem Deo ſervientes, ſub noſtre defenſionis auĉtoritate quiete permaneant.

Nulluſque Reipublice miniſter eas per placita commovere, vel fatigare niſi in preſentia Abbatiſſe pertemptet. Quatenus ipſas Dei Ancillas que ibi Deo famulantur pro nobis ſtatuque Regni noſtri, jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum & mundiburdium infregerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem Camere noſtre, & medietatem predicto Monaſterio. Quod ut verius credatur manu propria ſignantes etiam ſigillo noſtri nominis precepimus.

Signum Domini Conradi Sereniſs. Imperatoris Auguſti.
L. S. Ugo Cancellarius D. Ariboni Archicapellani recognovi.
Datum XII. Kal. Junii Indictione X. Anno Dominice Incarnationis MXXVI. Anno vero D. Conradi Imperii I. Regnantis II. Actum Ravenne feliciter. (1)

(1) Similes chronicas notas videre eſt in Ughel. Tom. II. col. 115.

Conradus II. Imperator privilegia, & protectionem elargitur Monaſtrio S. Zacharie pro bonis poſitis in ditione Imperiali.

1037. 16. Aprilis.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Sancte, & Individue Trinitatis Conradus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si petitionibus Servorum, & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieximus, anime noſtre ſaluti proficere non dubitamus. Idcirco omnium fideiium Sancte Dei Eccleſie noſtrorumque preſentium, ac futurorum devotio noverit. Qualiter Maria Abbatiſſa Monaſterii S. Zacharie, in finibus Venetiarum conſtructi prope Palatium, per Joannem, cujus prenomen eſt Storlatus noſtram adiit Clementiam, quatenus per Dei amorem, & remedio anime noſtre idem Cenobium, cui ipſa Maria Abbatiſſa Venerabilis preeſſe videtur, cum omni integritate uſus, & ſumptus Monacharum, inibi per tempora famulantium perpetualiter permaneat, & ſub noſtre tuitionis, ac deffenſionis precepto conſiſtat, cum cunctis facultatibus, rebusque mobilibus, & immobilibus, ſeu familiis utriusque ſexus, ad predictum Monaſterium pertinentibus, tam, & immobilibus, vel aliis locis, quam, & in illis que Paulo inferius denominanda ſunt videlicet: Caſtrum Runcum, quod Marchio Milo pro anima ſua eidem Monaſterio per cartulam offerſionis contulit, ſitum in Veronenſi Comitatu, multa etiam alia que Ingelfredus Commes filius q. Grimaldi, & Ildeburga Commitiſſa Uxor Adalberti Commitis, cum ſuis heredibus ſimiliter per cartulas offerſionis tribuerunt ſicut in textu ipſarum Cartularum legitur Videlicet; Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Silicanis, poſitam in Villa que nuncupatur Petriolo una cum Eccleſia in honorem S. Thome, & S. Genonis. Similiter, & aliam curtem poſitam in loco qui dicitur Cona una cum Eccl., ad honorem S. Marie cum omnibus pertinentiis, & in Sacco, & in Lupa, & in Liquentia, & in Laurentiaca, una cum ceteris terris, vineis, pratis, campis, olivetis, paſcuis, maſſariciis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, cappellis, aquis earumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, & ancillis, ad ipſas curtes aſpicientibus in integrum, & ut omnes Coloni de ipſis Curtibus decimas eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberrimas ejus petitiones inſpicien-

ſientes, hoc noſtre immunitatis precepcum fieri juſſimus per quod ſancimus, ut jamdictum Monaſterium, cum ſuis rebus mobilibus, & immobilibus omnibus mancipiis, & colonis peregrinis ſervis & ancillis, ſuperſcripti Monaſterii infra Regni noſtri fines reſidentibus, ſub noſtra maneat defenſione; Ita ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Commes, vel quilibet publicus Actionarius, ſeu aliqua magna, parvaque perſona, ex rebus pretitulati Monaſterii de quibus modo juſte, & legalirer inveſtitum eſſe videtur, aut in antea Divina Pietas ibidem amplificare voluerit abtrahere, aut minuere aliquid quandoque preſumant; Sed liceat ſupra nominatam Abbatiſſam ſibique ſuccedentes res ejuſdem Monaſterii, ſub noſtra defenſione, quieto ordine poſſidere, cum omnibus ad ſe pertinentibus. Nulluſque audeat eos injuſte diſtringere, neque ab eis ullas illicitas redibitiones, aut publicas angarias exigere, ſed omnia teneat, & poſſideat, ſicut habetur in cartulis offerſionis. Ante omnia autem Abbatiſſa ipſius Monaſterij ejuſque ſuccedentes, & omnes Monache ibidem ſervientes Deo, ſub noſtre deffenſionis auctoritate quiete permaneant; Nulluſque Reipublice Miniſter eas per placita commovere, vel fatigare niſi in preſentia Abbatiſſe pertemptet, quatenus ipſas Dei Ancillas, que ibi Deo famulantur pro nobis ſtatuque noſtri Regni jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum, & mundiburdium infringere preſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Camere noſtre, & medietatem predicto Monaſterio. Quod ut verius credatur manu propria roborantes ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Dom. Conradi Sereniſs. Romanorum Imperatoris Auguſti.

L. S. Radelaus Cancellarius Vice Archicancellarii recognovit.

Datum XVI. Kal. Madii, Indictione quinta Anno autem Dominice Incarnationis MXXXVII. Anno autem D. Conradi Reg. XIV. Imp. XI. Actum Ravenne feliciter Amen.

Henricus III. Rex .... immunitates indulget pro Bonis S. Zachariæ Venetiarum in ſuo Regno poſitis.

1040. 2. Julii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Rex. Si petitionibus Servorum, & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieſcimus, anime noſtre ſaluti proficere non dubitamus. Idcirco omnium fidelium Sancte Dei Eccleſie noſtrorumque preſentium, ac futurorum devotio noverit; Qualiter Bona Abbatiſſa Monaſterii S. Zacharie, & S. Pancratii Martyris in finibus Venetiarum conſtructi prope Palatium dum ibi cauſa orationis preſentes fuimus noſtram adiit Clementiam. Quatenus pro Dei amore, idem Cenobium, cui ipſa Bona Abbatiſſa preſſe videtur, cum omni integritate uſus, & ſumptus Monacharum, inibi per tempora famulantium perpetualiter permaneat, cum cunctis facultatibus, rebuſque mobilibus, & immobilibus, ſeu familiis utriuſque ſexus ad predictum Monaſterium pertinentibus, ſcilicet infra dictionem noſtri Regni adjacentibus, tam in montibus, & aliis locis, quam in Vallis, que Paulo inferius denominanda ſunt vide-

videlicet Caſtrum Runcum, quod Marchio Milo eidem Monaſterio pro anima ſua contulit, ſitum in Veronenſi Comitatu, multa etiam alia que Ingelfredus Commes, & Ildeburga Commitiſſa, cum ſuis heredibus, ſimiliter per cartulam offerſionis tribuerunt Videlicet: Curtem unam, cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Silicani, que dicitur Petriolo, una cum Eccleſia in honorem S. Thome, & S. Zenonis. Similiter, & aliam Curtem poſitam in loco qui dicitur Cona, una cum Eccleſia S. Marie cum ſuis pertinentiis, & in Sacco, & in Lupa, & in Liquentia, & in Laurentiaca, una cum ceteris terris, vineis, campis, olivetis, pratis, paſcuis, maſſaritiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, capellis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, & ancillis. Et ut omnes Coloni decimas de ipſis curtibus eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberrimas ejus petitiones inſpicientes; pro remedio anime Patris noſtri Conradi Imperatoris hoc preceptum fieri juſſimus, per quod ſancimus, ut jam dictum Monaſterium, cum ſuis rebus mobilibus, & immobilibus, mancipiis, colonis, ſervis, & ancillis, ſub noſtra maneat deffenſione. Ita ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Commes, ſeu aliqua magna parvaque perſona, ex rebus de quibus modo juſte & legaliter inveſtitum eſſe videtur, aut in antea Divina Pietas amplificare voluerit, abtrahere, aut minuere aliquid preſumant; Sed liceat ſupranominate Abbatiſſe, ſibique ſuccedentibus omnes res Monaſterii, ſub noſtra deffenſione quiete permaneant; Nulluſque audeat eas injuſte diſtringere, neque, ab eis illicitas redibitiones exigere, ſed omnia teneat ſicut in cartulis offerſionis habetur. Ante omnia autem Abbatiſſa, ſibique ſuccedentes, & omnes Monache, ſub noſtre deffenſione quiete permaneant; Nulluſque per placita commovere, vel fatigare, niſi in preſentia Abbatiſſe pertemptet. Quatenus ipſe Dei Ancille pro nobis ſtatuque noſtri Regni jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum, vel mundiburdium infringere preſumpſerit, componat auri optimi libras centum medietatem Camere noſtre, & medietatem predicto Monaſterio. Quod ut verius credatur ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici tertii Regis Invictiſſimi.

L. S. Radelohus Cancellarius Vice Herimanni Archicancellarii recognovi.

Datum ſexto nonas Julii, Indictione octava Anno Dominice Incarnat. MXL. Anno autem D. Henrici Tertii Regis ordinationis vero XIII. Regni II. Actum in Villa nomine Tribura feliciter Amen.

Hen-

Henricus IV. Imp. Privilegia elargitur pro Bonis Monaſterii S. Zachariæ Venetiarum, ſub Imperiali ditione poſitis.

1095. Menſe Junio.

Ex Archivo S. Zachariæ.

IN Nomine Sancte & Individue Trinitatis, Henricus IV. Romanorum Imperator Auguſtus. Si petitionibus Servorum, & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieſcimus anime noſtre ſaluti proficere non dubitamus. Idcirco omnium fidelium Sancte Dei Eccleſie noſtrorumque preſentium, ac futurorum devotio noverit; Qualiter Maria Faletro Abbatiſſa Monaſterii S. Zacharie, & S. Pancratii Martyris in finibus Venetiarum conſtructi prope Palatium, dum ibi cauſa orationis preſentes fuimus, noſtram adiit clementiam. Quatenus pro Dei amore, animeque noſtre remedio idem Cenobium cui ipſa Maria Abbatiſſa preeſſe videtur, cum omni integritate uſus, & ſumptus Monacharum inibi per tempora famulantium perpetualiter permaneat, cum cunctis facultatibus, rebuſque mobilibus & immobilibus, ſeu familiis utriuſque ſexus, ad predictum Monaſterium pertinentibus, ſcilicet infra dictionem noſtri Regni adjacentibus, tam in montibus, vel aliis locis, quam, & in Vallis, que Paulo inferius denominanda ſunt videlicet. Caſtrum Ruacum, quod Marchio Milo pro anima ſua eidem Monaſterio contulit, ſitum in Veronenſi Comitatu, multa etiam alia que Ingelfredus Commes, & Ildeburga Commitiſſa, cum ſuis heredibus, ſimiliter per cartulam offerſionis tribuerunt videlicet: Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Silicani, poſitam in Villa que dicitur Petriolo una cum Eccleſia in honorem S. Thome, & S. Zenonis, ſimiliter, & aliam curtem poſitam in loco qui dicitur Cona, una cum Eccleſia S. Marie, una cum ſuis pertinentiis, & in Saceo, & in Lupa, & in Liquentia, & in Laurentiaca, una cum ceteris terris, vineis, campis, olivetis, pratis, paſcuis, maſſaritiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, capellis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, & Ancillis, & ut omnes Coloni decimas de ipſis Curtibus eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberrimas ejus petitiones inſpicientes, pro remedio anime Patris noſtri ſcilicet pie memorie Henrici Imperatoris hoc preceptum fieri juſſimus, per quod ſancimus, ut predictum Monaſterium, cum ſuis rebus mobilibus, & immobilibus, mancipiis, colonis, ſervis, & Ancillis ſub noſtra maneat deffenſione, Ita ut nullus Dux, Archiepiſcopus Epiſcopus Commes, & Marchio, ſeu aliqua magna parvaque perſona, ex rebus de quibus modo juſte, & legaliter inveſtitum eſſe videtur, aut in antea Divina Pietas amplificare voluerit abſtrahere, aut minuere aliquid preſumat; Sed liceat ſupra nominate Abbatiſſe, ſibique ſuccedentibus omnes res Monaſterii, ſub noſtra deffenſione quieto ordine poſſidere, tam cum rebus, quam mancipiis, liberis, & ſervis, nulluſque audeat eos injuſte diſtringere, neque ab eis illicitas redibitiones exigere, ſed omnia teneat, ſicut in cartulis offerſionis habetur. Ante omnia autem Abbatiſſa, eique ſuccedentes, & omnes Monache ſub noſtra deffenſione quiete permaneant; Nulluſque per placita commovere, vel fatigare, niſi in preſentia Abbatiſſe pertemptet, quatenus ipſe Dei Ancille pro nobis, ſtatuque noſtri Regni jugiter exorare delectent. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum & mundiburdium infringere pre-

preſumpſerit componat auri optimi libras centum, medietatem predicto Monaſterio, & medietatem Camere noſtre. Quod ut verius credatur ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Imperatoris Invictiſſimi.

L. S. Ego Ualbruno Dei gratia Veronenſis Epiſcopus, & Cancellarius Vice Herimanni Colonienſis Archiepiſcopi Archicancellarii recognovi.

Anno Dominice Incarnationis milleſimo nonageſimo quinto Indictione xII. (1) menſe Junio regnante Henrico IV. Romanorum Imperator Auguſtus. Anno xL. Imp. x. Actum eſt Meſtre feliciter.

(1) Ex Librarii fortaſſe errore pro Indictione III. quæ alligatur anno MXC. irrepſit Indictio xII. ſicuti pariter annus x. Imperii perperam annotatus fuit, cum enim Henricus IV. Imperiali corona redimitus fuiſſet anno 1084. annus Imperii ejus xII. alligatur, ad annum æræ vulgaris 1095.

Henricus V. Imp. Venetiis degens Bonis Monaſterii S. Zacharie in ditione Imperiali ſitis Privilegia indulget.

1116.

Ex Archivo Monaſt. atque ex Murat. Antiquit. Æſtenſ. Tom. I. pag. 283.

DIe Dominica, que eſt III. Idus Martii in Regno Venetiarum in Palatio Ducis, ſcilicet in Camera. Dum in Dei Nomine Henricus Dei gratia quintus, Romanorum Imperator Auguſtus, reclamationem Eccleſiarum audiens, adeſſet cum eo Teuzo, Tibaldus, Adam, Eicharius Judices, Anto Jurisperitus, Ordelaffus Dei gratia Venetie Dux, Patriarcha Dei gratia Gradenſis, Gerardus Epiſcopus Tridentinus, Epiſcopus Caſtellanus, Johannes Epiſcopus Caprulenſis, Petrus Michael Adrianenſis Epiſcopus, Albertus Comes de Marteringo, Henricus Welfonis Ducis Frater, Henricus Comes, Odelricus Comes de Piano, & Petrus Guntarinus Vicedominus, & Benegarius Contarinus Stenus Zianus, Petrus Gradonicus, & reliqui plures; Ibi illorum preſentia Dom. Imperator juſtitie amator, omniumque Eccleſiarum defenſor, pro Dei amore, & S. Zacharie, & S. Pancratii & prece ejusdem Cenobii, ac Vite Michaelis Abbatiſſe, ſuarumque Sanctimonialium, & ſuorum Principum, aliorumque fidelium rogatu, & pro .. .... conſilium, per lignum, quod in ſua tenebat manu, ſuum Imperiale bannum miſit ſuper Johannem Bonum Plebanum, & Advocatum ejusdem S. Zacharie Monaſterii, & ſuper omnibus rebus mobilibus & immobilibus, quas poſſidet, usque modo predictum Monaſterium, nominatim in Monte Silice Curtem unam poſitam in Villa, que vocatur Petriolo, una cum Eccleſia in honore Sanctorum Thome, & Zenonis cum omnibus illarum pertinentiis, & Caſtrum Runcum, quod Milo Marchio eidem Monaſterio tribuit; & omnia, que Ingelfredus Comes una cum Ingilburga Comitiſſa eidem Monaſterio tribuerunt; & unam Curtem poſitam in loco qui dicitur Cona, cum Eccleſia S. Marie, & ſuper omnia, que habet, vel que legitime prenominatum Monaſterium adquiſierit. Imperando, ut nullus Patriarcha Dux Archiepiſcopus Epiſcopus Abbas, Marchio, Comes, Vicecomes, Advocatus Vicedominus, Gaſtaldio Villicus Decanus, vel aliqua magna parvaque perſona pronominatam Abbatiſſam ſuasque ſucceſſores ſine legali

gali

gali judicio diveſtire vel inquietare audeat. Quod ſi quis hoc edictum fregerit, aut occaſione tolonei aut arbergarie ſciat ſe compoſiturum centum libras auri medietatem Imperatoris Camere, & dimidiam predicte Abbatiſſe ſuiſque ſucceſſoribus.

Factum eſt hoc Anno ab Incarnatione D. N. J. C. 1116. Indictione IX.
Ego Teuzo Judex interſui, & ſubſcripſi.
Ego Adam Judex interſui, & ſubſcripſi.
Ego Anto Advocatus interſui, & ſubſcripſi.
Ego Tibaldus Judex ſubſcripſi.
L. S. Ego Obertus Judex interſui, & hanc notitiam ex illius juſſione Imperatoris ſcripſi.

Fridericus Ænobarbus Imp. immunitates a prædeceſſoribus ſuis Monaſterio S. Zachariæ pro Bonis in ditione Imperiali poſitis conceſſas confirmat.

1177. 5. Auguſti.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Sancte & Individue Trinitatis Fredericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si petitionibus Servorum, & Ancillarum Dei juſtis, & rationabilibus acquieſcimus anime noſtre ſaluti proficere non dubitamus. Idcirco omnium fidelium Sancte Dei Eccleſie, & noſtrorum preſentium, ac futurorum devotio noverit; Qualiter Caſota Abbatiſſa Monaſterii S. Zacharie, & S. Pancratii Martyris in finibus Venetiarum conſtructi prope Palatium, Noſtram adiit Clementiam; quatenus pro Dei amore, animeque noſtre remedio idem Monaſterium, cui ipſa Caſota Abbatiſſa preeſſe videtur, cum omni integritate uſus, & ſumptus Monacharum inibi per tempora famulantium perpetualiter permaneat, cum cunctis facultatibus, rebuſque mobilibus & immobilibus, ſeu familiis utriuſque ſexus, ad predictum Monaſterium pertinentibus ſcilicet infra, dictionem noſtri Regni adjacentibus, tam in montibus, vel aliis locis, quam, & in illis, que paulo inferius denominanda ſunt, & ſub noſtre deffenſionis, & tuicionis mundiburdio conſiſtat Videlicet: Caſtrum Runcum, quod Marchio Milo pro anima ſua eidem Monaſterio contulit, ſitum in Veronenſi Comitatu, multa etiam, & alia que Ingelfredus Commes, & Ildeburga Commitiſſa Uxor Adalberti Commitis, cum ſuis heredibus, & Notorherius Epiſcopus Veronenſis, ſimiliter per Cartulas offerſionis tribuerunt, Videlicet: Curtem unam cum omnibus ſuis pertinentiis in finibus Montis Silicani, poſitam in Villa, que dicitur Petriollo, una cum Eccleſia S. Thome, & S. Zenonis; Similiter, & aliam Curtem in eiſdem finibus Montis Silicani, poſitam juxta portam prope flumen Viginzone, cum omnibus ſuis pertinentiis; Aliam quoque Curtem in loco, qui dicitur Cona, una cum Eccleſia, ad honorem S. Marie, & omnibus ſuis pertinentiis, & in Sacco, & in Lupa, & in Comitatu Tarviſino, & in Liquentia, & in Laurentiaca, una cum ceteris terris, vineis, campis, olivetis, pratis, paſcuis, maſſaritiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, caſis, capellis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, vallibus, ſervis, & Ancillis: Et ut omnes Coloni de ipſis Curtibus decimas eidem Monaſterio perſolvant. Nos autem ſaluberrimas ejus petitiones inſpicientes, pro remedio anime noſtre, ad imitationem Octonis,

Conradi, atque Henrici Imperatorum predeceſſorum noſtrorum, hoc preceptum fieri juſſimus, per quod ſancimus, ut jamdictum Monaſterium cum ſuis rebus mobilibus, & immobilibus, mancipiis, colonis, ſervis, & Ancillis, ſub noſtra maneat deffenſione; Ita ut nulla Civitas, nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Commes Marchio, ſeu aliqua magna parvaque perſona, ex rebus de quibus modo juſte, & legaliter inveſtitum eſſe videtur, aut in antea Divina Pietas amplificare voluerit, abtrahere aliquid, aut minuere quandoque pertemptet, vel alicujus banni occaſione, vel alio modo, quo minus redditus de ipſis Curtibus, & aliis prediis libere, & ſine impedimento ad jamdictum Monaſterium deferantur impedire preſumat; Sed liceat prenominate Abbatiſſe, & ſibi ſuccedentibus, redditus ipſarum Curtium, & aliorum prediorum ſuorum libere, ſub noſtra tuitione, ac deffenſione, ſine exactione aliqua, ad ſupradictum Monaſterium S. Zacharie, & S. Pancratii Martyris deferre, & eiſdem redditibus, uti prout voluerit, & diſtribuere; Liceat quoque univerſas res ejuſdem Monaſterii, ſub noſtra deffenſione quieto ordine poſſidere, cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam rebus, quam mancipiis, liberis, & ſervis, nulluſque audeat eos injuſte diſtringere, neque ab eis ullas illicitas redibitiones, aut publicas angarias exigere. Ante omnia autem Abbatiſſa ejuſdem Monaſterii, eique ſuccedentes, & omnes Monache ibidem Deo ſervientes, ſub noſtre deffenſionis auctoritate quiete permaneant; Nulluſque Reipublice Miniſter, vel alius quicunque Abbatiſſam ipſam, & ei ſuccedentes jure prediorum unquam poſitorum, vel alio quocunque modo, per placita commovere, vel fatigare, niſi coram ſuo Diœceſano Epiſcopo ullatenus preſumat, Monachas vero ejuſdem Monaſterii ulla ratione niſi coram ſua Abbatiſſa convenire pertemptet. Quatenus ipſas Dei ancillas, que ibidem Deo famulantur pro nobis, ſtatuque noſtri Regni jugiter exorare delectent. Quia vero non decet religioſas perſonas negotiis ſecularibus implicari, vel juramenta preſtare, pietatis intuitu, & religionis favore prenominate Abbatiſſe, & ſibi ſuccedentibus in perpetuum concedimus poteſtatem creandi Economum, qui, & negotia Monaſterii adminiſtret, & in Cauſis ad Monaſterium prefatum pertinentibus, tam in agendo, quam in defendendo juſjurandum de calumnia preſtet. Si quis igitur hoc noſtrum preceptum, & mundiburdium infringere preſumpſerit ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem noſtre, Camere, & medietatem predicto Monaſterio, quod ut verius credatur manu propria roborantes ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Hujus rei teſtes ſunt:

Henricus Patriarcha Venetus.
Oulricus Patriarcha Aquileje.
Philippus Colonienſis Archiepiſcopus.
Chriſtianus Maguntinus Archiepiſcopus.
Arnoldus Treverenſis Archiepiſcopus.
Sebaſtianus Ziani Dux Venetiarum.
Scinella Commes Tarviſii.
Aureus Magiſter Petrus, & alii quamplures.
Signum Domini Federici Romanorum Imperatoris Auguſti.

L. S. Ego Godefredus Cancellarius Vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici Regni Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXVII. Regnante D. Frederico Romanorum Imper. Glorioſiſſimo Anno Regni ejus XXVI. Imperii vero XXIII. Date apud Venetias Indictione XIII. nonas menſis Auguſti feliciter Amen.

Raim-

Raimbaldus Comes Tarviſinus donat Monaſterio S. Zachariæ duo prædia poſita in Villa, quæ vocatur Brentula.

C

1005. Maii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Domini Noſtri Jesu Chriſti Regnante Dompno noſtro Henrico gratia Dei hic in Italia anno Secundo (1) menſe Madii Indictione III. feliciter. Ideo ego Raimbaldus comes Tarviſianus, (2) qui lege Langobardorum vivere viſus ſum, una cum meis heredibus donare, atque tradere viſus ſum in Monaſterio S. Zacharie per remedium anime mee, ut Monachas, que in ipſo Monaſterio ordinate ſunt, vel pro tempore ordinatas fuerint pro anima mea orare valeant. Ideoque donamus & tradimus res proprietatis noſtre maſſaricias duas, que adjacet in loco in villa, que vocatur brentula, (3) ideo de ſupraſcriptas maſſaricias, que eſt hedificatas caſas curtes, & ortis, ortaleis, & terris aratoreis, campis, pratis, vineis, pomaris, ac ſtalareis, rivis, rupinis, ſilvis, ſalectibus paſcuis, & campo herbatico, venationibus, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, ... cum ingreſſo & eregreſſibus ſuis, cum introitis & exitibus ſuis, cum ſuperioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter ſuperius legitur in inſtrumento, omnia ſicut ab ipſas duas maſſaritias legibus pertinet, aut pertinere debet, nullis aliis habemus venditas, donatas, alienatas, obnixeatas, vel traditas, niſi vobis a pars de infraſcripto Monaſterio damus, & tradimus pro anima noſtra, ut faciatis exinde apars de infraſcipto Monaſterio quicquid voluerint. Idem perspondimus infraſcriptus donator Raimbaldus comes, tam per nos metipſos, quamque & meos heredes infraſcripta mea donatione, ab omni homine defenſare, quam defendere ſi non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliquis per quovis ingenio retolerimus vel minuare aut ſubtrahere queſierimus, vel ſi apparuerit nullum noſtrum datum, aut factum vel quomodolibet ſcriptum, quod ego ſupraſcriptus donator in aliam partem factum aut fieri rogaſſet, & clarefactum fuerit, tunc componere promitto ego ſupraſcriptus donator Raimbaldus comes, vel meis heredibus, vobis apars de ſupraſcripto Monaſterio pena dupla ſupraſcriptas res. In conſimile loco cum omnibus ſuis edifitiis, & infraſcripta donatione, omnique tempore firma & ſtabile permaneat.

Actum in manſione ſupraſcripti donatoris in caſtro Tarviſii (4) feliciter. Signum ſupraſcript. manus ſupraſcripti donatoris Raimbaldi, qui hanc cartam, qualiter ſuperius legitur, fieri rogavit ad omnia ſupraſcripta.

(1) Annus ſecundus Enrici II. Regis in Italia Indictioni III. reſpondens incidit in annum Chriſti 1005.

(2) Raimbaldus Comes Tarviſinus ex quo illuſtris familia Comitum de Collalto originem trahit, ſæpe ſæpius memoratur in Chronicis, & hiſtoriis ſui ævi, & præcipue in documentis a Muratorio allatis in Antiqu. medii ævi Tom. I. 57. 169. 422. 431. & Tom. II. 267

(3) Brentula vulgo Brendole in territorio Meſtrenſi non longe ab æſtuariis.

(4) Cum Tarviſium Civitas eſſet Epiſcopalis, ideo caſtrum Tarviſii hic ſignificare putamus Caſtrum in Tarviſino diſtrictu poſitum, in quo manſionem ſibi poſuerat ipſe Comes Rambaldus.

Rodalda olim uxor Wangerii Comitis Monaſterio S. Zachariæ prædium donat poſitum in Villa Cilarini.

D 1006. Auguſti.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Regnante Domino noſtro Henrico gratia Dei Rex hic in Italia Anno Tercio Menſis Auguſti Indictione quarta feliciter. Ideoque Ego Rodalda relicta Domini Wangerii comitis habitatrix in comitatu Tarviſiano, que legem Langobardorum vivere viſi ſumus. Nos una inſimul conſentiente michi dompnus Almericus Epiſcopus (1) & Joannes Germanus filiis, & Mondoaldis (2) meis donare, atque tradere viſi ſumus in Monaſterio S. Zacharie Prophete de Rivoalto fundatum prope palatium Curtis res pro remedio anime ipſius Dom. Wangerii comitis, ut Monachas, que in ipſo Monaſterio ordinatas ſunt, & pro tempore ordinata fuerint per animam ejus orare valeant. Idemque donamus & tradimus res proprietatis juris noſtri maſſaricia una, que jacet in loco, que vocatur Cilarino, (3) que reſta eſt & laborata per Maſſario nomine Martino, ideſt de iſta maſſaricia, que eſt edificatas caſas cum curtes, hortis, hortaleis, & terras aratrices, campis, pratis, vineis, pomareis, ac ſtellareis, rivis, rupinis, ſilvis, ſalectibus, paſcuis, & capulo, erbatico, eſcatico, venationibus, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, mollendino cum aquimolis ſuis, cum ingreſſo & ingreſſibus ſuis, cum intrectis & exortis ſuis, cum ſuperioribus & inferioribus ſuis, & earum rerum qualiter ſuperius legitur in inſtrumentis, omnia ſicut ad ipſam maſſariciam legitur pertinentibus. Nullis aliis habemus venditas donatas alienatas obnoxiatas, & traditas niſi vobis apars de ſupraſcripto Monaſterio donamus & tradimus pro anima ipſius Domni Wangerii Comitis, ut faciatis exinde apars de ſupraſcripto Monaſterio, quicquid volueritis. Et ſpondimus nos ſupraſcripti donatore Rodoalda, & Domnum Aylmericus Epiſcopus & Joanne Gerinanus Mater & filii, tam per nos metipſos, quamque & per noſtros heredes iſta noſtra donatione ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliqud per quovis ingenium ſubtrahere queſierimus, aut ſi apparuerit ullum noſtrum actum, aut factum vel quomodolibet ſcriptum, quod nos iſti donatores in aliam partem feciſſemus, aut fieri rogaſſemus & clarefactum fuerit, tunc componamus infraſcripti donatores Rodoalda, & Dominus Ailmericus Epiſcopus, & Joannes Germanus Mater & filii cum noſtris heredibus nobis iſtas Monachas a parte de ſupraſcripto Monaſterio pena dupla infraſcripta res in conſimili loco cum omnibus ſuis hedificiis & in-

(1) Almericus qui & Aylmericus Rodaldæ donatricis filius Epiſcopus Tarviſinus de quo Ughellus Tom. V. col. 508. & Ughelli adnotator cartam hujuſce donationis enuntians alligat eam anno 1011. quam nos anno 1006. aſſignandam putamus, etenim annus III. Enrici II. cum Indictione IV. concordat, qua notabatur annus 1006. Fortaſſe Almericus, qui ab Ughello recenſetur poſt annum 1001. idem eſt cum illo de quo documentum hoc afferimus, quique poſt Blanconum In Italia Sacra loco citato reponitur.

(2) Mondualdis ſeu Mundualdis ideſt Procuratoribus de qua voce fuſe agit Ducangius litt. M.

(3) Celarinum Italice Zelarin rus eſt agri Tarviſini haud procul a Meſtrenſi oppido.

& infraſcripta noſtra donatio, omnique tempore firma & ſtabilis permaneat. Actum in manſione ſupraſcriptis donatores in caſtro Tarviſii feliciter.

Ego Almericus Epiſcopus m. m. ſs.
Signum manibus ſupraſcripti donatores rodalda & Johannes, qui hanc cartulam, qualiter ſuperius legitur fieri rogavi ad omnia ſupraſcripta.
Signum manibus Dompni Rainaldi comitis & azili da terre, & Ulfardo & Wazili, qui Johannes vocatur, viventes lege longabardorum rogati tt.
Ego Warientus Not. rog. ſubſcripſi, & prius traditam complevi.
Ego Oto Tarv. Civitat. Not. hec ex autentico ſumptum. nichil addens vel minuens reſcripſi.

Joannes Presbyter Montis Silicis donat nonnulla prædia Monaſterio Sanctorum Zachariæ & Pancratii Venetiarum.

E 1050. 31. Januarii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Domini anno ab Incarnatione D. N. J. C. prius milleſimo quinquageſimo. Secundo Kal. Feb. Indict. III. (1) Monaſterio Beatiſſimi S. Zacharie, & S. Pancratii Martiris puellarum ſito in finibus Venetiarum in loco ubi dicitur arialto ubi Maria Abbatiſſa in illum ſanctum locum eſſe videtur, ubi multe res a bonis hominibus delegate ſunt. Ego quidem in Dei Omnipotentis nomine Johannes Presb. de loco monte ſilice, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere longobardorum, do cedo trado & offero in jamdicto Monaſterio S. Zacharie, & S. Pancrati ab victu earum Abbatiſſe, que ibidem pro tempore Deo militaverint, pro remedio anime mee & parentum meorum, & per hanc preſentem paginam offerſionis mee die preſenti & hora, ſicut hic ſubter declaravero, ad jura de ſupraſcripto Monaſterio proprietario nomine ad habendum, tenendum, poſſidendum, ideſt omnes res illas juris proprietatis mee antepono petia una de terra caſaliva infra Civitate (2) monte ſilice prope porta Civitatis monte ſilicana, & petia una de terra caſaliva infra Civitate monte ſilice prope fluvio viginzone non multum longe iſtas duas petias de terra caſaliva antipono. Nam alie res omnes & omnibus territoribus, que ego habere & poſſidere viſus ſum, qui poſiti ſunt illis caſis & rebus ipſis in comitatu Patavienſi, & in judicaria monte ſilicana, tam infra ipſo loco & fundo monte ſilice ſeu infra ipſo caſtro, quam & de foris & in loco & fundo pernumia, (3) tam infra ipſo caſtro quam de foris ibidem vel per aliis ceteris locis adjacente, tam terris caſalivis & ſediminis earum cum caſis ſeu terris, ortis, areis, ſeu vigris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, piſcationibus, ac paludibus aquis, aquarum decurſibus, molendinis, tam in montibus, quam in planitiis diviſo & indiviſo ſorti dono cultu & inculto, (4) venationibus, aquis, aquarum decurſibus cum omnibus,

(1) Secundo Kalendas juxta morem illius ævi ponitur pro Pridie Kalendas.
(2) Nota Opidum Montis Silicis hic Civitatem appellari.
(3) Pernumia Rus apud Montem Silicis.
(4) In documento Ottonis III. ad ann. 986. quod refert Ughellus Tom. V. col. 749. Ita legitur. *In Planicibus diviſis, & indiviſis ſortis & inſortis cultis & incultis.*

bus, & ex omnibus caſis & rebus illis antepono, quam ut ſupra anteposui ſicut ſuperius comprehenſum eſt, & michi legibus pertinet, do, cedo, atque offero in jamdicto Monaſterio S. Zacharie & S. Pancratii in tali pretextu usque dum Ego ſuprascriptus Johannes Presb. de hoc ſeculo transiero ipſe caſe & omnes res ille ſicut ſuperius nominate ſunt, deveniant in jamdicto Monaſterio Beati Zacharie & S. Pancratii, ut ipſa Abbatiſſa, que ibidem modo eſt vel pro tempore ordinata fuerit talem exinde eorum habeat poteſtatem poſt meum deceſſum de ipſis rebus ad regendum & gubernandum ſeu & diſponendum, ſicut de aliis rebus ipſum Monaſterium facere viſa eſt, vel juxta dono qualiter melius previditur. Volo & cedo pro anima mea, ut habeat heredes meas vel parentum meorum ipſas res, ad laborandum & regendum .... jam predicto Monaſterio S. Zacharie, & S. Pancratii, & fruges reddendum ad ipſo Monaſterio ſicut alii faciunt, ut nobis peccatores pro anima mea, & parentum meorum proficiat ad ſalutem & gaudium ſempiternum, ut dignus fuero audire: Euge ſerve bone & fidelis intra in gaudium Domini tui. Et ſi quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſo Johannes Presb. vel unus de heredibus meis aliquando tempore ſurrexerit contra hanc meam paginam offerſionis, quam ego meo bono animo fieri rogavi, ire unquam temptaverit, aut ea infrangere vel interdicere, tunc a liminibus Eccleſiarum ejiciatur, & cum juda traditore dampnetur, & inſuper compono ego vel mei heredes, ut ſuperius legitur, omnia in duplo & hec preſens pagina offerſionis mee omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Et in ſuo obtineat robore, ſeu & ſine omni contraditione hominum & propter honorem presbyteratus, & nec michi liceat ullo tempore nolle quod voluiſſe, ſed quod a me ſemel factum vel conſcriptum eſt, inviolabiliter conſervare promitto cum ſtipulatione ſubniza.

Actum in Monte Silice feliciter.

✠ Ego Johannes Presb. in hac cartula offerſionis a me facta m. m. ſi.

Signum manus Johannis & valterio Germani, & Andrea de predicto loco monte Silice viventes lege Longobardorum tt.

Signum manus lodoverto & item lodoverto tt.

Ego Johannes Not. ſcripſi prius tradita complevi.

Ego Oto Tarviſin. Civitatis Not. hoc ex autentico ſumptum nichil addens vel minuens reſcripſi.

Warnerius Miſſus Imperatoris Capellam S. Thomæ in agro Montis Silicis poſitam Monaſterio S. Zachariæ Venetiarum adjudicat.

F 1100. 25. Maii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine Dei Eterni. Anno ab Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo. Indictione VIII. octavo. Kalendas Junias. Cum in Dei Omnipotentis nomine *Warnerius Miſſus Domini Imperatoris*, atque *Delegatus ab ipſo Principe* in judicio judiciarie Montis Silicis reſideret, ad juſtitiam deliberandam ac faciendam: adeſſent cum eo Gumbertus, & Almericus Judices &c. Ibique in eorum veniens preſentia Prior S. Juſtine Patavenſis Eccleſie; venit & re-

reclamare cepit de quadam Capella, S. Thome Apoſtol. dedicata nomine, & Cartulam inanem nullo jure munitam, nulloque Tabellione conſcripta ibi oſtendit, quam Draco Presbyter jam dudum fecerat. Sicque cum hac Cartula contra Cenobium S. Zacharie in Regno Venetie ſitum agere volebat poſſeſſionem, ac Dominium ipſius Capelle acquirere. Quam vero poſſeſſionem ſupradictum S. Zacharie Cenobium jam per centum annos & ultra jure quieto poſſederat. Tunc ibi loci Plebanus S. Zacharie, qui ibi aderat, privilegium ab Imperatore factum, ſigillo ipſius Imperatoris impreſſum, a Judicibus quampluribus firmatum, a Cancellario ſcriptum, omnique ſolempnitate juris corroboratum ibi oſtendit; & cum hoc aliisque rationibus juris ſupradictum S. Zacharie Cenobium legaliter defendit. Tunc Judices ac juris periti, qui ibi aderant, certantes, diſcutientes, & equa lance trutinantes ſupradictam cartulam, quam Prior .... ac judicium enucleatim S. Juſtine oſtendatur, inanem & vacuam eſſe laudaverunt & ſupradictum S. Zacharie Cenobium habere & poſſidere ſupradictam Capellam, ſicuti jam dudum habuerat.

Ego Albertus Judex interſui & ſcripſi.

Guarnerius Comes decernit, quod Abbatiſſa S. Zachariæ non teneatur dare pallium Poteſtatibus ſeu Prætoribus Montis Silicis.

Abſque Chronica nota.

Ex Archivo S. Zachariæ.

Cognitum ſit omnibus, tam minoribus, quam majoribus ſecundum juſtitiam pie vivere volentibus, atque Sanctorum Monaſteriorum tutela conſervare fideliterque gubernare ſtudentibus preceptum, ac notitiam immutabile S. Zacharie Monaſterio a Guarnerio de Monte Silicis coram omnibus majoribus illius loci eſſe ſtatutum, ipſe enim Guarnerius conſilio quorumdam Monaſterio illi invidentium pallium unum ſecundum conſuetudinem precedentium Poteſtatum Abbatiſſe petivit, quod Plebanus ipſius Monaſterii, ab ea Abbatiſſa non uſu dari debere firmiter, cum multis hoc idem ateſtantibus aſſeruit. Unde non cum miſericordie reſpectu Guarnerius omnia Monaſterii, que poſſit in ipſo caſtro, ſtatim invaſit. Quapropter Plebanus precepto Abbatiſſe ad eum, quam cicius potuit adventare, ſine omni dubitatione feſtinavit, ac petitionem quam de pallio fecerat ab eodem Guarnerio poſtulavit, quam, ſicut infra dictum eſt, ipſe illi maniſeſte declaravit. Plebanus vero advocans omnes Sacramentales (1) loci ac milites quorum conſilio invenit pro conſuetudine Monaſterii poteſtati perſolvere non debere qui Petrus, Caucus, Acdelea, Albericus, Johannes Deabo, & Johannes de Ludeverto de una, & Johannes de Girardo voluerunt jure jurando confirmare hoc idem Oderlicus, & Guido Fra-

(1) Sacramentales vocabantur in legibus Longobardicis teſtes illi Juratori adjuncti Leg. 2. tit. 21. §. 9. tit. 55. §. 2. 3. 4. 33. &c. In quodam Judicato Archivi Caſaurienſis ſic legitur: *Et dedit Guadiam jurare cum ſuis legitimis Sacramentalibus ſicut lex eſt.* Hi Sactamentales in hoc documento præferuntur militibus.

Frater Gualterius axtengus . . . Maifredus Gauſelmus facere aſſeruerunt. Subtiliter ac ſapienter tali petitione, ab omnibus iſtis adſtantibus conſiderata ſtatuit comes Guarnerius noticiam nulli poteſtati pallium aliquod vel cendatum (2) pro conſuetudine eſſe licitum petere de cetero.

✠ Gombertus Judex.

✠ Albertus de Cavalpone.

✠ Belizo.

✠ Ego Albertus Jud. interfui & ſs. (3)

(2) Pallium hoc ex lana confectum erat, vel ex Serico, ut conſtat ex verbo illo *Cendatum* nempe pannum ſericum tenuiſſimum.

(3) Neque in principio neque in fine hujus documenti ulla cernitur appoſita Chronica nota, aſſignandum tamen puto ad annum circiter 1100. eo enim anno Warnerius Miſſus Imperatoris qui idem cenſendus eſt ac Warnerius Comes ſententiam protulit pro Monialibus S. Zachariæ Venetiarum contra Monaſterium S. Juſtinæ Patavinæ, quam affert Muratoribus in Antiqu. Medii Evi Tom. I. pag. 475. & documento huic, & enuntiatæ ſententiæ ſubſcripſit. Idem Albertus Judex.

Ubertus & Manfredus Comites donant Monaſterio SS. Zachariæ & Pancratii de Venetiis terras poſitas in Monte Silicis.

G

1107. Martii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

IN Nomine D. N. J. C. Dom. Henrici Imperator. Auguſti anno Imperii ejus hic in Italia Domino propitio anno ſecundo menſe Martii Indictione XIV. (1) Sanctorum autem & confeſſorum domus que eſt constructa in honore S. Zacharie, & S. Pancratii; ubi nunc Dominus illo Monaſterio S. Zacharie & S. Pancratii confeſſorum Domini eſſe videtur Domina vita Abbatiſſa & veſte religioſa induta, & bene Deum amatrice, & Deum timente & honor viduarum & genus puellarum tenente. Ego Ubertus Comes & Manfredus Germanii filii q. Ugonis comitis de Comitatu Vicentino atque Patavino, qui profeſſi ſumus ex natione noſtra lege vivere Langobardorum habitatores in caſtro novo offertores, & donatores in ipſo Monaſterio S. Zacharie preſentibus propterea diximus. Ego ſupraſcriptus Ubertus & Manfredus donatores & offertores pro mercede & remedio anime noſtre in ſupraſcripto Monaſterio S. Zacharie, & S. Pancratii inſumto & uſo (2) Uberto & Manfredo & ſui heredes, ac proheredes tibi dona vita Abbatiſſa, & ad tuas ſucceſſores perpetualiter ad habendum idem terra caſaliva cum caſe paladitia (3) & torculo & ara & orto & terra cum vites & prato totum inſimul ſe tenente in loco uno juris noſtri,

(1) Annus II. Henrici V. Regis Italiæ reſpondet Indictioni XIV. exeunti, atque Indictioni XV. inceptæ. Nomen Viræ Abbatiſſæ, & titulus Monaſterii SS. Zachariæ & Pancratii enuntiantur, etiam in Diplomate Henrici V. dato anno 1116 atque per Muratorium relato in Antiquitatib. Eſtenſib. par. I. pag. 283. Henricus in hoc documento appellatur *Imperator Auguſtus*, quamvis Imperii coronam non acceperit niſi in anno IV. dicendum ergo eſt fortaſſe hic pro Imperio intelligi Italiæ Regnum, atque *Imperator Auguſtus* idem hic eſſe, ac Rex Auguſtus.

(2) Inſunto & uſu, & in ſunto & uſu non inveniuntur In Gloſſariis puto tamen idem eſſe ac pro ſumptu & uſu, nempe pro expenſis & commoditate Sanctimonialium.

(3) Neque hæc vox *Palladicia* a Ducangio effertur, cum tamen in hoc documento adhæreat voci *Torculo* nempe Torculari; putandum eſſe inſtrumentum Rurale.

ſtri, quod habere & poſſidere viſi ſumus in comitatu patavino in judiciaria Montis Silicana prope non multum longe, qui dicitur vel S. Martini, eſt petia de terra pro menſura juſta, quod de uno latere perticas quadraginta & ſeptem de alio latere per longum coequaliter perticas ſexaginta lato quod de uno capite perticas xx. & de alio capite ſimiliter de uno latere jure S. Martini, habente de alio latere lioncio, qui trecio vocatur, & Martinus qui dicitur bellani habente, lato quidem uno capite terra domnica habente, de alio capite via percurrente, alio vero loco eſt terra arratoria cum vites & ſuper ſe habente, ad monte qui dicitur caſtellano habente per longitudinem uno latere perticas xxxiv. de alio latere per longitudinem xxix. lato de uno capite perticas xvii. de uno latere via percurrente, & de alio latere palude commune adjacente qui de uno capite domna vita Abbatiſſa habente de alio capite terra Domnica habente ad perticas legitima de pedes duodecim, que autem ſupraſcripta petia de terra juris noſtri in eodem loco, & fundo montis Silice ſuperius nominata una cum acceſſione & ingreſſo, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis qualitates & menſuras leges .... ab hac die in antea donamus & offerimus in ſupraſcripto S. Zacharia, & S. Pancratii in ſunto & uſo uberto & manfredo & de ſuis ſucceſſores perpetualiter ad habendum & faciendum exinde de jamdicta terra utiles fruias, (4) quod annue Dominus dederit perpetualiter habendum in ipſa Eccleſia; Quod ſpondimus atque promittimus nos ſupraſcripti donatores cum noſtris heredibus tibi ſupraſcripta Dom. vita Abbatiſſa, & ad tuas ſucceſſores ſi de ſupraſcripto Monaſterio offertiones aliquando tempore moleſtare preſumſerimus, & ab omni homine defenſare non potuerimus, tunc in duplum & in quantum noſtro offercionis aliquando tempore moleſtare preſumpſerimus, & in omni, & cum omnia ſuper ſe habente in conſimili loco melioratum valuerit, duplari, promittimus ire umquam, aut eas per quodvis ingenium infrangere queſierimus & clare factum fuerit, ille qui hoc facere temptaverit Deum Omnipotentem habeat retributorem ante tribunal Chriſti in die juditii cum juda traditore inde reddat rationem, quia taliter noſtra ſpontanea bona voluntate fecimus, & hanc paginam offercionis, ſicut ſupra legitur, firmas & ſtabiles permaneat atque perſiſtat.

Actum in caſtro quod dicitur novo feliciter.

Signum manus ſupraſcripto Uberto & Manfredo, qui hanc cartam offercionis fieri rogaverunt, & omnia ſupraſcripta manus ſuas poſuerunt, & firmaverunt.

Signum manibus Ugo filius Cadolo & Rocheeldo filius q. Uberto & Ruperto filius q. Wizili viventes lege Longobardornm in hac carta offercionis tt.

Signum manibus Roperto filius q. Wilielmo & Turiſindo filius q. Roperto, & Gumerigo filius q. Manfredo tt.

Ego Leodibertus Not. & inde rogatus qui hanc cartam offertionis ſcripſi, & prius traditam complevi.

Ego Oto Not. Tarv. Civitatis hoc ex autentico ſumptum nichil addens vel minuens reſcripſi.

(4) *Trujas* ponitur hic pro frugibus.

Benzo Abbas S. Juſtinæ Patavinæ cum ſuis Monachis tranſigentes cedunt Monaſterio S. Zachariæ Venetiarum bona poſita in Monte Silicis.

H 1124. 30. Decembris.

Ex Archivo S. Zachariæ.

IN Nomine Domini Dei, & in anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo quarto, ſecundo die exeunte menſis Decembris Indictione ſecunda. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, qualiter Benzo (1) Abbas e Monaſterio S. Juſtine ſitum in Civitate, que vocatur Padua, una cum fulco ſuo avocatore, & cum fratribus, qui ibi aderant, ſilicet Rambertum Priorem & Petrum Monachum jamdicti Monaſterii finem fecerunt, tibi Abbatiſſe, & Monaſterio S. Zacharie ſitum in rivoalto, & a ſuo Avocatore ſcilicet de omnibus querimoniis quondam a ſuis anteceſſoribus, & per predictum Abbatem factis idem de Eccleſia S. Thome, & de aliis terris immobilibus, que jacent in loco Montis Silicis, & in ejus territorio. Ex quibus ſupradictis querimoniis Ego Benzo Abbas una cum jamdicto meo avocatore, & cum predictis meis fratribus cognovimus ſententiam datam ab Adalberio Duce atque ab aliis contra noſtram Eccleſiam (2) & pro hac ſententia, aliiſque ſuis rationibus cognoſcens noſtram Eccleſiam inde nullam rationem habere tranſegimus, propter quam tranſactionem accepimus centum libras monete Verone & quinquaginta libras albulorum (3) ab Abbatiſſa S. Zacharie, & inſuper pro hac cauſa Ego Benzo Abbas una cum predicto meo avocatore promiſimus atque obligavimus, ut ſi ullo in tempore a me vel a meis ſucceſſoribus predicte Eccleſie S. Zacharie vel Abbatiſſe, aut ſuis ſequacibus per quodvis ingenium aliqua moleſtia facta fuerit componere centum marchias optimi argenti, & inſuper ex predicta lite ſemper taciti permanere, quod fuit factum in Rivoalto in Clauſtro Monaſterii S. Zacharie ſitum in predicto loco preſentia bonorum hominum, quorum nomina hic ſubtus leguntur. Hii ſunt Albericus & Albertus juriſperiti, & Bernardus Bellone, & Gumpur de Flaimerico, & Artuicho qui pro advocatore juravit, ſic eum ibi adſtantem atque jubentem hanc tranſactionem haberi firmam, nec non Beraldus, & Odo, & Bonefacius, atque Brucardus, ſeu Petrus, & Almericus, & filius Onfredi Mons Silicani, Dominicus Baſſidello Judex Veneticorum, & Joannes Maurocinus, & Joannes Centranicus, & Badovarius Bonoaldus Venetici & reliqui plures, unde in predicto loco factum eſt hoc, & hoc ſtetit atque confirmavit cum Sacramento, ut ſi in aliquo tempore aliqua invenerit cartula, in qua de hac lite narrare videtur predicti Monaſterii S. Zacharie dare debet.

✠ Ego Benzo Dei gratia S. Juſtine Abbas manibus propriis ſubſcripſi, atque confirmavi.

Ego

(1) Benzo Abbas S. Juſtinæ de quo Cavacius Hiſt. S. Juſtinæ lib. 2. pag. 61.

(2) Sententia hæc anno 1013. lata a Muratorio in antiquitatibus Eſtenſ. relata fuit Par. I. pag. 85. cap. XI.

(3) Libræ Albulorum, Venetæ libræ erant, quas aliquando nuncupatas legi Albiſſorum, & Blancorum.

Ego Giſelbertus Presb. & modo Prior S. Juſtine manibus ſubſcripſi, atque confirmavi.
Ego Maifredus Presb. & Monach. ſs.
Ego Joannes Presb. & Monach. ſs.
Ego Petrus Presb. & Monach. ſs.
Ego Anſelmus Presb. & Monach. ſs.
Ego Joannes Bonus Diac. & Monach. ſs.
Ego Aldericus Subdiac. & Monach. ſubſcripſi.
Ego Ubertus Presb. & Monach. ſs.
Ego Dominicus Converſus & Monach. ſs.
Ego Joannes Converſus & Monach. & Dominicus Converſus & Monach.
✠ Ego Paganus Acolytus.
Ego Aldevrandus Acolytus.
Ego Martinus.
Ego Litulfuſcus.
Ego Stephanus Not. ex juſſione predicti Abbatis ſuoque avocatore ſcripſi.
Ego Aldericus legisperitus interſui atque ſubſcripſi.
Ego Albertus Legisperitus interſui, & manu mea ſubſcripſi.

Pancratius Presbyter Procurator Monaſterii S. Zachariæ Joannem Presbyterum expulſum pridem ab Eccleſia S. Thomæ Montis Silicis, in ea reſtituit, ſtatuto cenſu ſolvendo Monaſterio S. Zachariæ.

I 1140. 12. Januarii.

Ex Cataſtico Monaſterii S. Zachariæ.

MIll. cen. quadr. octavo Ind. xi. duodecimo die Januarii notum ſit cunctis hominibus, quod litigio fuit inter Presb. Johannem de Franco de loco Montis Silice, nec non inter Presb. Pangratium legatum S. Zacharie de Regno Venecie. Hoc fuit litigium, quod predictus Presb. Johannes nolebat cognoſcere Eccleſiam S. Thome conſtructam in Monte Silice ſupra Alodium S. Zacharie a predicto Monaſterio, & ideo ſupradictus Pangratius publice expulit eum de predicta Eccleſia, & ipſe Pangratius habuit eam & fecit officium quiete ſine contradictione, & fecit fieri per ſe per multum tempus. Jamdictus Presb. Johannes multum penitens venit ad mercedem predicti Presbyteri Pangrati & Wadiam (1) ſibi dedit conditione coram Archipresbytero Dominico, & Presb. Agone, & Presb. Marco & preſente D. Beraldo, & Odorico, & Gerardo de Ingenulfo, & Bernaldo Tentonico, & Frugerino, & Olivero, & Viviano de Alcarda, Bonefaci de Walterio, & Bortolomeo & Tethaldo, & Fedrico, & Johanne Blaldo & quamplures alii. Hoc viſu & audito ab ipſo Archipresbytero, & a ſupradictis hominibus, & rogatis a jamdicto Presb. Johanne ceperunt rogare ipſum Pangratium, ut amore Dei & S. Zacharie, & amore ipſorum reſtitueret eum in ipſa Eccleſia. Presb. Pangratius, tan-

(1) *Wadium Vadium* & *Guadium* dicitur de eo, quod rei alicujus ſignum, ac ſymbole eſt: hinc feſtuca, quam in ſignum atque pignus translatæ poſſeſſionis tradebat emptori venditor Wadium appellatur ex Gloſſar. Ducangii.

tandem motus ad precationes Archipresbyteri, & aliorum aſtantium inveſtivit ipſum Sacerdotem Johannem de Eccleſia S. Thome ex parte S. Zacharie, & ſuarum Monialium, & ſua, tali pacto, quod omni anno perſolvat in feſto S. Pancratii duos cereos penſante una libra per ſe vel per ſuum miſſum in Monte Silice ad Decanum vel miſſum S. Zacharie. Salvo tamen honore Plebis Monte Silice.

Actum eſt hoc in Monte Silice feliciter, & teſtes, ut ſupra.

Ego Ubertus Sac. Palatii Not. interſui & rogatus ab ambarum partium ſcripſi.

Paganus Legatus Imperatoris liberat bona S. Zachariæ poſita in Monte Silice quæ intromiſerat.

K 1140. 12. Septembris.

Ex Archivo S. Zachariæ de Venetiis.

Milleſimo centeſimo quadrageſimo Indict. VIII. duodecimo die Septembris. Paganus legatus tit. Imperatoris (1) reſidens in Monte Silice in caſa Domnicata prope Eccleſia S. Pauli: & cum eo Martinus Archipresbyter ejusdem loci, & Presb. S. Pauli, & Burcardus Diaconus, & Marſilius de Carrara, & Garzapane De.... & Gubertus de Baldo & Bonefacius de Valentino, & Fedricus de Coſta & Nordelus ejus filius & Paganinus Menabri, & Frugerius, & Epiſcopelus Gr. Oliverius Alberius Çavorcius & reliqui plures. Ibique in eorum preſentia Pangratius Presb. & S. Zacharie Cenobii Miniſter venit, & ſtetit ante ipſum Paganum, & oſtendit cartulas, & privilegia proprietatis, quod jamdictum Monaſterium habet in bonis Monte Silice que predictus Paganus intromiſerat. Unde viſis auditis rationibus ejusdem Monaſterii juſſione Imperatoris bona ejusdem Cenobii que intromiſerat, diſtromiſit, & in manibus predicti Sacerdotis finem fecit, ſalvo tamen Imperiali jure.

Actum in Monte Silice in predicto loco feliciter. Supraſcriptus Paganus qui hoc ſcribere juſſit.

Ego Ubertus ſacri Palacii Notarius interſui, & ex juſſione ſupradicti Pagani hanc cartam ſcripſi.

(1) Conradus III. hujus nominis Imperator Federici Sveviæ Ducis filius.

Euge-

Eugenius III. Monaſterium S. Zachariæ ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit, eique ſua bona confirmat.

L 1151. 26. Septembris.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſti filiabus Gireldrude Abbatiſſe Monaſterii S. Zacharie, ejusque Sororibus, tam preſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum, Apoſtolici moderaminis Clementie convenit, religioſas perſonas diligere, & eorum loca pie protectionis munimine defenſare. Ea propter dilecte in Domino filie veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & preſactum Monaſterium, in quo Divino eſtis mancipate obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus qui ſecundum Dominum, & Cluniacenſium Fratrum obſervantiam ibi noſcitur inſtitutus, perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium in preſenti juſte, & Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, Oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, & his que poſt vos ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis; Curtem ſitam in Villa que Petriolo vocatur, cum Eccleſia S. Thome, & omnibus pertinentiis ſuis. Curtem poſitam in loco que dicitur Cona, cum Eccleſia S. Marie, & omnibus pertinentiis ſuis, & quidquid in Sacco, Lupa, in Liquentia, & in Laurentiaca, atque earum apendiciis. Decimas quoque omnium Colonum earumdem Curtium, quas rationabiliter poſſidetis, vobis nichilominus confirmamus. Prohibemus autem, ut nulla deinceps ſoror in eodem Monaſterio admitatur, que proprietatem modis quibuslibet habere preſumat; Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat preſactum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, & pro quarum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis pro futura, ſalva Sedis Apoſtolice authoritate & Dioceſani Epiſcopi Canonica juſtitia; Si que igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove communita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino juditio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jesu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat; Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. N. J. C., quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant Amen. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholice Eccleſie Epiſcopus.
Ego Ubaldus Presbyter Card. tit. S. Praxedis.
Ego Aribertus Presbyter Card. tit. S. Anaſtaſie.
Ego Julius Presbyter Card. tit. S. Marcelli.
Ego Ubaldus Presbyter Card. tit. S. Crucis in Jeruſalem.

Ego Bernardus Preſbyter Card. tit. S. Clementis.
Ego Urlandus Preſbyter Card. tit. S. Marci.
Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli.
Ego Johannes Diac. S. Marie Nove.

Datum Signie per manum Boſſonis S. R. E. Scriptoris VI. Kal. Octobris Indictione XIV. Incarnationis Dominice Anno MCLI. Pontificatus vero Domni Eugenii Pape III. Anno VII.

Adrianus IV. Monaſterio S. Zachariæ protectionem Apoſtolicæ Sedis concedit.

1156. 17. Februarii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

ADrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Giſeldrude Abbatiſſe Monaſterii S. Zacharie, ejusque ſororibus tam preſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum Apoſtolici moderaminis Clementie convenit Religioſas perſonas diligere, & eorum loca pie protectionis munimine defenſare. Ea propter dilecte in Domino filie &c. *ut in allato Eugenii III. diplomate.*

Ego Adrianus Catholice Eccleſie Epiſcopus.
Ego Uubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabine.
Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Cecilie.
Ego Actaldus Presb. Card. tit. S. Priſce.
Ego Gerardus Presb. Card. Tit. S. Stephani in Celio Monte.
Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Sammachii.
Ego Aldiprandus Presb. Card. Baſilice XII. Apoſtolorum.
Ego Odo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Rodulphus Diac. Card. in ſepta Solis.
Ego Guido Diac. Card. S. Marie in porticu.
Ego Bonadies Diac. Card. S. Angeli.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii XII. Kal. Martii Indictione V. Incarnationis Dominice Anno MCLVI. Pontificatus vero D. Adriani Pape IV. Anno III.

Ale

Alexander III. Monaſterio S. Zachariæ, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione recepto ſua bona confirmat.

1180. 20. Martii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Caſote Abbatiſſe Monaſterii S. Zacharie de Venetiis, ejusque ſororibus, tam preſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum Apoſtolici moderaminis Clementie. convenit Religioſas perſonas diligere, &c. *ut in ſuperiori Eugenii III. diplomate* Videlicet: Curtem ſitam in loco qui Petriolo vocatur, cum Eccleſia S. Thome, & omnibus pertinentiis ſuis, curtem poſitam in loco, qui dicitur Runco, cum Eccleſia S. Marie, & omnibus pertinentis ſuis. Curtem ſitam in loco, qui dicitur Clugia, cum omnibus pertinentiis ſuis. Manſos, qui poſiti ſunt in loco, qui dicitur Runcabetro, cum omnibus pertinentiis ſuis. Manſos, qui poſiti ſunt in Comitatu Tarviſino, & pertinentiis. Tarviſii, & poſſeſſiones quas habetis in Epiſcopatu Civitatis Nove, & omnibus pertinentiis ſuis, & quidquid habetis in Sacco, & in Lupa, & in Paduano diſtrictu, in livenza, & in Laurentiaca, atque earum appendiciis. Decimas quoque omnium Colonorum, & terrarum, quas in predictis locis, & Curtibus rationabiliter ſecundum antiquam poſſeſſionem poſſidetis, vobis nichilominus, confirmamus. Prohibemus autem, ut nulla deinceps ſoror in eodem Monaſt. admittatur, que proprietatem modis quibuslibet hinc preſumat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverunt, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiar. a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat preſatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur, earum pro quarum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolice auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua quidem Eccleſiaſtica ſecularisque perſona, hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reaque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & D. Redemptoris Jeſu Chriſti Domini noſtri aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat: Cunctis autem eidem loco ſua jura ſerventibus ſit pax D. N. J. C. quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis aſſumant. Amen.

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus.
L. S. Ego Ubaldus Hoſtienſis, & Vellitun. Epiſcopus.
Ego Theodinus Port. & Sancte Rufine Sedis Epiſcopus.
Ego Paulus Preneſtinus Epiſcopus.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. S. Suſane.
Ego Vivianus tit. S. Stephani in Celio Monte Presb. Card.
Ego Cinthius Presb. Card. tit. S. Cecilie ſubſcripſi.

Ego

Ego Hugo Presb. Card. tit. S. Clementis.
Ego Ardus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hyeruſalem.
Ego Matheus Presb. Card. tit. S. Marcelli.
Ego Laborans Presb. Card. S. Marie trans Tiberim Tit Calixti.
Ego Jacinthus Diac. S. Marie in Coſmedin.
Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Gratianus SS. Coſme & Damiani Diac. Card.
Ego Joannes Diac. Card. S. Angeli.
Ego Rainerius S. Adriani Diac. Card.
Ego Matheus S. Marie Nove Diac. Card.

Datum Tuſculani per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii XII. Kalen. Aprilis Indictione XIV. Incarnationis Dominice Anno milleſimo centeſimo LXXX. Pontificatus vero D. Alexandro Pape Tertii Anno XXII.

Lucius III. Privilegia Monaſterio S. Zachariæ ab Alexandro III. conceſſa confirmat.

1185. *6.* Julii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

LUcius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto filiabus Caſote Abbatiſſe Monaſterii S. Zacharie de Venetiis, ejusque Sororibus, tam preſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Prudentibus Virginibus, que ſub habitu religionis accenſis lampadibus per opera ſanctitatis jugiter ſe preparant ire obviam ſponſo. Sedes Apoſtolica debet preſidium impertiri, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas appoſitu revocet, aut robur, quod abſit Sacre Religionis infringat. Eapropter dilecte in Domino filie veſtris juſtis poſtulationibus Clementer annuimus, & prefactum Monaſterium S. Zacharie de Venetiis, in quo divino eſtis obſequio mancipate, ad exemplar felicis recordationis Alexandri Pape predeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus &c. *ut in ſuperioribus allatis diplomatibus.*

Ego Lucius Catholice Eccleſie Epiſcopus.
L. S. Ego Theodinus Portuenſis, & Sancte Rufine Sedis Epiſcopus.
Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Suſane.
Ego Vivianus tit. S. Stephani in Celio Monte Presb. Card.
Ego Laborans Presb. Card. S. Marie trans Tiberim tit. Calixti.
Et ſex alii.

Datum Signe per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii II. non. Julii Indictione I. Incarnationis Dominice Anno MCLXXXIII. Pontificatus vero D. Lucii Pape Tertii Anno Secundo.

Urba-

Urbanus III. Privilegia a Præceſſoribus ſuis Monaſterio S. Zachariæ indulta confirmat.

1187. 16. Februarii.

Ex Archivo S. Zachariæ.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Caſote Abbatiſſe Monaſterii S. Zacharie de Venetiis, ejusque Sororibus, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum, &c. Firma vobis, & eis, que vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Curtem ſitam in loco qui Petriolo vocatur cum Eccleſia S. Thome, & omnibus pertinentiis ſuis Curtem poſitam in loco qui dicitur Cona, cum Eccleſia S. Marie & omnibus pertinentiis ſuis. Curtem poſitam in loco qui dicitur Runco, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum Eccleſia S. Marie. Curtem poſitam in loco qui dicitur Clugia, cum omnibus ſuis pertinentiis, & omnia alia, ſicut habetur in Bulla felicis recordationis Alexandri Pape Tertii.

Ego Urbanus Catholice Eccleſie Epiſcopus.
L. S. Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Paulus Preneſtinus Epiſcopus.
Ego Petrus de Bono Presb. Card. tit. S. Suſane
Ego Laborans Presb. Card. S. Marie trans Tiberim tit. Calixti.
Ego Pandulfus Presb. Card. tit. XII. Apoſtolorum.
Ego Melior Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pamathii.
Et ſex alii.

Datum Verone per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii XIII. Kal. Martii Indictione quinta Incarnationis Dominice Anno MCLXXXVI. Pontificatus vero D. Urbani Pape III. Anno ſecundo.

Bonifacius IX. Privilegia a Prædeceſſoribus ſuis Monaſterio S. Zachariæ conceſſa confirmat.

1398. 1. Octobris.

Ex Archivo S. Zachariæ.

BOnifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Exigit ſacre Religionis honeſtas, ſub qua dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii S. Zacharie de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis, devotum, & ſedulum exhibent Domino famulatum, ut iis que ipſarum, & dicti Monaſterii commodum, & utilitatem reſpiciunt, & a Romanis Pontificibus conceſſa ſunt, ne a quoquam perturbentur, ſed illibata conſiſtant Apoſtolici adijciamus muniminis firmitatem; Dudum ſiquidem fel. recordat. Urbanus Papa III. Predeceſſor noſter prefatum Monaſterium, ad exemplar pie memorie Alexandri, & Lucii etiam Romanorum Pontificum dicti Urbani, & noſtrorum Predeceſſorum, ſub Beati Petri & ſua protectione per ſuas litteras ſuſcepit, ac ſtatuit, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Dei, & Bea-

& Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem, & obſervantiam Cluniacenſium Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcebatur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervaretur. Et quaſcunque poſſeſſiones, & quecunque bona idem Monaſterium tunc juſte, & Canonice poſſidebat, quorum aliqua in dictis ſuis litteris expreſſit. Curtem videlicet ſitam in loco qui Petriolo vocatur, cum Eccleſia S. Thome & omnibus ſuis pertinentiis. Curtem poſitam loco qui dicitur Cona cum Eccleſia S. Marie, & omnibus ſuis pertinentiis, Curtem poſitam in loco qui dicitur Runco cum Eccleſia S. Marie, & omnibus ſuis pertinentiis. Curtem poſitam in loco qui dicitur Clugia, cum omnibus ſuis pertinentiis, & omnia alia ſicut habetur in privilegio fel. record. Alexandri Pape III. &c.

Datum Rome apud S. Petrum Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno IX. MCCCXCVIII.

Ego Bonifacius Catholice Eccleſie Epiſcopus.

Gerardus Epiſcopus Patavinus Abbatiſſæ S. Zachariæ Venetiarum renovat cartam donationis decimarum de terris ſui Monaſterii in Monte Silice poſitis, quæ carta jam deperdita fuerat.

M 1169. I. Junii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

ANno Domini MCLXIX. prima die Junii, Indictione Secunda. In Nomine Domini Dei noſtri, Ego Gerardus gratia ejusdem Paduanus Epiſcopus cognoſcens Monaſterium S. Zacharie Venet. olim tenuiſſe chartulam per Epiſcopatum Paduanum de ſua decima de Monte Silice, quam huc usque habuit & tenuit, & nunc ipſam cartam, ut cognovi, donationis & offerſionis eſſe amiſſam. Ideo & pro remedio & mercede anime mee, & meorum anteceſſorum, ac ſucceſſorum, dono, & offero in predictum Monaſterium decimam ſue terre de Monte Silice, quam huc usque habuit & tenuit. Ut autem hec noſtra donatio firmius credatur, proprii noſtri ſigilli impreſſione inſigniri juſſimus.

Actum in Padua in Epiſcopali Camera in manu Presb. Pangratii in juſſu Abbatiſſe Monaſterii S. Zacharie. Et ipſe Presb. Pangracius pro ipſo Monaſterio, & pro Abbatiſſa predictam donationem & offertionem ſuſcepit.

Teſtes interfuerunt Magiſter Egidius Capellanus Epiſcopi, Presb. Andreas de Sancto Jacobo. Girardus. Odo Miniſterialis.

Ego Martinus Sacri Palacii Notarius interfui, & hanc donationem & offertionem juſſu Epiſcopi Gerardi ſcripſi.

Ego Gerardus Paduanus Epiſcopus manu mea ſs.

Ale-

Alexander III. confirmat donationem factam a Gerardo Epiſcopo Patavino Abbatiſſæ & Monaſterio S. Zachariæ Venetiarum de decimis bonorum in Monte Silice.

1170. (1) 26. Auguſti.

Ax Archivo Monaſterii S. Zachariæ.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecte in Chriſto filie G. Abbatiſſe & Sororibus Monaſterii S. Zacharie de Venecia ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis facilem nos convenit imperțiri conſenſum, ut vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu ſint proſequente complenda. Eapropter dilecte in Domino filie veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu decimam, quam habetis in Monte Silice a Vener. Fratre Noſtro Girardo Paduano Epiſcopo rationabiliter vobis conceſſam, & ſcripti ſui munimine roboratam vobis & Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Beneventi XVII. Kal. Septemb.

(1) Alexander III. ut patet ex Bullar. Romano Tom. II. pag. 407. novæ edit. degebat Beneventi anno 1170. ideoque cenſuimus annum hunc reponere, cum donatio Gerardi Epiſcopi facta fuerit anno 1169.

Menaboi de Monte Silice donat Giſentrudæ Abbatiſſæ & Joanni Rectori, & Miniſtro S. Zachariæ Venetiarum prædia poſita in Monte Silice.

N

1173. 7. Octobris.

Ex Archivo Monaſterii S. Zachariæ.

IN Nomine D. N. J. C. poſt milleſimum centeſimum LXXIII. ſeptima die intrante menſe Octobri Indictione VI. Eccleſia & Monaſterio S. Zacharie ſitum in regno Venetiarum (1) in rivoalto, ubi nunc ſuper eſt Giſentruda Venerab. Abbatiſſa, & Johannes Presb. illiusque rector & miniſter (2) una cum religioſo cetu Monachabus, & ubi multe res & fundi a bonis hominibus delegate ſunt, propterea dixit: Quisquis in ſanctis ac Venerabilibus locis aliquid de ſuis contulerit rebus juxta auctoris decretum centuplum accipiet, & inſuper quod melius eſt, vitam poſſidebit eternam. Quapropter quidem ego Me-

(1) De *regno Venetiarum* fuſe differitur in notis ad monumenta Monaſterii S. Georgii Majoris.
(2) Fortaſſe Monachi ante annum 1173. e loco diſceſſerant, regimenque ſpirituale Sanctimonialium acceperant Presbyteri ſæculares, tamen in documento mox afferendo ad annum 1273. nominantur Fratres Converſi loci S. Zachariæ.

naboi de loco Monte Silice donator & offertor illius Monaſterii pro anime mee meorumque parentum remedio, & quia perpetuam filiam noſtram ibi, & cum illo religioſo cetu, & ſanctiſſimo loco ad Dei ſervitium, & omnium Sanctorum permanere, & ad obedientiam jamdicte Abbatiſſe omnibus diebus vite ſue decrevimus, ideoque do, dono & offero hii ſunt ſeptem pecie de terra aratoria, & in partim cum prodda (3) & ſimiliter vineam unam dapoſo corti juſta cavidonem, & de alio latere vialardus, habet de primo capite via, & pecia unam de terra cum olivis, que eſſe videtur ad montem vignaliſigum, ubi dicitur balcone non longe a caſaria, cui coeret, ei ex ejus lateribus, & capite Epiſcopellus, & ex alio latere in commune firmante, & ex alio capite paulellus poſſidente, prima vero pecia de terra aratoria, que jacet dal ſolco & partim cum proa juxta eam, coheret ei ex uno latere ipſa proa, & ex altero Winicellus, ab uno capite jura S. Juſtine. Secunda vero pecia, que eſt campum unum jacet in vanzoleulo juxta viam, & de alio latere terra q. Bertaldi, adeſt ab uno capite Gerardus de Preſteſano, habet ab alio idem Bertaldus. Tertia namque pecia inſtaſolo juſta Sanctum Petrum, & de alio latere S. Juſtina poſſidente, ab uno capite Petrus de Maſſello, ab alio jura S. Juſtine Paduan. adeſt, quarta eſt in corolo campum primum & dimidium juxta broilum, & ex altero latere pelegrinus cazo, habent ab uno capite S. Stephanus cararie (4) poſſidente ab alio Hoſpitalis S. Jacobi Montis Silicis. Quinta vero pecia idem media dies videtur jacere il Salbora juxta jamdictum broilum, & de alio latere S. Juſtina habet ad uno capite ledo, ab alio ſimiliter S. Juſtina. Sexta in Savonara, que eſt medium campum, & de alio latere broilo poſſident, & de alio heredes Johanni de Bonifacio, ab uno capite Odelricus faber, ex alio via publica percurrente. Septima da poſo maraldo, que eſt dies una coheret ei ex primo latere, & uno capite donna ema, ex alio latere vandus, & ex alio capite Blaſius, & Albertus Delp. ſibique alii ſunt coherentes. Has autem vero jamdictas ſeptem pecias de terra aratoria, & partim in proa, & in ſeptem locis poſitas & jamdictam vineam & peciam de olivis juris mei ſuperius dictas una cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus & ingreſſibus earum in ſupraſcripta Eccleſia & Monaſterio Ego ſupraſcriptus Menaboi offertor pro anime mee meorumque parentum remedio & pro benedictione jamdicte filie mee perpetue, que ibi ad Dei ſervitium diffinire vitam ſuam diſpoſuit, do dono & offero, & per preſentem cartulam donationis & offertionis in eamdem Eccleſiam, & Monaſterium confirmo ad habendum jamdicta Abbatiſſa cum jamdictis ſuis ſororibus, que nunc ibi ordinate ſunt, vel que pro tempore aliquo ad Dei ſervitium ordinate vel ordinati fuerint, & faciendum tempore & ipſi & ſuccetrices & ſucceſſores earum, eorumque jure proprietario ad humilitatem & ſumptum earum, & eorum, & ad ſervicium Eccleſie & Monaſterii quicquid voluerit ſine omni mea & heredum meorum contradictione, & ex mea pleniſſima largitate.

Actum in Monte Silice feliciter in domo propria jamdicte Abbatiſſe, ubi jamdictus Menaboi de jam dicta terra & vinea & olivis jamdictam Abbatiſſam vice Monaſterii, & ad illius proprietatem, ut ſupra legitur, inveſtivit, & poſſeſſionis dande miſſum dedit, & jamdictam ſuam filiam perpetuam, in manu ſua obtulit. Ubi fuit Epiſcopellus, qui fuit Winicellus, Oliverius, Bertal-

di-

(3) *Proda* & *proa* idem ſunt ac *proventus*, *redditus*. Vide Murator. Antiquitatum Eſtenſ. p. I. pag. 368. ubi documentum affert anni 1196. in quo hæc leguntur: „ In verago & in fundo, & proda Ville Marzane, & in Gaugnano, & ejus Proda, quod totum eſt tertia pars dicti fundi „. Tamen hic ſumitur pro re materiali, & ſtabili ſequitur enim noſtrum hoc documentum: *cohaeret ei ex uno latere ipſa proa*.

(4) Abbatia S. Stephani de Carraria inter Patavium & Montem Silicem poſita.

dinus, Zaninus, Artuſius teſtes ſed Winicellus datus fuit ad dandam poſſeſſionem.

Ego Batalla Not. Sac. Palatii interſui juſſu parcium hoc ſcripſi.

Equidem ſpondeo atque repromitto una cum meis heredibus ſupraſcripto Monaſterio, ejusque ſucceſſoribus ſupraſcriptam meam offertionem, ſicut ſupra legitur ab omni homine defenſare & warentare, quod ſi non potuerimus ſimilem ...... in conſimili loco debeamus preſtare & reſtaurare, & hoc actum in Monte Silice in camera domus jamdicte Abbatiſſe feliciter ubi ſimiliter interfuit jamdicti Epiſcopellus & Winicellus teſtes.

Ego Batalla Notarius ſacri Palacii interſui & rogatus hoc ſcripſi.

Leonardus Michael Comes Abſerenſis Monaſterio S. Zachariæ legat vineas ſuas poſitas in Clugia, quod teſtamentum confirmatum fuit diplomate Lucii Papæ III.

O 1184. Auguſti. Teſtam. rogatum.
1185. 5. Septembris Confirmatum.

Ex Archivo Monaſterii S. Zachariæ.

IN Nomine D. N. J. C. Anno D. milleſimo centeſimo octuageſimo quarto menſe Auguſti Indictione ſecunda Rivoalto. Solicite debet unusquisque vivere & terminum ſue vite ſemper ante oculos habere, quia ignorantia venturi exitus incerta eſt, ut dum aliquis ſperat vivere, tollitur, unde feſtinet unusquisque, ne in iniquitatibus ſuis rapiatur, ſimulque vita ſua cum culpa finiatur. Quapropter ego quidem Leonardus Michael Abſerenſis Comes de confinio S. Juliani, dum a gravi infirmitate detentus eſſem, ſanam habens mentem, integrumque conſilium cepi cogitare de die mortis mee, ne repentinus caſus hujus fragilis vite me ſubriperet, & mea omnia ſic inordinata remanerent. Hec me Divina Miſericordia pertractante convocato ad me Dominico Arduino Presb. & Eccleſie S. Jo: Evangeliſte Plebano, & Notario hoc meum ſcribere rogavi Teſtamentum, in quo meam fidei commiſſariam eſſe conſtitui D. Cayſotam Abbatiſſam Monaſterii S. Zacharie pro predicto Monaſterio, & omnes ejus ſucceſſores, que per tempora erunt in predicto Monaſterio &c. Supraſcripto Monaſterio S. Zacharie, ubi jacere debeo, pro anima Patris & Matris mee, & mea ac Parentum meorum dimitto omnes vineas & ſalinas terras & aquas cultas & diſcultas, & totum Alodium quantumcumque habeo in Clugia, & in finibus Clugie &c.

Hoc teſtamentum confirmatum fuit a Lucio III. Rom. Pont. Epiſtolis datis Abbatiſſe & Monialibus S. Zacharie.

LUcius Epiſc. Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Cayſote Abbatiſſe S. Zacharie de Venetiis, & Sororibus ejusdem Monaſterii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex tenore inſtrumenti publici Nobis innotuit, quod cum bone memorie Comes Leonardus conderet teſtamentum te filia Abbatiſſa fideicommiſſariam inſtituit de fide tua & religione confiſus. Tuo vero Monaſterio pro remedio anime ſue, & progenitorum ſuorum omnes vineas, ſalinas, terras, aquas, cultas, & incultas, & totum Alodium quantumcunque

naboi de loco Monte Silice donator & offertor illius Monaſterii pro anime mee meorumque parentum remedio, & quia perpetuam filiam noſtram ibi, & cum illo religioſo cetu, & ſanctiſſimo loco ad Dei ſervitium, & omnium Sanctorum permanere, & ad obedientiam jamdicte Abbatiſſe omnibus diebus vite ſue decrevimus, ideoque do, dono & offero hii ſunt ſeptem pecie de terra aratoria, & in partim cum prodda (3) & ſimiliter vineam unam dapoſo corti juſta cavidonem, & de alio latere vialardus, habet de primo capite via, & pecia unam de terra cum olivis, que eſſe videtur ad montem vignaliſigum, ubi dicitur balcone non longe a caſaria, cui coeret, ei ex ejus lateribus, & capite Epiſcopellus, & ex alio latere in commune firmante, & ex alio capite paulellus poſſidente, prima vero pecia de terra aratoria, que jacet dal ſolco & partim cum proa juxta eam, coheret ei ex uno latere ipſa proa, & ex altero Winicellus, ab uno capite jura S. Juſtine. Secunda vero pecia, que eſt campum unum jacet in vanzoleulo juxta viam, & de alio latere terra q. Bertaldi, adeſt ab uno capite Gerardus de Preſtefano, habet ab alio idem Bertaldus. Tertia namque pecia inſtafolo juſta Sanctum Petrum, & de alio latere S. Juſtina poſſidente, ab uno capite Petrus de Maſſello, ab alio jura S. Juſtine Paduan. adeſt, quarta eſt in corolo campum primum & dimidium juxta broilum, & ex altero latere pelegrinus cazo, habent ab uno capite S. Stephanus cararie (4) poſſidente ab alio Hoſpitalis S. Jacobi Montis Silicis. Quinta vero pecia idem media dies videtur jacere il Salbora juxta jamdictum broilum, & de alio latere S. Juſtina habet ad uno capite ledo, ab alio ſimiliter S. Juſtina. Sexta in Savonara, que eſt medium campum, & de alio latere broilo poſſident, & de alio heredes Johanni de Bonifacio, ab uno capite Odelricus faber, ex alio via publica percurrente. Septima da poſo maraldo, que eſt dies una coheret ei ex primo latere, & uno capite donna ema, ex alio latere vandus, & ex alio capite Blaſius, & Albertus Delp. ſibique alii ſunt coherentes. Has autem vero jamdictas ſeptem pecias de terra aratoria, & partim in proa, & in ſeptem locis poſitas & jamdictam vineam & peciam de olivis juris mei ſuperius dictas una cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus & ingreſſibus earum in ſupraſcripta Eccleſia & Monaſterio Ego ſupraſcriptus Menaboi offertor pro anime mee meorumque parentum remedio & pro benedictione jamdicte filie mee perpetue, que ibi ad Dei ſervitium diffinire vitam ſuam diſpoſuit, do dono & offero, & per preſentem cartulam donationis & offertionis in eamdem Eccleſiam, & Monaſterium confirmo ad habendum jamdicta Abbatiſſa cum jamdictis ſuis ſororibus, que nunc ibi ordinate ſunt, vel que pro tempore aliquo ad Dei ſervitium ordinate vel ordinati fuerint, & faciendum tempore & ipſi & ſuccetrices & ſucceſſores earum, eorumque jure proprietario ad humilitatem & ſamptum earum, & eorum, & ad ſervicium Eccleſie & Monaſterii quicquid voluerit ſine omni mea & heredum meorum contradictione, & ex mea pleniſſima largitate.

Actum in Monte Silice feliciter in domo propria jamdicte Abbatiſſe, ubi jamdictus Menaboi de jam dicta terra & vinea & olivis jamdictam Abbatiſſam vice Monaſterii, & ad illius proprietatem, ut ſupra legitur, inveſtivit, & poſſeſſionis dande miſſum dedit, & jamdictam ſuam filiam perpetuam in manu ſua obtulit. Ubi fuit Epiſcopellus, qui fuit Winicellus, Oliverius, Bertaldi-

(3) *Proda* & *proa* idem ſunt ac *proventus*, *redditus*. Vide Murator. Antiquitatum Eſtenſ. p. I. pag. 368. ubi documentum affert anni 1196. in quo hæc leguntur: " In verago & in fundo, & proda Ville Marzane, & in Gaugnano, & ejus Proda, quod totum eſt tertia pars dicti fundi ". Tamen hic ſumitur pro re materiali, & ſtabili ſequitur enim noſtrum hoc documentum: *cobæret ei ex uno latere ipſa proa*.

(4) Abbatia S. Stephani de Carraria inter Patavium & Montem Silicem poſita.

dinus, Zaninus, Artuſius teſtes ſed Winicellus datus fuit ad dandam poſſeſſionem.

Ego Batalla Not. Sac. Palatii interfui juſſu parcium hoc ſcripſi.

Equidem ſpondeo atque repromitto una cum meis heredibus ſupraſcripto Monaſterio, ejusque ſucceſſoribus ſupraſcriptam meam offertionem, ſicut ſupra legitur ab omni homine defenſare & warentare, quod ſi non potuerimus ſimilem . . . . . . in conſimili loco debeamus preſtare & reſtaurare, & hoc actum in Monte Silice in camera domus jamdicte Abbatiſſe feliciter ubi ſimiliter interfuit jamdicti Epiſcopellus & Winicellus teſtes.

Ego Batalla Notarius ſacri Palacii interfui & rogatus hoc ſcripſi.

Leonardus Michael Comes Abſerenſis Monaſterio S. Zachariæ legat vineas ſuas poſitas in Clugia, quod teſtamentum confirmatum fuit diplomate Lucii Papæ III.

O 1184. Auguſti. Teſtam. rogatum.
1185. 5. Septembris Confirmatum.

Ex Archivo Monaſterii S. Zachariæ.

IN Nomine D. N. J. C. Anno D. milleſimo centeſimo octuageſimo quarto menſe Auguſti Indictione ſecunda Rivoalto. Solicite debet unusquisque vivere & terminum ſue vite ſemper ante oculos habere, quia ignorantia venturi exitus incerta eſt, ut dum aliquis ſperat vivere, tollitur, unde feſtinet unusquisque, ne in iniquitatibus ſuis rapiatur, ſimulque vita ſua cum culpa finiatur. Quapropter ego quidem Leonardus Michael Abſerenſis Comes de confinio S. Juliani, dum a gravi infirmitate detentus eſſem, ſanam habens mentem, integrumque conſilium cepi cogitare de die mortis mee, ne repentinus caſus hujus fragilis vite me ſubriperet, & mea omnia ſic inordinata remanerent. Hec me Divina Miſericordia pertractante convocato ad me Dominico Arduino Presb. & Eccleſie S. Jo: Evangeliſte Plebano, & Notario hoc meum ſcribere rogavi Teſtamentum, in quo meam fidei commiſſariam eſſe conſtitui D. Cayſotam Abbatiſſam Monaſterii S. Zacharie pro predicto Monaſterio, & omnes ejus ſucceſſores, que per tempora erunt in predicto Monaſterio &c. Supraſcripto Monaſterio S. Zacharie, ubi jacere debeo, pro anima Patris & Matris mee, & mea ac Parentum meorum dimitto omnes vineas & ſalinas terras & aquas cultas & diſcultas, & totum Alodium quantumcumque habeo in Clugia, & in finibus Clugie &c.

Hoc teſtamentum confirmatum fuit a Lucio III. Rom. Pont. Epiſtolis datis Abbatiſſe & Monialibus S. Zacharie.

LUcius Epiſc. Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Cayſote Abbatiſſe S. Zacharie de Venetiis, & Sororibus ejusdem Monaſterii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex tenore inſtrumenti publici Nobis innotuit, quod cum bone memorie Comes Leonardus conderet teſtamentum te filia Abbatiſſa fideicommiſſariam inſtituit de fide tua & religione confiſus. Tuo vero Monaſterio pro remedio anime ſue, & progenitorum ſuorum omnes vineas, ſalinas, terras, aquas, cultas, & incultas, & totum Alodium quantumcunque

que habebat in Clugia & finibus ejus, & omnia, tam mobilia, quam immobilia, ordinata ſive inordinata omniaque jura, & actiones, que illi competebant, vel competere poterant adverſus aliquem, illis exceptis, que certis perſonis nominatim legaverat, in ultima voluntate relinquit. Unde quoniam nichil eſt, quod amplius hominibus debeatur, quam ut ſupreme voluntatis, ſi rationabilis fuerit liber ſit ſtylus diſpoſitionem prefati Comitis ratam habentes, & omnia que Monaſterio veſtro rationabiliter in ſuo contulit teſtamento vobis & eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Verone Nonis Septembris.

Gotifredus Epiſcopus Torcellanus, & Capitulum S. Marie de Muriano concedunt partem littoris S. Eraſmi Monaſterio S. Zacharie.

P 1256. 6. Maii.

Ex Archivo Eccleſie Matricis Murianenſis.

IN Nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione D. N. J. C. milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto menſe Madii die ſexta intrante Indictione quartadecima Rivoalto. Manifeſtum facimus Nos Fr. Gotifredus Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopus Torcellanus nomine Plebanat. S. Marie de Muriano, & Donatus Pantaleo Presbyter nomine Plebanatus ex ſuo nomine S. Marie predicte Martinus Triviſanus Presbyter S. Marie, Stephanus Magnus Presbyter S. Marie, Dominicus Alberto Presb. S. Marie de Muriano prefacte Eccleſie perpetualiter una cum noſtris ſucceſſoribus conſignamus, concedimus, atque damus in preſens de novo modo quo juberi poſſumus, & dari poteſt vobis D. Angeleta Abbatiſſa Conventus Monaſterii S. Zacharie Caſtellane Dieceſis, & veſtris omnibus ſucceſſoribus in perpetuum partem videlicet unjus littoris ſupraſcripte Eccleſie S. Marie de Muriano poſitam in portuvetus in littore S. Heraſmi, que conceſſio alias facta fuit per predeceſſores noſtros Angelo Auprio de conſinio S. Sophie in milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto Indictione tertiadecima die decimo intrante menſe Septembris, ut plene conſtat nobis per publicum inſtrumentum ſtipulatum tunc manu Presbyteri Philippi de Apermino Notarii per nos viſum & lectum, & ipſe Angelus Auprio in vita ſua habuit, tenuit, & poſſedit dicta conceſſio ſibi facta in Littore S. Heraſmi. Et ideo dicta terra ſive conceſſio, & poſſeſſio, que fuit dicto Angelo Auprio poſita in Littore S. Heraſmi, que nunc habetis, tenetis, & poſſidetis ipſa in perpetuum vobis conſignamus concedimus, atque damus, ſecundum quod firmat unum ſuum caput partim in terra que tenet Mapheus de Feraguido, & partim in Vinea quondam Dominici Auprio. Aliud ſuum caput firmat in Amaleto, unum ſuum latus firmat in Pellago, aliud ſuum latus firmat in Palude. Et prius conſignamus concedimus atque damus, cum noſtris ſucceſſoribus vobis D. Angelete Abbatiſſe Conventus & Monaſterii S. Zacharie Caſtellane Dieceſis & veſtris ſucceſſoribus in perpetuum unam aliam petiam ter-

terre habitam tenutam & poſſeſſam per nos & per veſtrum Monaſterium in predicto Littore S. Herasmi ſupradicti, quod firmat unum ſuum caput verſus tramontanam, aliud ſuum caput firmat verſus Auſtrum. Unum ſuum latus firmat verſus Pellagum, aliud ſuum latus firmat in palude, & unum ſuum latus firmat in terra dali Molini apud Lagum, que Lacus veſter eſt, & vobis pertinet, quantum eſt terra veſtra. Que terra ſupradicta poteſt eſſe circa quindecim campos vinee, & terra laborata eſſe circa quindecim campos. Habet dicta terra veſtra paſculi verſus mare. De terra vero paludibus, & barenis habet. Promittimus atque concedimus vobis in perpetuum aquirendum pro veſtris neceſſitatibus, uſu, & neceſſariis antedictis, & faciendis argeribus omnibus terre ſupraſcripte. Ac etiam viam per terram, & per aquam, & per comenzarias, & per paludes more ſolito veniendi Venetias redeundi, & alibi ubicunque vobis placet. De quo ſupradicto & predeſignato littore, & terris ſupradictis habetis, tenetis, & poſſeſſionem alias per noſtros Anteceſſores vobis datas & conſignatas, ac etiam nichilominus iterum confirmamus vobis, & damus pleniſſimam poteſtatem integram petendi, habendi, tenendi, vendendi, dandi, donandi, vel quidquid inde vobis & Capitulo & Conventui veſtro placuerit perpetuo faciendum nullo homine vel perſona vobis contradicente, ſalvo jure ſupradicte Eccleſie, ut infra legitur. Nos autem ab omnibus hominibus ſupradictum & predeſignatum litus & terris ſuperius notatis vobis defendere debemus, ut ſuperius legitur. Verum annuatim pro dicta conceſſione & conſignatione & datio vobis facta de toto vino puro, & de omnibus blavis, & beſtiis, que exinde fuerint, debeatis per vos vel per veſtrum miſſum dare & deliberare nobis vel ſupradicte Eccleſie, aut noſtro miſſo in prefato Murano in menſe Septembris decimam partem remota omni occaſione, & ſi ipſum lacus vel poſſeſſio vendere vel alienare alioui volueritis pro tanto quanto, ab aliquo exinde poteritis habere pro tanto precio ſupradicte Eccleſie vendere, & dare debeatis, & pro centum ſolidos minus, & ſi nichil erimus emere vel ſupradicta Eccleſia tunc liceat vobis cuicunque volueritis vendere, nemine vobis contradicente, ſalvo jure exinde ſupradicte Eccleſie. Verum vendemia ſupraſcripti littoris non debetis facere ſine nobis vel nuntiis noſtris, & ſupraſcriptum & predeſignatum littus & terras, quas in eo littore ſunt; que habetis ab Eccleſia S. Marie de Muriano, alias vobis per anteceſſores noſtros conceſſa & data, & iterum per nos vobis & veſtro loco S. Zacharie confirmata & data nunquam vel pro majori vel minori datio ſive decima tollere declaramus. Si igitur ullo unquam tempore contra hanc conceſſionem & conſignationem exigere temptaverimus, tunc emendare debeamus, cum noſtris ſucceſſoribus auri libras quinque & hec conceſſionis & conſignationis carta in ſua permaneat firmitate. Signum ſupraſcriptorum Dominici Alberti Procuratoris S. Marie, & S. Donati. Pantaleo Presb. nomine Plebanatus S. Marie de Muriano qui hec rogaverunt fieri.

✠ Ego Fr. Gottifredus Dei gratia Epiſcopus Torcell. m. m. ſs.
✠ Ego Donatus Pantaleo Presb. nomine Plebanatus Eccleſie S. Marie de Muriano m. m. ſs.
✠ Ego Marinus Terviſanus Presb. S. Marie de Muriano m. m. ſs.

Ego Petrus Ferrus Presb. S. Baſſi & Not. complevi & roboravi.

Urba-

Urbanus IV. committit Epiſcopo Patavino ejusque Collegis, ut dirimant litem inter Moniales S. Zachariæ ex una, & Vicarium Epiſcopi Veronenſis ex altera parte.

Q 1263. 1. Februarii.

Ex Archivo S. Zachariæ Venetiarum.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo, & dilectis filiis .... Abbati S. Juſtine & Archipresbytero Paduanis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſte ſunt nobis dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Zacharie de Venetiis Ordinis S. Benedicti, quod Vicarius dilecti filii Veronenſis electi (1) eas indebitis exactionibus aggravans ſuper terris, poſſeſſionibus, & rebus aliis injuriatur eisdem. Ideoque diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, omnimoda ſimili appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Et ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu Frater Epiſcope, cum eorum altero nichilominus exequaris.

Datum apud Urbem veterem Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

(1) Manfredus hujus nominis II. Regio Lepidi ex nobili Familia de Robertis progenitus, qui hoc anno captivus degebat apud Manfredum Principem Tarentinum, ſuamque deinde libertatem recepit, ſub Clemente IV. qui Apoſtolicæ Sedi præfectus fuit anno 1265. Ex hoc agnoſcimus, cur vocetur *dilectus filius*, & non Frater, quia electus tantummodo erat Epiſcopus Veronenſis, non vero conſecratus.

Gregorius X. Priori Prædicatorum, Archidiacono, & Archipresbytero Caſtellanis mandat, ut controverſiam Fratrum Laycorum S. Zachariæ adverſus Moniales, lata ſententia, dirimant.

R 1273. 4. Septembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Zachariæ.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Priori Predicatorum, Archidiacono, ac Archipresbytero Eccleſie Caſtellane Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Inſinuarunt nobis dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Zacharie de Venetiis, quod cum Maranus & Barbamagolus loci ejusdem Fr. Laici Caſtellane Dioceſis ipſas ſuper quadam pecunie ſumma coram Vener. Fr. noſtro Clugienſi Epiſcopo (1) Auctoritate

(1) Anno 1275. legitur in Ital. Sac. Felix Epiſcopus Clugienſis, quis autem eam Eccleſiam rexerit ab anno 1236. usque ad ann. 1275. ignoratur.

tate Apoſtolica communiter traxiſſent in cauſam dicte Abbatiſſe & Conventus in prefixo ſibi termino peremptorio coram eodem Epiſcopo comparere non curarunt, & quantum debuerunt expectarunt predictis fratribus in eodem termino nemine comparente. Cumque poſtmodum dicti Fratres Abbatiſſam & Conventum eaſdem coram predicto Epiſcopo ſuper hoc iterato citari feciſſent, ex parte Dominarum Abbatiſſe & Conventus fuit excipiendo propoſitum coram eo, quod cum predicti Fratres ipſas ſuper predictam ſummam pecunie coram predicto Epiſcopo peremptorie citari feciſſent, & dictis Abbatiſſa, & Conventu per Procuratorem legitimum in prefixo ſibi termino comparentibus & quantum de jure fuit expectantibus dum Fratres venire in ipſo termino non curaſſent, dicte Abbatiſſa & Conventus eis, niſi prius reſtitutis expenſis, quas prioris citationis pretextu ſubjerant, reſpondere minime tenebantur. Et quia predictus Epiſcopus eaſdem Abbatiſſam, & Conventus ad reſpondendum predictis fratribus ſuper hoc abſque hujuſmodi expenſarum refuſione contra juſtitiam compellebat, ipſe ſentientes ex hoc indebite ſe gravari ad noſtram audientiam appellarunt. Quo circa diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione remota decernatis, facientes quod decreveritis per Cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari; teſtes autem qui fuerint nominati; ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſura ſimili, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere; quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Non obſtante aliqua Indulgentia tibi filii Prior, aut ordini tuo ab Apoſtolica Sede conceſſa, quod tu vel illius perſone non teneamini vos intromittere de negotiis, que vobis a Sede committuntur eadem.

Datum Lugduni (2) 2. Non. Septembris Pont. Noſtri An. III.

(2) Gregorius X. anno 1273. preerat Conſilio Lugdunenſi.

Fr. Ugolinus Epiſcopus Yſchyrenſis concedit indulgentiam viſitantibus in diebus Mercurii Altare S. Marci a Marco Sanuto erectum in Eccleſia S. Zachariæ.

S 1317. 30. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo S. Zachariæ.

FRater Ugolinus Dei gratia Yſchyrenſis (1) Epiſcopus Univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus ad quos preſentes littere pervenerint ſalutem in Domino fructuoſam. Si juxta ſententiam ſapientis inter tempus ſeminandi diſcernimus, & metendi, ſeminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu colligere valeamus in Celis. Quodque qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus metet & vitam eternam. Cupientes itaque ut devotio Nobilis Viri Marci Sanudo de Venetiis, qui Altare ad honorem Beati Marci Evangeliſte in Eccleſia S. Zacharie devote conſtruxit in ipſius Sancti honore de bono in melius augeatur, omnibus quod dictum Altare ſingulis

(1) Ptolomeus lib. IV. cap. 6. ponit Yscheram Civitatem Libiæ interioris.

gulis diebus Mercurii viſitare contigerit ſingulisque feſtivitatibus ipſius S. Marci, & devote miſſam ad idem Altare predictis diebus audierint vere penitentibus atque confeſſis de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beate Marie Virginis, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beati Marci Evangeliſte authoritate confiſi quadranginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium & fidem perpetuam preſentes litteras fecimus fieri, & ſigilli noſtri pendentis munimine corrobari.

Datum Venetiis in Monaſterio Sanctorum Martyrum Johannis, & Pauli MCCCXVII. die ultima Auguſti Indictione XV.

Guido Epiſcopus Concordienſis & Benincontrus Abbas S. Georgii Viſitatores Apoſtolici quædam ſtatuta decernunt pro reformatione Monaſterii S. Zachariæ Venetiarum.

T 1372. 10. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Zachariæ.

GUido Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Concordienſis, (1) & Benincontrus eadem gratia Abbas Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis (2) Caſtellane Diocesis Viſitatores, Inquiſitores & punitores Cathedralium, Collegiatarum, aliarumque Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, hoſpitalium, aliorumque piorum locorum ſecularium & regularium utriusque ſexus, exemptorum & non exemptorum, Sanctorum Benedicti, & Auguſtini ordinum, ipſorum prelatorum & perſonarum, Civitatum Dioceſum, & provinciarum Aquilegienſis & Gradenſis una cum infraſcripto collega noſtro, & etiam inſolidum a Sede Apoſtolica ſpetialiter deputati honeſtis, & religioſis Dominabus. Urſe Magno Abbatiſſe, nec non Monialibus, Capitulo & Conventui Monaſterii S. Zacharie de Venetiis Caſtellane Dioceſis. Salutem in Domino & mandatis noſtris, ymo verius Apoſtolicis, firmiter obedire. Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Gregorii divina providentia Pp. XI. ejus verà bulla plumbea more Romane Curie munitas, non cancellatas, non vitiatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes. Nos cum reverentia, qua decuit recepiſſe noveritis, ſub hac forma. Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri Guidoni Epiſcopo Concordienſi & dilectis filiis Benincontro Abbati Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis, & Octobono de Ceneta Decano Eccleſie S. Marie de Civitate Auſtria Caſtellane & Aquilejenſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum paſtorali ſolertia intendentes circa eorum viſitationem & reformationem, cum illa deformata ſentimus partes Apoſtolice ſolitudinis adhibemus. Sane ad noſtrum fide digna relatione pervenit auditum quod nonnulle Cathedrales & Collegiate, alieque Eccleſie, ac Monaſteria hoſpitalia, alia quoque pia loca ſecularia & re-

(1) Guido ex Ordine Camaldulenſi Epiſcopus Concordienſis. De eo in Ital. Sac. Tom. V. in Concordienſibus.

(2) Benincontrius Abbas, de quo ad Monaſteria S. Georgii Majoris, & S. Cypriani Torcellani.

& regularia utriusque ſexus, exempta, & non exempta, ordinum diverſorum, Civitatum, Dioceſum & provinciarum Aquilejen. & Graden. in ſpiritualibus & temporalibus deformata ſunt multipliciter, & colapſa, & nonnulli eorum prelati & perſone, tam de negligentia executionis ſuorum officiorum, quam de aliis exceſſibus ſunt notati, & merito corrigendi, que abſque debiti remedii appoſitione non debemus ſub diſimulatione tranſire. Nos igitur de premiſſis merito dolentes, & ad ipſarum Eccleſiarum & Monaſteriorum, hoſpitalium & locorum reformationem, & eorumdem prelatorum, & perſonarum correctionem, paternis & ſolicitis ſtudiis per miniſterium perſonarum prudentium, habentium Deum pre oculis, intendere cupientes, vobis & cuilibet veſtrum inſolidum, de quorum diſcretione, probitate, & ſolicitudine gerimus in Domino fiduciam ſpecialem per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus duo vel unus veſtrum ad hujusmodi Cathedrales Eccleſias, & Collegiatas, & alias, nec non Monaſteria hoſpitalia, ac loca exempta & non exempta, tam virorum quam mulierum, Sanctorum Benedicti & Auguſtini ordinum, de quibus vobis videbitur, accedentes, & ad ſolum Deum ac ſalutem animarum, & commoda hujusmodi Eccleſiarum Monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum habentes reſpectum, per duos vel unum veſtrum, vel alium ſeu alios auctoritate noſtra viſitetis ibidem & inquiratis, tam in capitibus, quam in membris ſuper premiſſis & aliis, que viſitationis & inquiſitionis officio videritis indigere, & que per viſitationem & inquiſitionem hujusmodi reformanda corrigenda, & emendanda inveneritis auctoritate predicta reformetis corrigatis & emendetis, & quos puniendos videritis, puniatis, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam eadem auctoritate appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus quibuscunque exemptionib. & aliis privilegiis & litteris Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiarum Monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum predictorum contrariis, etiam ſi de ipſis eorumque tenoribus de verbo ad verbum, ac locorum & ordinum nominibus eſſet in preſentibus mentio facienda, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſunt, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod ſuper dubiis, & gravioribus caſibus, ſi qua occurrerint dilecto filio noſtro Franciſco titulo S. Sabine Presbytero Cardinali, qui ea nobis referret, intimare curetis ſuper ea noſtre opportune proviſionis remedia, dante Domino recepturi. Datum Avinione xv. Kal. Januarii. Pontificatus noſtri anno primo. Poſt quarum litterarum receptionem, Nos divinis preceptis & Apoſtolicis monitis incitati; Nuper ad vos & Monaſterium veſtrum predictum causa viſitationis, reformationis, & correctionis predicte nobis injuncte perſonaliter accedentes, & ibidem viſitationis officium cum debita diligentia impendentes, in viſitatione noſtra reperimus infraſcripta reprehenſioni obnoxia, que quidem nobis viſa ſunt reformanda & corrigenda a vobis emendari & emendata obſervari precipimus auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, in virtute ſancte obedientie, & ſub penis infraſcriptis in preſentium continentiam litterarum. Et primo quia in divino officio reperimus ... volumus, & precipimus inviolabiliter ..... divinum officium diurnum pariter & nocturnum in Eccleſia pulſetur horis debitis & dicatur conventualiter non ... ſed cum nota devote & moroſe pſalmodia punctando, & officium B. Marie Virginis (3) nullatenus obmittendo. Et que in aliquo predictorum contrafecerit a vino abſtineat illa die, que ſi correcta non ſe emendaverit, di-

(3) Patet antiquus uſus recitandi Officium B. M. V. in Ordine S. Benedicti.

ſcipline ſubjciatur . . . ad ipſum quoque officium ſolic. . . . . . omn. . . . & que ceſſante infirmitate vel alia juſta cauſa preſens non fuerit pro qualibet hora per Abbatiſſam ſecundum regulam Beati Benedicti pura . . . . m ut . . . . gi volumus . . . . ante med. . . . ipſarum cujuslibet . . . . perſeveraverit durante tem ipſe . . . abſque juxta & rationabili cauſa exeat . . . in ipſo choro ſingulariter ſed cum aliis conventualiter officium dicat , aut . . . vel alia perſona extranea ſiquidem & plerumque vana prophana & honeſta intermiſceat colloquia, ſub pena cuilibet, ad arbitrium dicte Abbatiſſe quotiens contrafecerit imponenda . Item officio finito ſtatim omnes moniales intrent . . . & claudantur janue ipſius Monaſterii & quando predicatur . . . fiat predicatione completa, ſub pena XL. ſolidos parvorum per Abbatiſſam quotiens contrafactum fuerit Collectioni Camere Apoſtolice nomine ipſius Camere perſolvenda . (4) Item cum ſilentium ſit cultum juſtitie & pacis, ac bonorum omnium documentum . . . us, quod illud ſolito melius & diligentius ſecundum regulam obſervetur in locis debitis & horis conſuetis. Quecunque autem ſcienter contrafecerit, ſe in capitulo recognoſcat, & ibidem recipiat diſciplinam, que ſi reprehenſa ſe non emendaverit . . . usque ad ſatisfactionem condignam. Item ſtatim poſt complectorium omnes Moniales non infirme intrent dormitorium, quod Abbatiſſa per ſe vel aliam claudat & claves conſervet . Nec permittat ullam ſecularem perſonam in illo dormire , ſicut alias . . . inde factum eſt, in quo quociens Abbatiſſa negligens fuerit, collectioni predicto nomine quo ſupra XL. ſolidos parvorum perſolvat . Item quia veſtis ſacre Virginis debet eſſe teſtis intime caſtitatis, & quelibet perſona talis eſſe preſumitur, qualis . . deprehenditur, ſtatuimus , quod veſtis ſuperior cujuslibet monialis ipſarum habitu proxima ſit ſolito magis honeſta, & minus ſcalvata ſit etiam rotunda per circuitum, & non ſiſſa, nec longitudine nimia aut brevitate notanda , largas etiam, adhibeat manicas usque ad pugnum pretenſas, non conſuticias quomodolibet vel botonatas , ſed omnino clauſas; quelibet etiam monialis portet ligaturam capitis magis honeſtam , & vellum ſuperius nigrum magis latum & amplum, ita quod ejus carne bene vellata omnis ceſſet ſiniſtra ſuſpicio, & delinquendi occaſio. Item quia nonnumquam infra ſepta veſtri Monaſterii perſonas ſuſpectas admittitis in illius, cui veſtram integritatem ſpontanea voluntate devoviſtis, gravem offenſam, religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum , Abbatiſſe in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunicationis pena diſtricte precipimus & mandamus, quatenus, niſi forte rationabilis, & maniſeſta cauſa exiſtat, & de illius, ad quem pertinuerit, licentia ſpeciali aliquem virum de cetero infra predicta ſepta intrare conſentiat vel permittat , faciat etiam foramina, que ſunt in muro poſteriore ſupra canalle conſtructo, claudi, & clauſa retineri , & alia amplius non fieri ut ſic a publicis & mundanis conſpectibus, & colloquiis abſtracte Deo liberius ſervire , & eidem corda veſtra in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire valeatis . Ut autem preſens noſtra reformatio non careat effectu , ſed perpetuo conſervata melius memorie comendetur , & nullo pretextu ignorantie ſe valeat . . Volumus & mandamus quatenus Abbatiſſa, ſub excommunicationis pena procuret ipſam reformationem infra duos menſes proxime futuros tranſcribi, & in volumine regule Monaſterii religari . Mandantes inſuper , quod ſecundum laudabilem Monaſterii conſuetudinem . . die poſt primam celebretur capitulum, in quo juxta cauſa ceſſante conveniant omnes Moniales, & tunc ibidem ſtatim poſt lecturam regule, ad mandatum ipſius Abbatiſſe unum capitulum ipſius reformationis clare & diſtincte legatur, que quidem omnia & ſingula ſupraſcripta per vos, ſub penis con-

(4) Temporalem multam Abbatiſſæ graviorem fore putarunt D. legati Viſitatores.

contentis in ſingulis capitulis precipimus & mandamus, auctoritate Apoſt. inviolabiliter & inconcuſe ſervari. Et ea per ... Epiſcopum Caſtellanum, qui pro tempore fuerit, indilate, poſtquam ſibi inotuerit, effectualiter executioni mandari. In quorum omnium teſtimonium preſentes litteras preſentem noſtram reformationem continentes, quas regiſtrari, apud acta dicte viſitationis fecimus ad cautellam, noſtrorum ſigillorum juſſimus appenſione muniri.

Datum in Monaſterio S. Georgii Majoris de Venetiis Caſtellane Dioceſis Anno a Nativitate Domini milleſimo treceteſimo ſeptuageſimo ſecundo Indictione decima, die decima menſis Julii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri D. Gregorii divina providentia Pp. X. anno ſecundo.

Caliſtus III. concedit Indulgentias & Privilegia erogantibus eleemoſinas ad ædificationem Eccleſiæ S. Zachariæ.

V 1456. 11. Junii.

Ex Autographo in Archivo S. Zachariæ.

CAliſtus Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fr. Mapheo Patriarche Venetiar. ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Eterne beatitudinis amatrices, que habitu ſacre Religionis aſumpto, uni Viro Chriſto videlicet, ſe voto celeri deſponſarunt, paterna benevolentia proſequentes, illam libenter eis & eorum Monaſteriis concedimus per que ipſarum quieti conſulitur, ac immunitatibus, nec non Eccleſiarum altiſſimo famulantium reparationibus providetur. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Marine Abbatiſſe & Conventus Monaſterii Monialium S. Zaccharie Ord. S. Benedicti exhibita nuper nobis petitio continebat, quod licet inter alias Eccleſias Civitatis Venetiarum Eccleſia dicti Monaſterii antiquiſſima exiſtat inibique multorum, & preſertim Zacharie, Gregorii Nazianzeni, & Theodori corpora Sanctorum honorifice, & Venerabiliter recondita ſint, & ad illam magnus populi concurſus habeatur, nichilominus Eccleſia ipſa in ſuis edificiis & ſtructuris ruinoſa exiſtit, & in illis non modica reparatione indigere dignoſcitur, & ad illam reparandam ipſius Monaſterii, in quo 70. moniales, vel circa numero exiſtunt, proprie non ſupetunt facultates, & ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui pro fabrica, & reparatione Eccleſie dicti Monaſterii ſecundum eorum facultates & conditiones manus porigerent adjutrices usque ad ſummam 2000. ducatorum per nos facultas concedatur eligendi Confeſſorem ſecularem, vel cujuscamque Ord. Regularem, qui eos & eorum quemlibet ab omnibus eorum peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis, excommunicationisq. & aliis ſententiis, cenſuris Eccleſiaſticis, & penis etiam in caſibus Sedi Apoſtolice reſervatis ſemel dumtaxat de preteritis & in vita in foro conſcientie abſolvere, & pro modo culpe penitentiam ſalutarem injungere, & in mortis articulo plenariam remiſſionem ipſis impendere, nec non vota per eos emiſſa, preterquam ultra marina, ac Beatorum Petri & Pauli, necnon S. Jacobi Majoris in compoſtella Apoſtolorum, in fabricam predictam commutare, ac bona quecumque incerta, & male ablata in fabricam & reparationem predictam, & non in alios uſus convertere valeret, donec, & quousque ad 2000. ducatorum hujusmodi deventum foret, & tunc Eccleſia dicti Monaſterii in ſuis edificiis & ſtructuris, quam totius reparari poſſit, quare pro parte

Ab-

Abbatiſſe & Conventus predictorum nobis fuit humiliter ſuplicatum, ut fidelibus contributoribus hujuſmodi facultatem eligendi Confeſſorem, ut prefertur, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur: nos igitur, qui cunctas orbis Eccleſias noſtris potiſſime temporibus ex intimis cupimus reformari, & in edificiis ſuis reparari, fraternitati tue omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui pro fabrica Eccleſie dicti Monaſterii ſecundum eorum fucultatem, & conditiones manus porrexerint adjutrices, uſque ad ſummam duorum millium ducatorum licentiam concedendi eligendi confeſſorem ſecularem, vel cujuſcumque Ord. Regularem, qui eos & eorum quemlibet ab omnibus eorum peccatis exceſſibus criminibus & delictis excommunicationiſque & aliis ſententiis cenſuris Eccleſiaſticis, etiam in caſibus dicte Sedis reſervatis ſemel dumtaxat de preteritis in vita ſatisfacere tantam prius hiis quibus fuerit ſatisfactio imponenda abſolvere, & pro modo culpe penitentiam ſalutarem ac alia, que de jure fuerint injungenda, injungere, & in mortis articulo plenariam remiſſionem commiſſorum, ipſis impendere, nec non vota per eos emiſſa, preterquam ultramarina & BB. Petri, & Pauli, nec non S. Jacobi de Compoſtella Apoſtolorum in fabricam hujuſmodi convertere, nec non bona quecumque incerta & male ablata, in fabricam, & reparationem predictam, ut prefertur, donec & quouſque ad dictam ſummam 2000. Ducatorum deventum fuerit, convertere poſſit plenam & liberam auctoritate Apoſtolica tenore preſentium concedimus facultatem.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarn. Dominice 1456. III. Id. Junii. Pont. Noſtri Ann. II.

Pius II. Indulgentias a Caliſto III. Monaſterio S. Zachariæ conceſſas confirmat.

1458. 28. Novembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſt. S. Zachariæ.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri Mapheo Patriarche Venetiarum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Injunctum nobis deſuper apoſtolice ſervitutis offitium nos excitat, & inducit, ut religioſis perſonis & eorum locis, de alicujus ſubventionis auxilio quantum cum Domino poſſumus, ſalubriter provideamus. Dudum ſiquidem felicis record. Caliſto Pp. III. Predeceſſori noſtro pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Marine Abbatiſſe, & Conventus Monaſterii Monialium S. Zaccharie Venet. Ord. S. Benedicti expoſito, quod licet inter alias Eccleſias Civitatis Venet. Eccleſia dicti Monaſterii antiquiſſima exiſteret, inibique multorum & preſertim Zacharie, Gregorii Nazianzeni, & Theodori corpora SS. honorifice, & venerabiliter recondita forent, & ad illam magnus Populi concurſus haberetur, nihilominus Eccleſia ipſa in ſuis edificiis & ſtructuris ruinoſa exiſtebat, & in illis non modica reparatione indigere dignoſcebatur, & ad illam reparandam ipſius Monaſterii, in quo 70. Moniales, vel circa numero exiſtebant, proprie non ſuppetebant facultates, prefatus Caliſtus predeceſſor ipſarum Abbatiſſe & Conventus in ea parte ſupplicationibus inclinatus, per alias ſuas literas fraternitati tue omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui pro fabrica dicti Monaſterii ſecundum eorum facultates & conditiones manus porrexerint adjutrices, uſque ad ſummam 2000 ducatorum licentiam concedendi eligendi confeſſorem Secularem, vel cujuſcumque Ord. Regularem, qui eos

& eo-

& eorum quemlibet ab omnibus eorum peccatis, exceſſibus criminibus & delictis excommunicationiſque & aliis ſententiis, cenſuris Eccleſiaſticis, etiam in caſibus dicte Sedi reſervatis ſemel dumtaxat de preteritis in vita, ſatisfacto tamen prius hiis, quibus ſuerit ſatisfactio impendenda, abſolvere, & pro modo culpe penitentiam ſalutarem ac alia, que de jure ſuerint injungenda injungere, & in mortis articulo plenariam remiſſionem ipſis impendere, nec non vota per eos commiſſa preterquam ultra marina & BB. Petri & Pauli, nec non S. Jacobi in Compoſtella Apoſtolorum & Religionis, in fabricam hujuſmodi convertere, nec non bona quecumque incerta, & male ablata in fabricam, & reparationem predictam, ut prefertur, donec & quouſque ad dictam ſummam 2000. Ducator. deventum fuerit, convertere poſſet plenam & liberam auctoritate Apoſtolica tenore preſentium conceſſit facultatem, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus petitio continebat certa ſumma ex hujusmodi indulgentiis cum commutatione votorum, & legatis incertis oblata, & recepta pro ipſius Eccleſie inſtauratione & reparatione non ſufficiat. Id circo pro parte dictarum Abbatiſſe & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ne opus ipſum remaneat imperfectum hujusmodi earum indulgentiis & tam laudabilis operis paterna providentia conſulere, aliaſque in premiſſis opportuna pariter de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati uſque ad aliam ſummam 2000. Ducatorum, in omnibus, & per omnia, ſicuti Caliſtus predeceſſor antedictus, concedentes ac illam ad omnes & ſingulos Chriſti fideles tam in Venetiis, quam extra, nec non in abuſus Monialibus dicti Monaſterii extendentes & ampliantes, fraternitati tue, ſive eligendo Confeſſori idoneo etiam in votis & peregrinationis S. Marie de porciuncula alias de Angelis Eeclesia Minorum Aſſiſi, & exemptis ſolum votis extra marinis, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli de urbe, & S. Jacobi predictorum diſpenſandi, ac illa labore & expenſis conſideratis in hujusmodi fabricam commutandi, plenam & liberam tenore preſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque contrariis quibuscumque preſentibus poſt quatuor annos minime valeturis.

Datum Rome apud S. Petrum ann. Incarn. Dominice. 1458. IV. Kal. Decemb. Pontif. Noſtri ann. 1.

Innocentius VIII. confirmat Diplomata preceſſorum ſuorum concedentium Indulgentias iis, qui ad ædificationem Fccleſiæ S. Zachariæ eleemoſynas erogaſſent.

1485. 15. Decembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſt. S. Zachariæ.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam Theſauri ſacratiſſime paſſionis Dominice, que in Eccleſiaſticis Sacramentis reconditur divine pietatis miſeratio pro ſuorum ſalute fidelium eterne vite premium erogari diſpoſuit meritis licet inſufficientibus Diſpenſatores effecti, tunc commiſſe diſpenſationis miniſterium digne creditur peragere. Cum ipſius Theſauri ſalubre comercium in opus reparationis & inſtaurationis Eccleſiarum monaſteriorum, & religioſorum locorum maxime, qui indigere noſcuntur cum animarum ſalute conſuetas, & hiis qui propterea a Romanis Pontificibus predeceſſoribus noſtris provide emanaſſe comperitur, ut firma perpetuo

petuo & illibata perſiſtant . Libenter cum a nobis petitum Apoſtolici muniminis adiiciatque firmitatem . Dudum ſiquidem felicis recurdationis Caliſtus Papa III. predeceſſor noſter Cupiens ut ſtructure & edificia Monaſterii Sancti Zacharie Prophete Venetiarum ordinis Sancti Benedicti, in cujus Eccleſia multa, venerabilium Sanctorum, & preſertim ejusdem Sancti Zacharie ac Gregorii Nazianzeni, Theodori confeſſoris, Nerei, Achillei, atque Pancratii Martiris, Sabine Virginis, ac Innocentium corpora requieſcebant . Que non parva reparatione & inſtauratione indigere noſcebantur, Debite repararentur & inſtaurarentur , ac Chriſti fideles eo libentius ad Eccleſiam ipſam devotionis eam confluerent, ac ad reparatorem & inſtauratorem predictas inducerentur . Quo ex hoc ſuarum ſalutem animarum ſe ſperarent uberius adepturos, omnes & ſingulas indulgentias, peccatorum remiſsiones, conceſſiones, facultates, privilegia, & indulta eidem Eccleſie per diverſos Romanos Pontifices predeceſſores ſuos conceſſos & conceſſa approbavit, ac perpetue firmitatis robur obtinere decrevit. Nec non omnibus, & ſingulis utriusque ſexus fidelibus. Qui ad reparationem, & inſtaurationem predictas manus porrigerent adjutrices, donec ſumma duorum millium florenorum auri de camera pro reparatione & inſtauratione predictis collecta foret, ut confeſſorem idoneum ſecularem vel cujusvis ordinis regularem. Qui eos, & eorum quelibet ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis Exceſsibus criminibus & delictis , ac excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliisque ſententiis cenſuris & penis Eccleſiaſticis in caſibus Sedi Apoſtolice reſervatis ſemel in vita , & ſemel in mortis articulo abſolvere plenariamque omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſsi forent, indulgentiam & remiſsionem ipſis impendere , Nec non vota quecumque per eos emiſſa , ultramarino ac viſitationis liminum Beatorum Petri & Pauli , ac S. Jacobi in compoſtella Apoſtolorum votis dumtaxat exceptis , in reparationem & inſtaurationem predictas commutare , ac bona quecumque incerta & male ablata , & ad pias cauſas legata , donec ſumma predicta collecta fuiſſet in reparationem , & inſtaurationem predictas convertere poſſet , conceſsit per quasdam primo; Et deinde pie memorie Pius Papa II. & predeceſſor noſter accepto per eum , quod ſumma predicta ad reparationem & inſtaurationem predictas non ſuppetebat . Indulgentias, facultates & conceſſiones per Caliſtum predeceſſorem factas hujuſmodi ad aliorum duorum milium florenorum ſimilium ſummas per alias extendit & ampliavit, & quod confeſſor per dictos Chriſti fideles eligendus illos qui Sancti Jacobi in compoſtella , & B. Marie Virginis in portiuncula alias de angelis extra Muros aſiſſinatis, votis aſtricti forent, Solvendo in reparationem , & inſtaurationem predictas ea , quod pro hujuſmodi votorum adimplectione exponere deberent, A votis hujuſmodi abſolvere, illaque in reparationem & inſtaurationem predictas convertere, & commutare poſſet , conceſſit , poſtmodum dicto accepto & per recolende memorie Sixtum papa IV. & predeceſſorem noſtrum . Quod vigore gratiarum Indulgentiarum , & conceſſionum predictarum pro reparatione & inſtauratione predictis Sexcenti , & octoginta ſex ducati dumtaxat collecti fuerant . & quod reparatio, & inſtauratio predicte nullatenus comode , & ex omnibus pecuniis predictis fieri poterant . Idem Sixtus predeceſſor omnes & ſingulas facultates gratias indulgentias & conceſſiones predictas per reliquas ſuas litteras approbavit & confirmavit . Summamque duorum milium Florenorum in poſterioribus litteris Pii predeceſſoris contentam hujuſmodi ad ſummam aliorum quatuor milium Florenorum ſimilium extendit . Illasque de novo , donec ſumma quatuor milium Florenorum hujuſmodi collecta foret, conceſſit , ac ſucceſſive per alias ſuas in forma brevis litteras omnibus & ſin-

gulis

gedis verbi Dei predicatoribus diſtricte precipiendo mandavit, ut quotiens pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſe, & conventus dicti Monaſterii forent requiſiti Privilegia indulgentias conceſſiones facultates & indulta hujuſmodi populo annuntiare & publicare deberent. Ac declaravit quod in omnibus indulgentiis facultatibus, & conceſſionibus hujuſmodi, in quibus de erogatione juxta facultates erogantium fieret mentio publicari deberet erogationem hujuſmodi fieri, & ita intelligi debere juxta devotionem erogantium predictorum & non facultates eorum prout in ſingulis litteris predictis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſertos haberi volumus pro ſufficienter expreſſis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte abbatiſſe & conventus predictarum petitio continebat. Ex indulgentiis facultatibus & conceſſionibus predictis tertia pars dictorum octo milium Florenorum nondum collecta fuerit, & licet ipſe reparationes & inſtaurationes predictas de pecuniis hactenus collectis fecerint, & continuaverint. Tamen opus per eas inceptum nondum eſt perfectum, & niſi perficiatur, Quod hactenus factum eſt inutile reddi poſſet. Nos cupientes ut opus ipſum ad votivum deducatur effectum, ac Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad Eccleſiam ipſam confluant, & ad reparationem & inſtaurationem predictas & incepti jam operis perfectionem manus juxta devotionem, ut premittitur porrigant adjutrices. Quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos. Omnes & ſingulas indulgentias remiſſiones gratias conceſſiones facultates privilegia quoque & indulta hujuſmodi auctoritate apoſtolica tenore preſentium approbamus, ac plenum firmitatis robur obtinere decernimus. Illaſque & illa potiori pro cautela in omnibus, & per omnia caſtitatis, & religionis eorumdem & Apoſtolorum Petri & Pauli votis dumtaxat exceptis uſque ad annos decem, ex tunc proxime futuros duraturos, & duratura innovamus, & de novo concedimus. Et inſuper omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus ad reparationem, inſtaurationem & perfectionem predictas manus porrigentibus adjutrices ut prefertur. Quod confeſſor idoneus ſecularis, vel regularis ipſos, & eorum quemlibet ab omnibus & ſingulis eorum peccatis criminibus exceſſibus & delictis, ac excommunicationis ſuſpenſionis anathematizationis interdicti aliiſque ſententiis cenſuris, & penis Eccleſiaſticis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis in reſervatis videlicet ſedi predicte. Exceptis tamen caſibus in bulla cene Domini contentis. Semel dumtaxat in vita. Satiſfacto tamen prius illis quibus fuerit ſatisfactio impendenda, & ſemel in mortis articulo & in non reſervatis totiens quotiens opus fuerit abſolvere, & in eodem mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint Remiſſionem ipſis in ſinceritate fidei unitate Sancte Romane Eccleſie, ac obedientia & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus concedere. Quodque ille perſone, que corporis valetudine impedite, & in Monaſteriis clauſe, aut alio quolibet impedimento detente ad Eccleſiam predictam viſitandam perſonaliter accedere nequiverint. Dum tamen juxta eorum devotionem de facultatibus earum erogaverint, & ad Eccleſiam predictam miſerint omnes indulgentias remiſſiones & facultates, ac conceſſiones predictas conſequantur dicta auctoritate concedimus. Ceterum quia forſan nonnulli malignitatis ſpiritu imbuti in pubblicatione indulgentiarum facultatum & litterarum hujuſmodi ſe remiſſos ſeu rebelles, aut negligentes reddere viderentur. Statuimus, & decernimus, quod quicunque locorum ordinarii, vel eorum vicarii, aut officiales, ſeu Abbates, aut alterius cujuſcunque dignitatis Eccleſiaſtice, ſeu aliis in inferiori gradu con-

ſtituti etiam ſi parochialium Eccleſiarum Rectores, aut eorum Vicarii, vel locumtenentes, aut mendicantium, ſeu aliorum ordinum religioſi exempti, & non exempti pro parte Abbatiſſe & conventus predictarum fuerint requiſiti: Non obſtante quocunque privilegio eis forſan in contrarium conceſſo. Quod ipſis quo ad hoc volumus aliquatenus ſuffragari. Qui quo minus preſentes littere & ſingula in eis contenta, ut ad veram ſingulorum notitiam deveniant impediverint, aut nuntios ad hoc publicandum a prefatis Abbatiſſa, & conventu deſtinatos, ſi id petierint, ad publicandum in Eccleſiis ſuis, dum populi ad divina audiendum frequentia convenerit non admiſerint, aut impedimentum aliquod preſtiterint excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibusvis ſimilium, & diſſimilium indulgentiarum, & facultatum generalibus, vel ſpecialibus ſuſpenſionibus limitationibus, ſeu revocationibus per nos & ſedem eandem etiam ex quavis cauſa, ſubcum quibusvis clauſulis & derogatoriarum derogatoriis pro tempore factis. Quae niſi de preſentibus de verbo ad verbum, & per trinas conformes revocationes apoſtolicas ſucceſſive factas ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio fiat. Ad preſentes litteras volumus non extendi, nec non omnibus illis, que Caliſtus Pius Sixtus & alii Pontifices prefati in ſingulis eorum deſuper confectis litteris voluerunt non obſtare ceteriſque contrariis quibuscunque. Verum quia difficile forat preſentes litteras ad ſingula quecunque etiam loca, in quibus expediens foret deferre. Volumus & etiam dicta auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicujus publici Notarii in rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicujus prelati, aut alterius perſone in dignitate Eccleſiaſtica conſtitute, aut curie Eccleſiaſtice ſigillo munitis ea prorſus fides in omnibus, & per omnia adhibeatur, que preſentibus quas poſt decennium minime valere ſignificamus adhiberetur. Si eſſent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre approbationis conſtitutionis innovationis conceſſionis voluntatis ſtatuti decreti, & ſignificationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit Indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice MccccLxxxv. xviii. Kal. Januarii Pontificatus noſtri Anno II.

Nicolaus Francus Epiſcopus Tarviſinus Legatus Apoſtolicus confirmat ex mandato Apoſtolico Indulgentias Monaſterii Sancti Zacharie.

1487. 13. Januarii.

Ex Archivo Monaſterii S. Zacharie.

Nicolaus Francus Epiſcopus Tarviſinus Legatus Apoſtolicus cum poteſtate legati Cardinalis de latere per univerſum Venetorum Dominium: Univerſis & ſingulis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Litteras ſanctiſſimi Dom. Noſtri D. Innocentii Pape moderni in forma Brevis clauſas ſub anulo piſcatoris alias accepimus; quibus nobis commiſerat, ut indulgentias per Sedem Apoſtolicam Monaſterio S. Zacharie Venetiarum conceſſas auctoritate Apoſtolica ſuſpendere, ac ſuſpenſas eſſe ad Sanctitatis Sue Bene-

pla-

placitum declarare deberemus, prout & Sanctitas Sua per dictas litteras ſuſpendebat: quarum vigore & auctoritate indulgentias prefato Monaſterio S. Zacarie per Apoſtolicam Sedem conceſſas ſuſpendimus, & ſuſpenſas fore declaravimus ad beneplacitum ejuſdem S. D. N. Nuper vero alias Sue Sanctitatis litteras etiam in forma Brevis ſub anulo Piſcatoris clauſis accepimus: Quibus nobis commiſit & mandavit, ut ſuſpenſionem eamdem tollendum dictas indulgentias in priſtinum ſtatum reſtituere deberemus: Cupientes autem mandata Apoſtolica exequi, ut tenemur, tenore preſentium auctoritate Apoſtolica nobis conceſſa, & qua fungimur in hac parte: Omnem ſuſpenſionem indulgentiarum ab Apoſtolica Sede Monaſterio prefata Sancti Zacharie Venetiarum conceſſarum per S. D. N. Papam modernum, & per nos auctoritate ſua factam tenore preſentium tollimus & revocamus, ac dictas indulgentias in priſtinum ſtatum reſtituimus & reponimus, ac ſi numquam ſuſpenſio aliqua per S. D. N. aut Nos auctoritate litterarum Apoſtolicarum emanata fuiſſet.

Datum Venetiis apud S. Antonium die tertiodecimo menſis Januarii milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo. Pontificatus prefati Sanctiſs. D. N. Pape Anno Tertio. ——— Reſtitutis igitur Monaſterio Sancti Zacharie amplis Pontificie liberalitatis teſtimoniis, ut facilius Apoſtolica munera tum ad animarum ſalutem, tum ad inchoati edificii proſequtionem derivarent, Procuratores & Comiſſarios elegerunt, qui fidelibus Chriſtianis pias eleemoſinas *pro reparatione, inſtauratione & nova inſigni fabrica Eccleſie Divi Zacharie* erogantibus indulta apoſtolica concederent, quarum quidem conceſſionum ſpecimen ex Archivo celebris Monaſterii S. Fauſtini de Brixia Ordinis Sancti Benedicti deprompitum exhibemus, in ea enim civitate ſicut & in ceteris Venete Ditionis Procuratores conſtituti erant, qui ex *authoritate* ſibi *ſpecialiter, & generaliter attributa* ſingula Diplomatis Pontificii beneficia in ſingulos *manus adjutrices tam ſancto operi* porrigentibus effunderent.

Nos Magiſter Nicolaus de Montecimo ordinis heremitarum & presbiter Lucas de torellis procuratores & Commiſſarii venerabilium Dominarum Monaſterii Eccleſie Conventus Sancti Zacharie Venetiarum, ac litterarum Apoſtolicarum dictis Monaſterio & Conventui pro Reparatione & Inſtauratione Eccleſie eorumdem conceſſarum Exequtores generales Dilecto nobis in Chriſto Rev. Fr. Domino Laurentio Teupulo patritio Veneto prepoſito Eccleſie fratrum Sancte Marie de Palazolis Brix. ordinis humiliatorum Salutem in Domino ſempiternam. Exigente pie Devotionis affectu, quem ad Deum & erga Monaſterium & Eccleſiam predictam te habere percepimus, eo quia juxta tenorem ſupranominatarum literarum Apoſtolicarum idest juxta Devotionem pro reparatione inſtauratione & nova inſigni fabrica Eccleſie dictorum Conventus & Monaſterii Divi patris Zacharie de Bonis tibi a Deo collatis pias elemoſinas contribuiſti. Manuſque adjutrices tam ſancto operi porrexiſti, tibi auctoritate dictarum literarum ubilite in hac parte ſpecialiter & generaliter attributa, Tenore preſentium concedimus ut Confeſſor idoneus Secularis vel cujusvis ordinis Regularis quem duxeris eligendum te ab omnibus & ſingulis tuis peccatis exceſſibus criminibus & delictis, ac excommunicationis ſuſpenſionis anathematizationis & interdicti aliiſque ſententiis cenſuris & penis Eccleſiaſticis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis in reſervatis videlicet Sedi Apoſtolice, exceptis tamen caſibus in Bulla cene Domini contentis, ſemel dumtaxat in vita ſatisfacto tamen prius illis quibus fuerit ſatisfactio impendenda, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus & ore confeſſus fueris. Remiſſionem tibi impendere valeas: Et in caſibus dicte Sedi non

reſervatis totiens quotiens opus fuerit abſolvere poſſit; necnon ut dictus Confeſſor tecum ſuper quibuscumque male ablatis, incertis, & ad pias cauſas legatis diſpenſet, ac quecumque vota, Religionis & caſtitatis, ac Liminum Apoſtolorum Petri & Pauli dumtaxat exceptis, in Reparationem & inſtaurationem dicte Eccleſie commutet. In quorum fidem & teſtimonium preſentes literas fieri fecimus, & Sigilli dictorum Conventus & Monaſterii juſſimus impreſſione muniri.

Datum Brixie in Sancto Petro Die ſecundo menſis Februarii ſub anno Domini MCCCCLXXXVII. Indictione quinta.

Forma abſolutionis in vita.

Miſereatur tui &c. Et ego te abſolvo auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & Summi Pontificis Domini noſtri Pape Innocentii VIII. in hac parte mihi commiſſa tibi autem conceſſa, ab omnibus & ſingulis peccatis tuis: Et do tibi plenariam remiſſionem omnium peccatorum tuorum mihi ore confeſſorum & corde contrictorum necnon oblictorum. Et reſtituo te Sacramentis Sancte matris Eccleſie ac unioni fidelium. In nomine Patris & filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Forma abſolutionis in mortis articulo.

Remitto tibi penas purgatorii, & Reſtituo te illi puritati, ſeu ſtatui innocentie, in quo eras quando Baptizatus fuiſti claudendo tibi januas inferni, & portus aperiendo Paradiſi inquantum claves ſancte matris Eccleſie ſe extendunt. Et ſi de hac infirmitate non deceſſeris, remaneat tibi ſalva iſta gratia in mortis articulo. In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ego Andreas de Roxis Cleric. Brixienſ. de mandato ſubſcripſi.

Senatus Venetus committit Segretario ſuo apud Summum Pontificem, ut Indulgentias Eccleſie Sancti Zacharie pridem conceſſas, & poſtea ſuſpenſas ſtudeat a Pontifice Innocentii VIII. renovari.

X 1486. 20. Decembris.

Ex Tabulario Monaſterii S. Zachariæ.

MCCCCLXXXVI. Die 20. Decembris.

Circumſpecto & Sapienti Antonio Viriguerre Segretario Noſtro apud Summum Pontificem.

Venerabiles Moniales Monaſterii Sancti Zacharie hujus noſtre Venetiarum civitatis exponi nobis fecerunt, quod his proximis preteritis diebus Summus Pontifex ſuſpenſam reddidit indulgentiam alias conceſſam, & con-

confirmatum Monaſterio predicto per diverſos Pontifices vocavitque in Romanam Curiam earum Predicatores. Que quidem ſuſpenſio quando diutius durares cauſa eſſet retardationis fabrice Eccleſie dicti Monaſterii que ſurgit in dies pulchrior, & ornatior. Et propterea inſtanter implorarunt ſuffragium noſtrum. Nos vero habentes cordi fabricam Eccleſie predicte pre ceteris aliis quandoquidem nuncupatur capella Dominii noſtri pro ejus ſublevatione, continue preces noſtras apud Summos Pontifices maximos qui per tempora fuerunt libenter interpoſuimus, a quibus diverſas bullas indulgentie plenarie impetravimus quarum virtute & auxilio effectum eſt ut fabrica ipſa inchoata, ad optimos terminos deducta fuerit circa quod eo ſtudioſius laboravimus quo in Eccleſia ipſa multa Sanctorum corpora repoſita ſunt que miraculis innumeris in dies illuſtrantur, in qua etiam pars quedam Dominici Sepulcri conſpicitur. Has noſtras eveſtigio tibi dare decrevimus. Volentes & efficaciter tibi imperantes ut nactus opportunitatem, ad preſentiam Summi Pontificis recipere te debeas ejusque Sanctitati noſtro nomine ſupplicare dignetur ſupradictis rationibus, noſtraque cauſa qui rem hanc ſummopere affectamus per emanationem novi alicujus brevis ſive bulle ſuſpenſionem indulgentie predicte abolere atque omnino ammovere, ita ut amoto quocunque offendiculo fabrica inſtituta, que magnam adhuc requirit impenſam, cum ſuffragio ſue Beatitudinis, ac piis helemoſinis perſonarum abſolvi poſſit. Nec ejus Sanctitas que clementiſſima eſt permittat, ut ignorantia Predicatorum earumdem Monialium, eis obſit aliquo modo remoreturque fabrica ipſa que maximo futura eſt ornamento huic noſtre urbi quorumquidem Predicatorum cauſam, & errata dignetus ejus Sanctitas committere, in partibus noſtris, ſeu Rev. Dom. Legato, ſive cuicunque alii ne cauſam habeant in Curiam accedese, cum impenſa & jactura Monialium predictarum. Pro quibus ambabus rebus impetrandis elaborabis omni cum ſolertia & ſtudio tuo ut in utraque ipſarum voti compotes fiamus ſicuti futuros eſſe ſperamus pro ſinguli bonitate, ac paterna in nos affectione Summi Pontificis.

Senatus Venetus Oratori ſuo in Curia Romana mandat, ut expeditiones Indulgentiarum pro Eccleſia S. Zachariæ apud Pontificem ſollicitet.

1496. 22. Januarii.

Ex Archivo S. Zachariæ.

ſ. Nicolao Michael Doctori, & equiti Oratori noſtro in Curia.

STantes in continua expectatione intelligendi a vobis impetrationem renovationis Indultorum conceſſionum, privilegiorum, & Indulgentiarum plenariarum, ac remiſſionum peccatorum pro Eccleſia, & Monaſterio Sancti Zacharie hujus urbis noſtre, & videntes jam prope eſſe quadrageſimam vel potius Paſca Dominice Reſurrectionis, & nullum a vobis habere reſponſum non modo impetrationis predicte, ſed nec etiam receptionis litterarum noſtrarum in hac materia. Nos quibus negotium hoc cordi eſt. Cum nobis cura ſpecialis incumbat Eccl. & Monaſterii predicti. Decrevimus has vobis replicare. Mandantes, ut omnem operam efficacem debeatis impendere apud Sanctitatem prefactam, & ubi opus eſſe cognoveritis, ut honeſti hujus deſiderii noſtri compotes evadamus. Commemorando Beatitudine ſue. Nos quot annis per-

perſonaliter ſolemniſſima pompa accedere, ad viſitationem Eccleſie predicte. Dabitisque nobis immediatam notitiam tam de preſentium receptione, quam illarum executione.

die XXII. Januarii 1496.

Oratori Noſtro in Curia.

Paucis agemus in explicando vobis Monaſterii hujus noſtri S. Zacharie, ejusque Eccleſie nobilitatem, & celebritatem: utpote verba facturi vobiſcum de re non minus vobis quam nobis ipſis compertiſſima. Hoc unum tamen ſilentio preteribimus: quod en eſt multis rationibus & cauſis ad id nos merito moventibus animi noſtri ad omne ipſius Monaſterii, & Eccleſie commodum, & augmentum propenſitas, & inclinatio quod major certe eſſe, aut deſiderari non puſſit. Solemus, ex veteri inſtituto (ut ſcitis) quotannis in die Dominice reſurrectionis cum Univerſo Senatu, ac Principatus noſtri ſolemnibus inſigniis templum ipſum viſitare. Quo etiam tota fere civitas noſtra concurrit pro conſequendis ſpiritualibus gratiis in indulgentiis per complures Pontifices maximos ipſi Eccleſie & Monaſterio conceſſis. Ceterum quum omnes ejusmodi indulgentie ob generalem ſuſpenſionem, cauſa prope exacti Jubilei emanatam, adhuc ſuſpenſe ſint, & remaneant. Deſideramus tum pro noſtra totiusque Senatus, & urbis noſtre ſatisfactione. Dum & hujusmodi celeberrimum Templum hoc medio Indulgentiarum quod etiam inceptum, & dimidiatum, extat, ad perfectam abſolutionem perducere poſſit; ut ipſe conceſſiones & indulgentie omnino renoventur, & revalidentur. Igitur volumus & ex animo vobis jubemus: ut poſt declaratum hoc deſiderium noſtrum Sanctitati Pontificie inſtare, & reverenter omni ſpe ſupplicare debeatis quod Sanctitas ſua in precipuam gratificationem omnes has indulgentias conceſſiones, & gratias ſpirituales, a tot Pontificibus, & preſertim a fel. rec. Innocentii Octavi tam Eccleſie, quam Monaſterii fabrice conceſſas juxta introſertam inſtructionem dignetur confirmare, ſeu revalidare ac de novo concedere pro hoc anno inſtanti, & alio ſubſequenti. Sicuti non dubitamus Sanctitatem ſuam pientiſſimam, & cujus in nos benevolentiſſimum animum jamdiu ſumus experti facturam eſſe. Verum ſi difficultatem aliquam videritis pro ſecundo anno facta prius ea experientia, que prudentie veſtre neceſſaria viſa fuerit optinendi pro duobus annis. Dabitis poſtea omnem operam habendi conceſſionem ipſam ſaltem pro preſenti anno. In qua quidem re nichil conſuete dexteritatis veſtre ommittetis, quam talem quotidie noſcimus, & experimur: ut ex ea, rem pro voto ſucceſſuram videmur jam poſſe nobis polliceri.

Sanctiſs. D. D. . . . . . Die XXI. Januarii 1501.

Introſerta Inſtructionis tenor hic fuit.

Jam annis 370. vel circa fel. record. Honorius Secundus de Bononia (1) propter quamdam gratiam obtentam & habitam a Domino Jeſu Chriſto meritis, & interceſſionibus Beati Zacharie Prophete (2) conceſſit omnibus & ſingulis

(1) Honorius II. electus fuit Pontifex anno 1124. regnavit annis circiter v. obiit anno 1130. ideoque annus ſupplicationis alligandus erit ad annum circiter M.

(2) Nullum nec de recepta ab Honorio gratia, nec de indulgentia ab ipſo conceſſa remanet in Monaſterii Archivo, documentum, & gratia tamen, & indulgentia iterum enunciantur in alio mox afferendo ſupplicationis libello.

tis utriusque ſexus Chriſtifidelibus ipſam Eccleſiam a Veſperis diei Paſche Reſurrectionis Domini, usque per totam diem lune ſequentem devote viſitantibus plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem a pena & culpa perpetuo duraturam. Quam quidem conceſſionem ſive indulgentiam omnes predicti Honorii ſucceſſores poſtmodum confirmaverunt, & quoniam dicta indulgentia propter jubileum proxime elapſum, & alias quamplures indulgentias nuper conceſſas, & ſuſpenſiones de antiquis indulgentiis generaliter ſuſpenſe eſt, humiliter ſupplicatur, ut dictam indulgentiam confirmare, & in ſtatum priſtinum reducere dignetur de gratia ſpeciali. Suſpenſionibus, & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque.

Et ſuper hoc fiat ſupplicatio in ea meliori, & validiori forma que ſapientie ſupplicantis melius videbitur.

Et per breve Sanctitatis ſue
Cum clauſulis in ſimilibus
neceſſariis & opportunis &c.

Et cum auctoritate deputandi confeſſores tempore indulgentie predicte.

Oratori Noſtro in Curia.

Quanta celebritate frequentetur inſigne Templum Venerabilium Sanctimonialium Divi Zacharie hujus Civitatis noſtre & preſertim ſolemnitatis tempore Dominice Reſurrectionis latet neminem, quo & nos cum univerſo noſtro Senatu cum triumphalibus inſignibus proficiſſimus conſequende. Indulgentie gratia ubi preſertim tot Sanctorum corpora conquieſcunt, quorum ſuffragiis proculdubio multa nobis bona preſtari certo tenemus: accedere debeat ad hoc & Sedis Apoſtolice copioſa benignitas a compluribus ſummus Pontificibus longa ſerie indultis privilegiis plenarie remiſſionis delictorum: ſed precipue ab iſta Beatitudine quibus effectum eſt ut conspicuis ſtructuris a fundamentis excitatum ſit mirabile Templum quod tamen ob ejus Excellentiam nondum abſolvi potuit, nec valet, niſi aut per confirmationem preteritarum Indulgentiarum, aut novam conceſſionem a Sanctitate ſua Pontificia plenarie remiſſionis clementer proſpiciatur eo maxime quum juſſu ſuo omnes pene indulgentie ſint modo ſuſpenſe quare cum iisdem cauſis moneamur, nec minus ex offitio noſtro teneamur, qui patroni ſumus ejusdem Templi, & adjuncti Conobii, omnia poſſibilia ſuffragia impendere, quibus & devotorum fidelium adaugeatur fervor & oblationes conferantur abunde, & Templum ipſum abſolvi queat, & Monaſterium vetuſtate collapſum reparari duximus vobis injungere, ut formata per vos prius competenti ſupplicatione juxta informationem incluſam captato tempore adire debeatis conſpectum Pont. Maximi, & verbis noſtris reverenter ſupplicetis dignetur. In noſtram gratiam clementiſſime impartiri per quinquennium plenariam indulgentiam viſitantibus Eccleſiam prefactam a Veſperis diei Reſurrectionis Dominice proxime future, usque per totam diem lune immediate ſequentem, & manus adjutricer porrigentibus, ad ſtructuram tam templi quam Monaſterii ipſius cum appoſitione confeſſorum & poteſtate abſolvendi ab omnibus caſibus, & exceſſibus etiam Sedi Apoſtolice reſervatis preterquam de expreſſis in bulla cene Domini cum illis omnibus articulis que narrantur in clauſula ipſa informatione contentis quod nobis, tam gratum futurum eſt quam quod gratiſſimum & propterea apponite omnem diligentiam in conficiendo negotio iſto & quod per breve Apoſtolicum ſufficiens ducumentum fiat: nec intermittite rem ullam quominus hujus noſtri deſiderii compotes ſumus ſicuti ſolertia veſtra futurum minime dubitamus. Et de ſucceſſu preſentium nos certiores fieri ſtudeatis, verum ſi forte obtinere nequiveritis auditores confeſſionum per octiduum ante & poſt ſaltim eos impetres pro eo tempore quo Indulgentia vigebit.

Intro-

Introſertæ ſupplicationis tenor hic fuit:

Alias felicis recordationis honorius ſecundus ob certam gratiam a Deo obtentam meritis Beati Zarharie Prophete cujus Corpus in Eccleſia S. Zacharie Venetiarum honorifice jacet omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſtifidelibus contrictis, & confeſſis dictam Eccleſiam, a Veſperis diei reſurrectionis Dominice, usque per totam diem lune immediate ſequentem viſitantibus plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam conceſſit perpetuo duraturam. Que quidem conceſſio licet prope jubileum nuper elapſum ſuſpenſa extitit fuit tamen per annum & biennium poſtea per fel. rec. Julii Secuudi Eccleſie predicte conceſſa & confirmata licet, ab annis quadringentis citra vel circa nunquam fuerit ſuſpenſa. Supplicant modo Abbatiſſa & Conventus Monaſterii & Eccleſie predicte S. Zacharie Venetiarum ut Sanctiſſimus Dominus Noſter tollere hujusmodi ſuſpenſionem, & indulgentiam predictam in ſtatum priſtinum reducere confirmare & de novo concedere de ſpeciali dono dignetur non obſtantibus quibuscunque in contrarium facientibus ſuſpenſione predicta, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Attento quod in hujusmodi reſurrectionis die Princeps Venetiarum, cum toto ſuo Ducali Senatu ad dictam Eccleſiam ſingulo anno ſe conferre triumphaliter conſuevit & inſuper concedere quod oratrices predicte per octo dies ante, & octo poſt deputare poſſint in dicta Eccleſia confeſſores qui habeant auctoritatem abſolvendi quascunque perſonas manus adjutrices pro fabrica & reparatione Monaſterii & Eccleſie predictorum juxta earum devotionem porrigentes a quibuscunque peccatis, & in caſibus Sedi Apoſtolice reſervatis exceptis tamen caſibus in bulla cene Domini contentis, & hoc per breve ejusdem Sanctiſs. Domini Noſtri Attenta &c. in ampla forma prout Domino impetranti melius videbitur & fiat ſupplicatio &c.

Leo X. Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum, concedit authoritatem reformandi ſuæ Diœceſis omnia Monialium Monaſteria, & inter ea præcipue illud S. Zachariæ.

Y

1515. 25. Junii.

Ex Archivo SS. Blaſii & Cataldi de Judaica.

LEo Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fr. Patriarche Venetiarum Salutem & Apoſtolicam Benedit. Dum a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo rationis exigit, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte tua nobis exhibita petitio continebat, quod cum alias tu Monaſterium monialium S. Zacharie Venetiarum Ordinis S. Benedicti, prout tuo inqumbebat officio, auctoritate tua ordinaria in capite, & membris viſitando Moniales in eo degente luxurioſe vivere, & viros ſuſpectos frequentius admittere, ac ſepius extra Monaſterium hujusmodi ſalubriter providere per volens inter ceteras inibi reformationes per te factas moderna, & pro tempore exiſtentes Abbatiſſam, & Moniales ipſius Monaſterii inibi ſub certis penis tunc expreſſis inclu-

cludi, & ſub perpetua clauſura vivere debere, quodque ſingule ex eiſdem Abbatiſſa, & Monialibus de cetero abſque tua, & Patriarche Venet. pro tempore exiſtentis licentia extra ſupradictum Monaſterium exire, & cum viris converſationem habere non preſumerent, perpetuo ſtatuiſſes, prout in litteris tuis patentibus deſuper confectis dicitur plenius contineri: ac tunc Abbatiſſa, & nonnulle ex dictis Monialibus Deum timentes Reformationi, & ſtatuto hujuſmodi aſſenſiſſent; alique vero ex eis ſue ſalutis immemores, ut prius contra propriam ſalutem luxurioſe, & alias diſſolute vivere cupientes, & reformatione, & ſtatuto tuis hujuſmodi ad Sedem, Apoſtolicam appellaſſent. Nos Monialium frivole appellantium hujuſmodi ſuggeſtionibus circumventi cauſam appellationis hujuſmodi ad illarum inſtantiam Vener. Fr. N. Dominico Epiſcopo Lucerino locum unjus ex cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus tenenti commiſſimus audiendam, & fine ſolito terminandam. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicte Moniales ſic appellantes poſtquam ipſe Dominicus Epiſc. & Locum tenens commiſſionis noſtre hujuſmodi pretextu in illa ad citationis cum inhibitione decretum proceſſerat ſub clypeo appellationis, inhibitionis, & litis pendentie hujuſmodi luxurioſius vivere, & deteriora committere veriti non fuerunt, aut vereantur in earum ſalutis diſpendium, Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum, pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cauſam predictam ad nos advocare, ac litem hujuſmodi penitus extinguere, nec non reformationem, & ſtatutum tua predicta pro earum ſubſiſtentia firmiori Apoſtolice munimine roborare, & alias in premiſſis, & aliis, que ad tue ordinarie juriſdictionis liberam explicationem, & deformatorum reformationem pertinent, opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de premiſſis omnibus plene informati, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, attendentes, quod a correctione jura appellare vetant, ſtatum Litis, & cauſe hujuſmodi pro expreſſis habentes, cauſamque ad nos advocantes, & litem hujuſmodi penitus extingentes, ex certa noſtra ſcientia Reformationem, & ſtatutum predicta per te proinde facta, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in eiſdem tuis litteris contenta, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſiqui forte intervenerint in eiſdem, necnon ipſis Monialibus, que, ut prefertur, appellarunt, ſuper hiis perpetuum ſilentium imponentes, & nichilominus, ut Abbatiſſa, & Moniales hujuſmodi ſtudeant Reformationem, & ſtatutum predicta eo diligentius perpetuo obſervare, tuque Frater Patriarcha Viſitationis, & Reformationis officium in predicto, & quibuſcumque aliis Monaſteriis, tam virorum, quam mulierum Ordinum quorumcumque ipſorum locorum, & Eccleſiarum ſecularium tuarum Civitatis, & Diecefis Venetiarum propenſius exercens, Abbatiſſe, & Monialibus dicti Monaſterii S. Zacharie pro tempore exiſtentibus, ac earum ſingulis, ut tuis Reformationi, & ſtatuto predictis, ac aliis per te, & pro tempore exiſtentes Patriarchas hujuſmodi, ac tuos illorum Vicarios in ſpiritualibus generales, etiam in futurum juxta rerum, & temporis exigentiam faciendis correctionibus, reformationibus, & preceptis, ſub majoris excommunicationis ſententie pena pareant, & intendant, nec non tibi Fratri Patriarche, ac tuo pro tempore exiſtenti Vicario in ſpiritualibus Generali, tam predicti Monialium S. Zacharie, quam aliorum quorumlibet Monaſteriorum, tam virorum, quam mulierum quorumvis Ordinum, ac aliorum piorum locorum, & Eccleſiarum ſecularium Civitatis, & Diecefis tuarum predictarum Viſitationem, Correctionem, & Reformationem, ubi, & quoties, nunc, & impoſterum opus fuerit, etiam auctoritate noſtra faciendas committimus; dantes tibi, tuoque Vicario predicto in premiſſis, & quolibet premiſ-

miſſorum vice noſtra liberam deſuper facultatem, ac ex nunc irritum, & inane decernentes, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, Monaſteriis, Ordinibus, Eccleſiis, & Locis predictis per nos & predeceſſores noſtros Romanos Pontifices forſan conceſſis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales id importantes, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret; nec non Monaſteriorum, Ordinum, Eccleſiarum, & locorum hujusmodi juramento, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, quibus omnibus, & ſingulis, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre advocationis, extintionis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, impoſitionis, commiſſionis, dationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dom. 1515. 7. Kal. Jul. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Leo X. confirmat Indulgentias Feriæ II. Paſchatis pro Eccleſia S. Zachariæ.

Z 1518. 20. Februarii.

Ex Autographo in Archivo S. Zachariæ.

LEo Papa X. Univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum, ſicut accepimus fel. rec. Honorius Papa II. predeceſſor noſter omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſtifidelibus vere penitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam Monaſterii Monialium Sancti Zacharie Venetiarum a Veſperis Dominice Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti uſque per totam diem Lune tunc immediate ſequentis perpetuis futuris temporibus devote viſitarent plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & indulgentiam conceſſit, prout in ejus litteris deſuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem poſtea omnes & ſingule indulgentie etiam plenarie & perpetue quomodocunque conceſſe, etiam confirmate propter indulgentias pro fabrica Baſilice Sancti Petri per fel. rec. Julium II. & predeceſſorem noſtrum conceſſas, & per nos poſtea confirmatas & innovatas ſuſpenſe fuerint. Nos, qui Divini cultus augmentum in ſingulis locis ſummis deſideramus affectibus, adducti humilibus ſupplicationibus Dilecti filii Nobilis viri Leornardi Lauredani Ducis Venetiarum, qui id a nobis ſumma cum inſtantia peti fecit; Indulgentiam predictam per Honorium predeceſſorem prefatum, ut prefertur, conceſſam juxta ejus continentiam auctoritate Apoſtolica tenore preſentium pro hoc anno dumtaxat confirmamus & approbamus, & quatenus opus ſit denuo concedimus, & ut fideles ipſi ad conſequendam hujusmodi indulgentiam aptiores reddantur: Dilecte in Chriſto filie Abbatiſſe dicti Monaſterii deputandi in eadem Eccleſia tot confeſſores idoneos Presbyteros ſeculares, vel cujusvis ordinis

nis regulares, quot necessarios duxerit, qui per octo dies ante diem Resurrectionis hujusmodi omnium & singulorum Christifidelium ad dictam Ecclesiam pro ea indulgentia confluentium confessiones audire, eosque ab omnibus & singulis peccatis, criminibus, excessibus & delictis quantumcunque gravibus & enormibus, etiam si talia forent, propter que Sedes Apostolica merito foret consulenda, exceptis contentis in bulla in die Cene Domini legi solita, absolvere injuncta eis pro modo culpe penitentia salutari: vota vero quecunque ultramarino visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli de Urbe, S. Jacobi in Compostella', Sancte Marie de Laureto, ac castitatis & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare possint & valeant, licentiam & facultatem concedimus per presentes. Non obstantibus premissis, ac quibusvis aliis suspensionibus, modificationibus, derogationibus, & annullationibus similium, & dissimilium indulgentiarum, quibus presentes subjacere minime volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Presentibus una vice dumtaxat valituris.

Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Februarii 1518. Pontificatus nostri anno quinto.

Bembus.

Leo X. Visitantibus Ecclesiam S. Zachariæ in Feria II. Paschatis plenariam indulgentiam concedit.

1520. 5. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Zachariæ.

LEo Papa X. Universis & singulis Christifidelibus, ad quos he littere nostre pervenerint salutem, & apostolicam benedictionem. Licet Sanctorum Dei gloria tam solida, & tam ampla sit, ut vix ulterius extendi, ne dum mortali honore illustrari, aut propagari queat. Recte tamen, & ex officio nostro facere videmur, si fidelium studia, quibus possumus rationibus in eorum devotionem excitemus: Ac si cui Beatorum debetur pietas & veneratio nostra, certe magna ex parte debetur sanctis Prophetis, quippe qui dum fuerunt in vita ob perfectam eorum virtutem & sanctitatem Spiritus Sancti ore loqui meruerunt, & post mortem in celestem patriam recepti, quotidie de Christiano genere, idest de iis, qui recte credunt, bene mereri non cessant. Quare cupientes, ut Ecclesia Sancti Zacharie Venetiarum, ad quam, ut accepimus, tum universa Civitas cum imprimis Dilectus filius Nobilis Vir Leonardus Lauredanus] Dux & Primóres Civitatis singularem gerunt devotionis affectum', in dies majoribus honoribus frequentetur. Ac Christifideles eo libentius devotionis causa ad eam confluant, & ad ornamentum Ecclesie, illiusque Monasterii Monialium sustentationem manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos. De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; Universis & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus & confessis, qui Ecclesiam predictam a Vesperis dies pasche resurrectionis D. N. Jesu Christi usque per totum diem lune immediate sequentem devote visitaverint, ac de bonis sibi a Deo collatis ad premissa manus porrexerint adjutrices plenariam omnium peccatorum suorum, que ore confessi, & de quibus corde contriti fuerint, indul-

gentiam & remiſſionem per preſentes auctoriſate Apoſtolica miſericorditer in Domino concedimus & indulgemus. Atque ut fideles ipſi ad conſequendam gratiam hujusmodi tanto aptiores redentur, Dilecte in Chriſto filie Abbatiſſe dicti Monaſterii pro tempore exiſtenti tot Presbyteros ſeculares vel cujusvis ordinis regulares, quos idoneos, & quot neceſſarios duxerit, qui confitentes ipſos ab omnibus & ſingulis eorum reatibus & delictis quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam ſi taiia forent propter que. Sedes Apoſtolica merito eſſet conſulenda, abſolvere & eis pro commiſſis ſalutarem penitentiam injungere. Vota quoqué per eoſdem emiſſa ultramarine viſitationĩs, liminum Beatorum Petri & Pauli de Urbe, Sancti Jacobi in Compoſtella, Sancte Marie de Laureto, Religionis, & Caſtitatis votis dumtaxat exceptis, in earumdem Monialium ſuſtentationem & alia pietatis opera libere & licite commutare poſſint, & valeant, poteſtatem & facultatem concedimus per preſentes. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibusvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & modificationibus ſimilium indulgentiarum etiam in favorem fabrice Principis Apoſtolorum de urbe per nos hactenus factis & forſan inpoſterum faciendis, Ceteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus. Preſentibus ultra unam vicem dumtaxat minime valituris.

Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die xv. Martii 1520. Pontificatus Noſtri anno Octavo.

Bembus.

DE

DE ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI PROCULI EPISCOPI, & CONFESSORIS.

MIrum fortaſſe videbitur, & cui vix fidem adhiberi poſſit, nullum in Divi Zachariæ Archivo documentum inveniri, quo vel origo adhærentis Eccleſiæ Divo Proculo Epiſcopo Veronenſi dicatæ enuntietur, vel ipſius unio, & acceſſio ad Sanctimonialium jura recenſeatur. Deficiente itaque monumentorum ſubſidio, ut de Eccleſia, quæ Parochiali jure inſignitur, aliquid vel tenue proferatur, neceſſe fuit a ms. Chroniculis, & quidem minoris nominis auxilium emendicare. Ex iis addiſcimus Eccleſiam Sancti Proculi anno DCCCIX. a Familia Particiaca, ſeu Participatia ædificatam fuiſſe, eo nempe anno, quo translata e Methamauco ad Rivoaltum Ducali Sede, Angelus Particiacus Heracleenſis ad eam, populo collaudante, ſublimatus fuit. Num eo primo ſui regiminis anno id agere, & perficere potuerit, fides ſit penes authores. Non au-

tem ſtatim a ſui exordio Parochialis evaſit, ſed anno ſolum DCCCL; cum enim (ut ex traditione receptum eſt) Sanctimoniales S. Zachariæ in propria Eccleſia, quæ eo tempore cura animarum gravabatur, liberius Divina officia peragere exoptarent, Parochiale onus ad proximam Sancti Proculi Eccleſiam deduci curarunt, quæ ex Joannis Particiaci Ducis Decreto Sanctimonialium juri ſubjecta fuerat. Anno MCVI. communi cum proximis Eccleſiis infortunio ex incendii clade conſumpta fuit, mox ex cineribus, anguſto licet, & tenui opere, renovata aliquandiu ſtetit, donec ſæculo XIV. ad finem vergente, cum ad lapſum prona eſſet, pio Amadæi de Bonguadagnis ære a fundamentis renovatur, cujus rei teſtimonium perhibebat lapidea epigraphe ejuſdem Eccleſiæ parieti olim affixa, quæ deinde anno 1587. inconſiderate ablata fuit. Eam proinde hic exhibemus, ut benemeriti viri memoria diutius conſervetur.

MCCCLXXXIX. *Die* XXIIII. *Decembris*.

„ Factum fuit hoc opus in remiſſionem peccatorum Sapien-
„ tis, & Catholici viri D. Amadei de Bonguadagnis commen-
„ dabilis Vicecancellarii Communis Venetiarum.

Amadæum hunc Eccleſiæ piiſſimum renovatorem, Cancellariæ Ducalis eo tempore curam egiſſe, novimus; vices gerens Raphaelis Careſini celebris Chronologi, & Ducalis Cancellarii, qui ſenio prope confectus officii ſibi commiſſi munus ægre poterat adimplere.

In ampliorem deinde formam Templum Divi Proculi Sanctimonialium impenſis reædificatum fuit anno MDCXLII, ut notat epigraphe ad perpetuam rei memoriam marmori inſculpta.

„ Divino implorato auxilio Deiparæque Virginis Mariæ
„ Templum hoc reædificatum fuit in honorem Divi Proculi
„ a Reverendis Monialibus Sancti Zachariæ. Abbatiſſa Reve-
„ rend. Mater Angela Foſcareni.

Anno

Anno Domini MDCXXXXII.

„ Reædificata Eccleſia cum ligneis tantum uteretur aris, „ noviſſime circa medium ſæculi XVIII. marmoreis altaribus „ elegantis parisque operis inſtructa fuit, ad quorum erectio- „ nem tum Sanctimoniales, tum alii pii viri impenſas ero- „ garunt.

F I N I S.

INDEX

INDEX
PARTIS POSTERIORIS
DECADIS DECIMÆ TERTIÆ.

De Monaſterio SS. Redemptoris de Judaica. pag. 3

De Monaſterio S. Laurentii M. 41

De Eccleſia Parochiali S. Severi Epiſc. C. 137

De Monaſterio S. Joannis Lateranenſis. 172

De Monaſterio, & Eccleſia Parochiali S. Juſtinæ V. M. 198

De Monaſterio S. Mariæ de Cœleſtibus. 222

De Monaſterio S. Sepulcri. 271

De Monaſterio S. Zachariæ. 305

De Eccleſia Parochiali S. Proculi Ep. C. 405

CATALOGO DE' SIG.RI ASSOCIATI,

Per ordine d' Alfabeto, ſecondo li loro Cognomi.

VENEZIA.

Il Sereniſſimo Pietro Grimani Doge.

Monſ. Ill. e Reverendiſs. Alviſe Foſcari Patriarca.

Li Reverendiſs. Sigg. Preſſidenti delle Nove Congregazioni.

Reverendiſs. Sig. D. Domenico Adamol Pievano di S. Martino.

Sig. Giambatiſta Albrizzi q. Gerolamo. *per due*

Reverendiſs. Sig. D. Angelo Armetti Pievano di S. Silveſtro.

Reverendiſs. Sig. D. Giacomo Attardo Pievano di S. Biaſio.

Sig. Eredi Baglioni.

N. H. ſ. Franceſco Abate Baglioni.

Reverendiſs. P. D. Gianfranceſco Baldini Generale de' C. R. S.

Sig. Dottor D. Giambattiſta Baroni.

N. H. ſ. Ignazio Co: Barziza.

N. H. Miſ. Almorò Barbaro Proc.

M. R. Pad. Don Giuſeppe Barra Prepoſito de' PP. della Congregazione dell' Oratorio.

M. R. Pad. Maeſtro Giuſeppe Maria Bergantini Provinciale de' Servi di Maria.

Reverendiſs. Sig. D. Gregorio Bianchi Canonico Ducale, Arciprete della Congregazione di S. Angelo, e Pievano di S. Pantalon.

M. R. P. Don Giambatiſta Borini Provinciale della Congregazione del B. Pietro da Piſa.

Reverendiſs. Sig. D. Franceſco Dottor Bottion Pievano di S. Angelo.

Reverendiſs. Sig. D. Antonio Buſi Canonico Patriarc. e Pievano di S. Giuliano.

Ill. Sig. Marc'Antonio Buſinello Segretario dell' Eccel. Senato.

Ill. Sig. Alviſe Caortorta.

Ill. Sig. Dottor Arcadio Capello Med. Fiſ.

N. H. ſ. Pier Gerolamo Capello.

Reverendiſs. Sig. D. Pace Carnio Vicario perpetuo di S. Bortolamio, Canonico Patriarcale, ed Arciprete della Congregazione di S. Polo.

Reverendiſs. Sig. D. Bartolomeo Carminati Pievano di S. Polo, Vicario della Ducal Baſilica.

Reverendiſs. Sig. D. Giuſeppe Cavagnis Pievano di S. Tomà.

Reverendiſs. Sig. D. Giovanni Centoni Pievano di S. Vitale, Canon. Ducale.

Reverendiſs. P. Abate Civran dei Monaci Caſſinenſi di S. Giorgio Maggiore.

Ill. Sig. Giuſeppe Comiacioli.

N. H. ſ. Marin Contarini.

Ill. Sig. Franceſco Contarini.

N. H. ſ. Andrea Corner fu de ſ. Marco.

Reverendiſs. Sig. D. Gio: Antonio Corſi Pievano di S. Baſſo.

NN. HH. ſ. Andrea, e Marco Fratelli Corneri.

M. R. Pad. D. Anſelmo Coſtadoni M.C.

M. R. Sig. Dottor D. Pietro Coſtadoni.

N. H. ſ. Gio: Antonio Crotta.

Reverendiſs. Sig. D. Gaetano Depoutez Dott. di Teologia, Canonico Teologo della Baſilica Metropolitana Patriarcale.

RR. PP. Domenicani di Caſtello.

RR. PP. Domenicani di S. Secondo.

Reverendiſs. Sig. D. Gianjacopo Fachi Pievano di S. Luca, ed Arciprete della Congregazione di S. Maria Mater Domini.

N. H. ſ. Zuanne Falier fu de ſ. Franc.

Ill. Sig. Co: Franceſco Fanſogna.

Reverendiſs. Sig. D. Gaſparo Fanton Pievano di S. Felice.

N. H. ſ. Marco Flangini.

N. H. miſ. Marco Foſcarini K. e Proc.

Ill. Sig. Pietro Franceſchi.

N. H. ſ. Pietro Garzoni.

Reverendiſsimo Signor D. Giambatiſta Ghedini Pievano dell'Angelo Rafaele.

N. H. ſ. Alviſe Giuſtinian Lollin.

N. H. ſ. Gerolamo Aſcanio Giuſtinian.

M. R.

M. R. P. D. Nicolò Giuſtiniani Priore Caſſinenſe.
N. H. ſ. Vicenzo Gradenigo ſecondo fu di miſ. Vicenzo Proc.
N. H. ſ. Pietro Gradenigo fu di ſ. Giacomo.
M. R. P. D. Gianagoſtino Gradenigo Monaco Caſſinenſe Lettor di Teologia.
N. H. ſ. Carlo Gradenigo.
Il Sig. D. Giambatiſta Granzotti.
Reverendiſs. Sig. D. Simon Giuſeppe Graſſetti, Arciprete della Congregazione di S. Luca, e Pievano di S. Moisè.
N. H. ſ. Domenico Gritti fu de ſ. Marc' Antonio.
N. H. ſ. Gian Andrea Gritti, fu de ſ. Triadan.
Reverendiſs. Pad. D. Giovanni Ipſi Abate Generale de' Camaldoleſi.
Reverendiſs. Signor D. Bartolameo Lanfranchi Pievano di S. Euſtachio e Canonico Ducale.
N. H. ſ. Andrea da Lezze terzo K.
La Libreria de' PP. Reformati.
La Libreria della Caſa Profeſſa della Compagnia di Gesù.
La Libreria de' PP. di SS. Gio. Paulo.
La Libreria de' PP. della Certoſa di Venezia.
La Libreria de' Monaci Benedittini di S. Giorgio Maggiore.
M. R. Pad. Girolamo Lombardi della Compagnia di Gesù.
N. H. ſ. Zuanne Magno.
Monſignor Marco Mainardi Vicario di Monſig. Patriarca.
N. H. ſ. Alviſe Co: Manin.
Reverendiſs. Padre Abate Don Iſidoro Manzoni de' Canonici Regolari di S. Salvatore.
Reverendiſs. Sig. D. Giacomo Marchetti Canonico di San Marco e Pievano di S. Maria Mater Domini.
Reverendiſs. Sig. D. Giovanni Marchioni Pievano della Maddalena.
M. R. Sig. D. Andrea Marcoleoni.
Reverendiſs. Sig. D. Domenico Mazzoni Lettore dell' Inſtituta nell' Accademia de' Nobili.
Ill. Sig. Baſſan Miles.
Rev. Sig. D. Antonio Mioni.
N. H. miſ. Alviſe Mocenigo K. e Proc.
N. H. ſ. Antonio Mocenigo K.
N. H. ſ. Marco Molin.
Reverendiſs. D. Domenico Monelli Canonico di Caſtello.
Reverendiſs. Signor D. Girolamo Moretti primo Prete di SS. Apoſtoli, ed Arciprete di S. M. Formoſa.
N. H. miſ. Barbon Moroſini K. e Proc.
Ill. Sig. Abate Antonio Muazzo.
N. H. ſ. Bernardo Nani.
Reverendiſs. Sig. D. Vettor Nogari, Vicario Monaſtico, e Pievano di S. Agoſtino.
Reverendiſs. Signor D. Bartolomeo Novelli Arciprete della Congr. di S. Silveſtro, Suddiacono Titolato in S. Angelo.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Orſini Pievano di S. Geminiano.
Molto Rev. Padre D. Agoſtino Orzalli C. R. T.
Reverendiſs. P. Paulo Pacciaudi C. R. T. Cav. Geroſolimitano, e Storico della ſacra Religione di Malta.
Ill. Sig. Dottor Giovanni Paini.
Reverendiſs. Sig. D. Clemente Petrobelli Pievano di S. Lio.
Reverendiſs. Sig. D. Giuſeppe Petrogalli Pievano di S. Maurizio, Canon. della Ducale di S. Marco, Protonotario Apoſtolico.
Ill. Sig. Lorenzo Pezzana.
M. R. Sig. Dott. D. Giuſeppe Piacentini.
Ill. Sig. Gio: Antonio Pinelli.
N. H. ſ. Sebaſtian Piſani.
N. H. ſ. Franceſco Piſani fu del Sereniſſimo.
Sig. Franceſco Pitteri.
M. R. Sig. D. Antonio Pivoto.
N. H. ſ. Bernardino Polani.
Ill. Sig. Andrea Poletti.
Reverendiſs. Signor Don Antonio Polſi, Pievano di S. Margherita, e Canonico Ducale.
Ill. Sig. Giacomo Benedetto Porri.
N. H. ſ. Ambroſo Priuli.
N. H. ſ. Pietro Querini fu de ſ. Marchiò.
Reverendiſs. Sig. D. Benedetto Rapetti Pievano di S. Maria Formoſa.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bernardino Dottor da Re Pievano in S. Fantino.
Sig. Giambattiſta Recurti.
Sig. Giuſeppe Remondini.

Sig.

Sig. Franceſco Rigoni.
Ill. Sig. Abate Giacomo da Riva.
N. H. ſ. Z. Antonio Riva fu de ſ. Alviſe.
Ill. Sig. Gabriel Rombenchi Conſole di Spagna e delle due Sicilie.
N. H. ſ. Franceſco Rota fu de ſ. Gregorio.
N. D. Giulia Rota Monaca in S. Andrea.
Reverendiſs. P. Abate D. Franceſco Rota de' Monaci Caſſinenſi.
Ill. Sig. Co: Gianrinaldo Carli Rubbi.
M. R. P. Let. Bernardo Maria de Rubeis.
Reverendiſs. Sig. D. Angelo Ruopelli Pievano in Santi Apoſtoli.
Ill. Sig. Angelo Sabini.
N. H. ſ. Alviſe Sangiantoffetti fu de ſ. Benedetto.
Ill. Sig. Santorio Santorio Segretario dell' Eccel. Senato.
N. H. ſ. Antonio Co: Savorgnan.
Ill. Sig. Medoro Segatti.
Reverendiſs. P. Abate D Giuſeppe Serafini de Monaci Ciſtercienſi.
Illuſtriſs. Sig. Giuſeppe Smith Conſole di S. M. Britannica.
N. H. ſ. Zuanne Soranzo fu de miſ. Franceſco Proc.
M. R. D. Antonino Speziale Curato in San Canziano.
Reverendiſs. Sig. D. Giambatiſta Spreafighi Pievano in S. Geremia, e Protonotario Apoſtolico.
Reverendiſs. Sig. D. Giandomenico Tamagnon Pievano in S. Canciano Can. Patriarc.
S. E. il Sig. Leopoldo Conte Taſſis.
Sig. Tommaſo Temanza Architetto ed Ingegnere della Sereniſs. Repubblica di Venezia.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Toſelli Pievano di S. Samuele.
Reverendiſs. Sig. D. Bartolomeo Treviſan, Canonico della Cattedrale, Arciprete della Congregazione di San Salvatore, e Pievano di SS. Ermagora, e Fortunato.
M. R. P. M. Giammaria Trocchi.
N. H. ſ. Antonio Vanaxel.
Il Pad. D. Franceſco Vezelli Provinciale de' C. R. S.
Il Sig. Dottor Carlo Viſconti.
Sig. Antonio Zanon.

M. R. P. Giuſeppe Zauli della Compagnia di Gesù.

ADRIA.

Illuſtriſs. e Reverendiſs. Monſignor Veſcovo Pellegrin Co. Ferro.

ANVERSA.

Li RR. PP. Bollandiſti.

BAVIERA.

Il Sig. Giampaolo Gaſpari.

BERGAMO.

Reverendiſs. Padre Abate Mazzoleni de' Caſſinenſi, Priore di S. Giacomo di Pontida.

BOLOGNA.

Ill. Sig. Franceſco Argelati, per due.
Il M. R. P. Giambatiſta Giovanelli de' Preti dell' Oratorio.
Il Sig. Pompilio Lorenzo Co: Mitti.
S. Eccellenza il Sig. Franceſco Co. Zambeccari.

BRESCIA.

Reverendiſs. P. D. Giambatiſta Lucchi Abate di S. Fauſtino.

CHIERIGNAGO.

Reverendiſs. Sig. D. Vittorio Allegri Dottore, e Paroco di Chierignago.

CHIOGGIA.

Ill. e Reverendiſs. Monſ. Gianalberto Grandi Veſcovo.

CIVIDAL DEL FRIULI.

La Libreria de' RR. PP. Domenicani Oſſervanti.

DRESDA.

Il Sig. Giorgio Conrado Walther *per due*.

FIRENZE.

Ill. Sig. Prepoſtò Gianfranceſco Gori.
Il Sig. Giuſeppe Rigaci. *per due*
Il Sig. Giuſeppe Bouchard.

GE-

GEMONA.

L' Ill. Sig. Arciprete Giuſeppe Bini.

LIONE.

Sign. Fratelli de Tournes, per 4.

LIPSIA.

Sig. Giovanni Gledtiſch, per ſei.

LONDRA.

Ill. Sig. Houbly.

LUCCA.

Reverendiſs. P. Giandomenico Manſi. *per due*

MILANO.

Ill. Sig. Segretario Filippo Argelati, *per ſei*.

MURANO.

Reverendiſs. Sig. D. Girolamo Calura Pievano in S. Donato di Murano.

La Libreria de' PP. Camaldoleſi di S. Mattia di Murano.

NORIMBERGA.

Ill. Sig. Giovanni Baldaſſare Starch.

PADOVA.

Sua Eminenza il Sig. Cardinale Carlo Rezzonico Veſcovo.

Ill. Sig. Abate Giovanni Brunacci.

La Libreria de' Monaci Caſſineſi di S. Giuſtina.

La Libreria de' RR. PP. di Liſpida della Congregazione del B. Pietro da Piſa Dioceſi di Padova.

PARENZO.

Il Convento de' RR. PP. Domenicani Oſſervanti.

PESARO.

Illuſtriſs. Sig. Annibale degli Abati Olivieri.

PISA.

Il M. R. P. Raimondo Adami P. P. e nell' Univerſità di Piſa, e Provincial de' Servi di Maria.

PRAGLIA.

La Libreria de' Monaci Caſſineſi.

RAVENNA.

La Libreria di Claſſe.

ROMA.

Il Sig. Gregorio Roiſecco, *per tre*.

ROVIGO.

Ill. Sig. Lodovico Campo Canonico.

SALISBURGO.

M. R. P. D. Innocenzio Deixlperger Lettore di Teologia nell' Univerſità di Salisburgo.

SIENA.

Reverendiſſimo P. M. Giampietro Maria Fanzelli Generale dell'Ordine de' Servi di Maria.

TORINO.

Ill. Sig. Abate D. Giuſeppe Lucca Paſini Conſiglier Reggio &c.

TREVISO.

Ill. e Reverendiſs. Monſ. Paulo Franceſco Giuſtiniani Veſcovo.

Ill. Sig. Canonico Bocchi.

Ill. Sig. Canonico degli Azzoni Avogaro.

UDINE.

Il M. R. Sig. D. Giandomenico Guerra.

VERONA.

Monſign. Ill. e Reverendiſs. Giovanni Bragadin Veſcovo.

Reverendiſs. Sig. Canonico Arciprete Gianfranceſco Muſelli. *per due*.

Ill. Sig. Co: Ottolino Ottolini. *per due*.

Ill. Sig. March. Scipione Maffei.

VICENZA.

Monſig. Illuſt. e Reverendiſs. Antonio Priuli Veſcovo.

Reverendiſs. Sig. D. Franceſco Dottor Bonomo Arciprete di Maſon, Dioceſi Padovana Territorio Vicentino.

Reverendiſs. Sig. D. Antonio dal Saſſo Paroco di Mura Territorio Vicentino.

3
13
10
14
5
11
2
8
4

3 2044 058 188 541

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

OCT 27 1971 ILL

3507241